

price 4s

In Josephus there are many stories of sedition & uproar  
& massacre acted by 2. sorts of men amongst the  
Jews 1. of words & culture A. 2. 21-38  
2. of the Zealots Joseph. 4. c. 11. cap. 6.  
w<sup>h</sup> and whil. Garrison were in the land of Judaea  
there were never more uproar tumult, stirring pull-  
unghted as appear by the N. T. A. h. c. 2. Ap. 1. 2. d  
A. 2. 21. 30-22. 3. so in 1. 2. 3.  
in quiet all engines sent by the  
Empire planted still with Garrison  
the 2. and expelled of Garrison  
the 2. and

27

COMMENTARIVS IN APOSTOLORVM ACTA

# M. IOANNIS MALCOLMI; SCOTI ECCLESIAE PERTHANÆ MINISTRI IN IERNIA, SCOTIÆ, PERSPICVVS, AC ANALYTICVS, NOTIS, LOCISQVE SACRARVM literarum appositis illustratus, necnon historiarum ad rem accommo- tarum inductione, & applicatione locupletatus: Denique obserua- tionibus multis, vt videre erit ab alijs interpretibus haud animaduersis, quod sciam, exornatus.

*Nunc primum in lucem editus.*

*Malam conscientiam non sanat præconium laudantis,  
Nec bonam vulnerat conuictantis opprobrium.*

August.

*Conscientia bona immotam habet essentiam aduersus omnes calumnias.*

*Iudicium melius posteritatis erit.*



MIDDELBURGI,  
Excudebat RICHARDVS SCHILDERS,  
Impensis ADRIANI VIVARI Bibliop<sup>la</sup>.  
ANNO. M. DC. XV<sup>2</sup> eximia

P R Æ F A T I O.

eximiæ de me optimè meritæ, & semper bene sentienti hoc parvū opusculum animi mei sincerè affecti τεκμήριον nuncupare hisce rationibus adductus, si videtur M<sup>r</sup> R<sup>x</sup> I. Quia eruditorum opellæ calumnijs maleuolorū impetitæ, atq; exagitatae sub auspicijs M<sup>s</sup> R<sup>x</sup> patrociniū, & præsidium semper sint sortitæ: & cū illustris M<sup>s</sup> R<sup>a</sup> opera iudiciosè ædiderit, dico, quod res citra assentationem quam ex animo odi, vt illud in Bellarminum balatronem, sicuti carmina nostra pro honore Regis tuendo ostendunt, quorum nonnullis epigrammata nostra sunt præfixa de aliorum laboribus optimè iudicare possit, quamuis nonnulli vitiligent, & quæ facimus, calumniētur omnia, sub alis clementiæ tuæ, vt vt sint exigua, tanquam in alylo conuiescent. Vnde exoritur, exurgitq; solamen nobis, vt & ex illo Augustini dicto ad lit. petiliani, Malam conscientiam non sanat præconium laudantis, nec bonam vulnerat conuittantis opprobrium. Et Nazianz. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἡδὺ τοῖς ἀνθρώποις ὡς τὸ λαλεῖν τ' ἀλόγιστα καὶ μάλιστα ἐὰν τύχῃσιν, ὑπ' εὐνοίας τίνος ἢ μίσους ἐλκόμενοι ὑφ' ἑνὸς καὶ φίλου κλέπεισθαι ὡς τὰ πόλλα ἢ ἀληθεῖα: Nihil enim mortalibus tam iucundum, quam de rebus alienis garrire, idque præsertim si beneuolentiâ quadam, vel odio trahantur, quibus affectus veritas, vt plurimum labefactari, ac surripi solet. At Maiestat. Regia erudita, politaq; de exiguis ingeniorum piorum laboribus synce-

rè

P R Æ F A T I O.

rèconantium, & contendentium veritatis ergò in hunc vsq; diem præclarissimè autumauit: fœtusque studioforum etiam immaturos, præcocesque fructus æquâ lance trutinatos fouit, atq; promouit τὴν ἀρετὴν ἐπαυγῶν, τὴν θεοῦ ἐπαύω. Huc accedit, vt animi mei erga Maiestatem Regiam pijsimè affecti propensionem declararem: idque meritissimè, cum semper verbis, nonnunquam factis Maiestatis Regiæ beneuolentia in me iteratis vicibus fuerit manifestata: Nam me Regentem Andreapoli in collegio Leonardino Maiestat. Regia non modo promouere, atque euehere constituit: sed primarij officio honorifico exornatum iussit, amplioribus beneficijs me ornatura, si rerum mundanarum, honorumve cupiditas me tuentem diuina, & aspirantem ad cœlestia tenuisset: possum sine fuce dicere optimo in me vsque animo, & iam adhuc eodem sat scio, quicquid charitonij garriant: Quod diuinâ gratiâ valeo peragam, precibus cum priuatis, tum publicis pro cōcione Deo nuncupandis in Maiestatis Regiæ gratiam, honoremque continuandum, amplificandumque, vti hæctenus non defui D. g. non decro, inque coniugis Reginae Sereniss. Caroliq; Principis spei optimæ vsum, filiaque in matrimonium tradita præclarissimo Principi Palatino Electori Primario precum etiam nostrarum fructum percepturo, hoc munus obire, Domino

\* 3

dante,



P R Æ F A T I O.

dante, non intermittam. Nulla ætas me immemorem  
*καταρβώματ* arguerit. Per me fateor stetit: quod gratiæ  
 Regiæ insignia non sint adeo, in me conspicua: Etenim  
 reluctante conscientia luce verbi diuini collustratâ non  
 audeo pace M<sup>s</sup> R<sup>a</sup> dixerim, vel tantillū admittere. Præ-  
 terea, cum nō detur occasio cōueniendi M<sup>m</sup> R<sup>m</sup> hac epi-  
 stola animū meum testatū facere volui, & quid sentia è  
 re M<sup>s</sup> R<sup>a</sup> indicare. Quo in statu versetur Christi Ecclesia  
 nouit M<sup>s</sup> R<sup>a</sup> resq; publica quibus Rex nutritus, pater, ci-  
 uisq; esse debet: In hoc maximè euigilarent curæ, & co-  
 gitationes Regiæ, vt Dei patris gloria per Spiritum S. in  
 sanctorū cœtu renideat, sanctaque illa Ecclesia libertate  
 freta efflorescat, iuxtaque diuinam voluntatem, supra  
 quam non est sapiendū gubernetur. Sub auspicijs M<sup>s</sup> R<sup>a</sup>  
 gliscebat, etiā sufflammante Satana, eiusq; organis relu-  
 ctantibus Ecclesia Scotiana; Domino dāte, & florebit,  
 atq; ad posteritatē Euangelij pura, pura lux propagabi-  
 tur: disciplina etiā illæsa conseruabitur. Viri pij, doctiq;  
 pro Regis salute, honore, atq; emolumento decertantes  
 operā nauauere insignē, vt cum Ecclesia dilecta Christi  
 sponsa præclarè ageretur, rei que publicæ omni modo  
 sancto, honoriq; R. consuleretur, quos M<sup>s</sup> R<sup>a</sup> reduces cū  
 venia esse iubeat, atque propetret, vti suo loco in ecclesia  
 gaudeat M<sup>s</sup> R<sup>a</sup>: hostibusq; veritatis insultantib. propter  
 distractionē, imò exultantibus obuiam eatur: sacrosan-  
 ctaque

P R Æ F A T I O.

Etæque Dei veritas inuiolata cōseruetur, omnibusq. suis  
 numeris absoluta nimirū Doctrina sacramētis, discipli-  
 na illibata, atque intemerata ad posteros transmittatur.  
 gloriatur plurimū, atque gestiunt Antichristiani Regni  
 athletæ, quod Regis animus, vt falso putant, in pios, do-  
 ctos, syncerosq; viros videri possit paulo remissior, falso  
 inquā, quia, vt Meluinus, alijq; pij & eruditi verè Regē  
 deamant: sic pius Rex, ac Christianus hosce Christi cor-  
 poris mystici mēbra haud dubiè diligit. Rogatam hu-  
 millimè velim, vtinam exoratā R<sup>m</sup> M<sup>m</sup> atque obsequen-  
 ter, vt hæc gloriandi, exultandiq; hostibus omnis præ-  
 cidatur occasio, ac penitus tollatur. Regiam Clementiā,  
 quæ iram præcipitem téperat suppliciter imploro, vti,  
 quos intelligo reuocentur, patrij soli libertate fruantur,  
 authoritate, & gratiā Regis Clementissimi redimiantur,  
 sic cum & Ecclesiā, reque publicā optimè agi existi-  
 mandum est, dico quod res est pace M<sup>s</sup> R<sup>a</sup> citra cunctā  
 supparasitationem faceffat omnis illa multum frequen-  
 tata, atque à plerisque vsurpata impura adulandi ratio  
 præsertim ab hominibus indoctis, qui honori, quæ-  
 stuique suo magis, quam regiæ gloriæ, commodōve  
 inuigilant, ac velificantur, quibus auerruncatis, atque  
 ademptis Regiæ Maiest. nō sunt deseruituri: Cum fide-  
 les, pijque Dei serui *διὰ τὸ σὺννεδύσειν* sine honore, sine lu-  
 cro probè, & sanctè in Reg. Maiest. officio defungentur.

Dicam



P R Æ F A T I O.

Dicam candidè & in bona conscientia huius farinae homines, qui quæstui inhiant, ad iucundissimum Regis aspectum vultumque placidum non esse admittendos, neque in officia surrogandos: sed viros pietate insignes, sanctitate probatos, vitæ integros, Ecclesiæ, honori que R. sincerè consulentes assumendos, & cooptandos. Fas sit verū dicere, cum veritas non quærat angulos: existūt egregij viri summâ obseruantia secundū Deum R<sup>m</sup> M<sup>m</sup> colentes, quibus R. præsentia interdicitur, qua, si frueretur, & se probarent R. M<sup>i</sup>, causamq; cui strictè, arctè que adhærent iuxta reuelatam Dei voluntatem. Cum verbum sit sat sapienti, non opus est multis præsertim prudentis. M<sup>i</sup> R. Proinde finem faciā, Deum immortalem præpotentemq; enixè precor, vt M<sup>m</sup> R<sup>m</sup> donis quotidie spiritualib. imbuere, exornare beare, ac decorare pergat his in terrarū solis, vt piè, & æquè gubernet sempiterna benedictione Sereniss. Reginam serenet, Carolum Principem spei præstantis. Spiritus S. gratia redimiat, & vsq; tueatur, filiamque Chariss. Præclariss. Principi Palatino collocatam conseruet incolumem, proleque multa debeat: Et tandem omnibus, rebus humanis exemptis *σιφανον ἀμάραντον τῆ δόξης ἐν τοῖς ἐπυρανίοις* per Christū largiatur.

Maiestati Regiæ secundum Deum addictissimus

M. IOANNES MALCOLMVS

Perthaniæ Ecclesiæ Minister.

Candido Lectori.



RITICORVM Cacoethes jam diu obtinuit (Lector Candide) vti labores, studia, conatusque pios in Dei gloriam, & Ecclesiæ vsum vituperio grauent, sermoneque incondito, & dicacitate satyrica incessant, ac insectentur. Nihil existit, quod non possit verbo labefactari ab ijs præsertim, qui iuvandæ, ac promouendæ Ecclesiæ ergo nullam operam nauant, vel ignauiam, vel imperitia deterriti.

Vidi, audiui nonnullos, vt illum Italioten, iudicium ferentes sinistrum de eruditissimorum hominum operibus, qui, si manum operi admouerent, & aliquid ederent, quod demorsos vngues saperet, de aliorum opellis præclarius sentirent, & verius loquitarentur. Etsi fructus ex hac nostra tenui Lucubratione exigua emergat, exurgatque vitiligatori, censorique rigido, aliquem tamen percipere posse æqua lance trutinatorem per diuinam gratiam autumo. Studij breuitati, & perspicuitati, atque pro mensura doni Christi multa paucis complexus sum. Habes planam methodum analyticam, expositionem, vt res postulat dilucidam, obseruationes succinctas, atque appositas, locorum scripturæ instituto quadrantium veram citationem, historiarum inductionem, prout contextus exigit: denique applicationem breuem, cum exhortationibus ad veritatem amplectendam, retinendam, necnon vitæ emendationem, quæ Domino dante, videbis legendo in progressu (Lector Candide.) Atq; hic ordo opinione mea Ecclesiæ exædificationi maximè inseruit. Tibi consule, & beneuolo animo accipe, imprimisq; vsui tuo applica, Deinde in commodum Ecclesiæ extende, vt gloria Dei in Christo Iesus per Spiritum Sanctum in Sanctorū cætu renideat. Vale, & viue in Domino.

M. I. M. P. E. E.

(..)

AN-



---

---

ANDREAS MELVINVS  
IOHANNI MALCOLMO  
FRATRI INTEGERRIMO, PERTHENSIS  
Ecclesiae Pastori Vigilantissimo.

**F**IDE, vigil, quam te tu matutinus agendo es,  
Perdus, & pernox dux gregis inter oves.  
Voce doces viuus, scriptis post fata docebis:  
Mortuus & viues, & gregis altor eris.  
Inter & auricomas fulgebis stella coronas:  
Mane nouo aeterna stella serena die.

A. MELVINVS.

---

---

**N**ON fatuus, aut pigro, nec auaro, aut ambitioso,  
Pastori parca voce, styliis acie.  
Matre pio, Malcolmme, animo, curaque fideli:  
Pascere velle gregem est, parcere nolle lupis.

Idem A. MELVINVS.

COLLY-

---

---

COLLYRIA DOCTISSIMI VIRI  
IOHANNIS MALCOLMI,  
PASTORIS PERTHANI, SCOTHI,  
IN ACTA APOSTOLICA, SCRIPTORIS  
& Lucae Evangelistae & Medici.

**C**orporibus Lucas aegris dare pharmaca suctus,  
Nobilior factus nunc animi Medicus,  
Munera caelestes miscet spirantia succos,  
Quis lapsis animis vita, vigorque redit.  
Quod si quis lippis oculis male cernat, & vnde  
Ignarus quærat lucis egenus opem,  
En Malcolmme, opem parat, & Collyria præbet,  
Quis Medicum, & Medicas noscere possit opes.  
Quis Medicus? Christus. Christo famulatur vterque.  
Vnicus is vitæ, lucis, opisque dator.  
Lux animi, & aegris ad spira Numinis auram,  
Cujus ab vnus lumine vita venit.

IOHANNES IHNSTON.

(.) 2

PICTV-

PICTURA ECCLESIAE,  
QVAE SPONSA CHRISTI, SVB  
PERPETVA CRUCE ET AERVMNIS:

QUALIS HIC DESCRIBITVR à S. LVCA  
in ACTIS Apostolorum: qualisque futura vsque ad  
illustrem Adventum Sponsi.

**E**CHRISTI latere enata, atque renata cruore  
Sponsa sui, absimilis, quam similisque sibi?  
Vt tenera, à teneris exercita duriter annis,  
Quot tulit aduerso turbine quassa vices?  
Vt tenera, at rigidas quoties experta pruinas?  
Quotque feros aestus, quotque feras hyemes?  
Nunc misera, & misere expallens: nunc latior exit  
Luce nitens: rursus sub Cruce incesta gemit.  
Mille incesta malis, & mille objecta ruinis,  
Quot, quoties diris prada petita Lupis?  
Quamvis spreta nimis, quamvis in visa Tyrannis,  
Quot tamen electis pulchra petita procis?  
Dura pati facilis: Sponsus praeit ipse ferendo,  
Qui docet, & didicit omnia dura pati.  
Tantis fessa malis, jam jam peritura perisset,  
Si virtute Dei non bene fulta foret.  
Tuta Deo, cunctis Satana inuolabilis armis,  
Nullis fracta minis, integra perstat adhuc.  
Sponsa cui haec similis? veluti Rosa crescit acutis  
In Spinis: medijs sic quoque & illa malis.  
Sed Palma similis, duro qua pondere pressa,  
Altius ex surgit, quo mage deprimitur.  
Talis ei species: cui spes viget integra, donec  
Iungetur Sponso Sponsa adamata suo.

Sponse

Sponse veni: te Sponsa vocat: miserere laborum,  
Nubilaque Adventus disijce luce tui.  
Cernis vti Mundus noctis tenebrescit amictu,  
Crimineque innumero facta gravescit humus.  
Cernis vti Impietas turget male perdita fastu,  
Atque Fides terris protenus exul agit.  
Ergo veni, Mundoque diem, Solemque dies,  
Teque tua Sponsa, gaudia redde tuis.

I. I.

AD D. IOAN. MAL-  
COLMVM.

ΠΡΑΞΙΝ Apostolicæ recolens ab origine gentis,  
Materia genio conueniente tuo.  
Qualis es in magni sacro Pastoris ouili  
Arguis iudicio est res manifesta suo.  
Qui legit hæc idem studio securus eodem  
Gentis Apostolicæ facta, fidemque leget.  
Elogium (Malcolme) tuum quicumque requireret,  
Hic habet: est verbo consona vita tuo.

M. H. Andersonus.

(:.) 3

COM-





COMMENTARIUS

M. I. MALCOLMI  
SCOTI, PERTHANÆ ECCLESIAE  
MINISTRI.

*In Acta Apostolorum.*



**I**N hisce actis de Apostolorum sorte, primæque Ecclesiæ infantia, incrementoque per Doctrinam Evangelicam ab Apostol. testimonium Christo perhibentibus traditam, Necnon propagatione regni gratiæ in medijs persecutionibus agitur.

Author secundum Dei spiritum est Lucas, teste Augustino, Hieronymo, Epiphanio Græco, qui hunc librum Hebraicè conscriptum, & conseruatū olim in gazophylacijs Iudæorum in Tyberiadē testatur *Niceph. lib. 2. cap. 43.* Lucam acta scripsisse asserit: Idem testantur Græca Scholia Oicumenij, phrasis etiã, styli puritas, præfandi consuetudo, necnon Theophilus nomen, cui historia inscribitur.

*Ex Dorotheo passo martyrium sub Iuliano.*


Lucas Antiochenus natiuitate, arte verò Medicus, Euangelium ex commissione Petri Apostoli, acta verò Apostolorum committente Paulo conscripsit. Perigrinationis comes fuit Apost. maximè Paulo. Huius & Paulus mentionem fecit alicubi

cubi scribens, *Colof. 4. 14.* Salutatur vos Lucas Medicus dilectus in Domino. Ephesi verò mortuus ac sepultus est tandem vna cum Andrea, & Timotheo temporibus Constantij Regis filij Constantini Constantinopolin translatus.

Hanc historiam contexuit Lucas in Ecclesiæ vsu, de ascensione Christi peracta, Spiritus S. communicatione, Ecclesiæ in periculis versantis conseruatione, Regni que Christi à mundanis regnis discriminatione, cuius administratio pertinet ad animarum salutem, & à peccato, atque morte redemptionem.

Hæc historia est annorū 23. ab ascensione Domini vsque ad primum Pauli aduentum Romam. Etenim Christus passus est, resurrexit, atque in cœlum assumptus ætatis suæ anno 34. Paulus verò Romam mittitur ad Cæsarem Neronem anno Christi 57. Liquet ergo hanc historiam esse annorum 23. Historiæ pars prima ad cap. 12. ad omnes Apostolos spectat. 2. ad Pauli perigrinationes, quas in circumstantijs expendas, prout describuntur.





*Auxilium meum à te Jehova,*

CAPVT I.



RÆTER præfationem, Caput primum, complectitur actiones Christi 40. diebus post resurrectionem, & discipulorum post Christi ascensionem ante diem Pentecostes, quo Spiritum Sanctum abunde acceperunt. Partes itaque capituli sunt duæ. I. Est præfatio duobus vers. 2. Actiones reliquis ad finem. Præfatio

habet quatuor. I. Cohæsiõnem huius historię cum *Luca Euangelio* his verbis primum quidem librum confeci.

*Observatio* I. Spiritus Sancti organum in hac *τῆς πράξεων τῆς ἀποστόλων* historia exaranda est, *Lucas Euangelista, Medicus Antiochenus*, & perigrinationum Pauli Comes vt liquet sequenti capite, vbi etiam obserua singularem Dei amorem in Ecclesiam qui hanc veritatem scribi voluerit, & conseruari, simul etiam fidelitatem, & diligentiam Lucæ nobis Pastoribus imitandam. II. Cui scribit. Nominatim *Theophilo*, atque in eo omnibus Deum Patrem, Filiumq; Iesum Christum *θεὸν υἱοῦ* diligentibus, quare hæc historia in vsum totius Ecclesiæ est literis consignata, & ad hæc vsque tempora prorogata, pro diuinæ voluntatis ratione ad mundi consummationem conseruanda, vnde qui Deum Christumq; diligunt præsertim, alijq; etiam ad gratiam, & salutem vocandi vberem fructum, & consolationem insignem possunt percipere ex vitæ æternæ per sanguinem Christi partæ cognitione, & apprehensione in hac historia lucente. Nec non ex diuinæ prouidentię propagantis, regentis, conseruantisq; Ecclesiæ sancti cõtemplatione seruorumq; eius mirabili protectione, & custodia ratione ab innumeris malis quibus ita impliciti videbatur, vt nullo modo, opinione hominum potuerint explicari. Sic tamen ipsis diuinâ potentiâ incubuit, vt semper salui remanserint, donec

A

*muneris*



muneris Evangelici in prolationem regni Christi destinati partes impleuerant, quibus perfuncti, ex ijs nonnulli veritati Evangelicæ vitæ suæ profusione gloriosâ testimonium suum apposuerunt: vt Iacobus Act. 12. Petrus etiam, & Paulus, vt in historia Ecclesiastica legere est. III. Subiectum Evangelij Lucæ, vt vocant totale nimirum. i. facta, quæ sunt Miracula, & actiones Deitatis indices, omniumque rerum perfecta sanctitas, atque adeo doctrinæ ipsius exempla. 2. Dicta Christi, quæ doctrinam gratiæ, & salutis comprehendunt in Euangelio propositam. Obser. Euangelium est suis numeris absolutum, cum facta Christi ad iudicandam diuinitatem, veritatemque obsignandum πάντα, dicta etiam ad fidem, salutemque necessaria contineat. IIII. Tempus, in quod protenditur Euangelium Luca, vers. 2. ad eum usque diem quo sursum receptus est, cum mandatum dedisset Apostolis per Spiritum Sanctum, quos elegerat: breuiter est ad diem assumptionis Christi in cælum. Obser. Christus Dei filius secundum humanam naturam ad dextram Dei cælo est locatus Act. 3. 21. Sequitur ergo cum sit verè homo Heb. 4. 15. in pluribus locis se mel & simul cum non esse. Tametsi iuxta diuinam naturam potentia impleat omnia, Ecclesiam verò gratiâ. Quare caro, & sanguis Christi in Sacramento Cænæ non sunt localiter, & per absurdum est animis, & auribus piorum, imò omnibus sensibus panis in corpus Christi vini in sanguinem asserere realem transubstantiationem: & tamen reuera, quia fide totus Christus cum beneficijs ab electis in Cænâ recipitur ad æternam vitam & immortalem gloriam passione, morteque Christi acquisitam 2. Obser. Etsi Sponsus Iesus absit corporali præsentia ab Ecclesia, tamen adest suo Spiritu, reliquitque post se Apostolos in omnem veritatem deductos per spiritum, pastoresque legitimè vocatos, & ordinatos, qui pro eo legatione funguntur in verbo reconciliationis annuntiando Ephes. 4. quibus, vt & Ecclesiæ, spondet se affuturum ad seculi terminum, Math. 18. 3. Obser. Quemadmodum Apostoli à Christo electi acceptum mandatum exequuti sunt in muneris functione, ita Ecclesiarum Pastores diuinitus vocati, & rectè ordinati, illud tantum gregi dominico traderent, quod à Domino acceperunt, id est, Dei verbum sacris literis expressum: amandatis, & ablegatis traditionibus, & commentis hominum.

Vers. 3. Ab hoc ad 12. vers. habentur actiones Christi quæ aut ad

ad Discipulos spectant, aut sunt ipsi propriæ: quorum fructus ad Ecclesiam redundat. Ad Discipulos prima est vers. 3. Communicatio per 40. dies viua voce de rebus ad Dei regnum pertinentibus. Expendamus circumstantias. 1. Dicitur se representasse Apostolis viuum πολλαῖς τεκμήριοις multis indubitatis signis. Primum hic quod occurrit est Christi reuificatio, & Resurrectio per Spiritum sanctificationis rediuuius Christus ἐν δυνάμει resurrexit propria, quare Colos. 1. 8. vocatur πρωτόκτοκ ἐκ τῶν νεκρῶν, quia sic virtute sua resurrexit, vt non sit amplius mortuus, & quia alios ad vitam vi suâ excitat: per Resurrectionem demonstratus esse Dei filius Rom. 1. 4. Dominus etiam viuorum & mortuorum, Rom. 14. & denique plenè pro omnium electorum peccatis satisfecisse, 1. Cor. 15. ad nos hæc redundant commoda. 1. est iustificatio nostri, Rom. 4. 25. 2. Sanctificatio, Rom. 6. 4. Sepulti igitur sumus vna cum eo per Baptismum in mortem, vt sicut excitatus est Christus ex mortuis in gloriam patris, ita, & nos novâ vitâ ambulemus. 3. Resurrectio, corporum sanctorum ad æternam vitam, 1. Corinth. 15. Resurgent etiam Impij, (sed vi illius maledictionis, quo die comederis morieris) ad condemnationem. II. est passio Christi. Passus animâ cruciatus illos inferni horribiles, corpore, ignominiosam, & maledictam Crucis mortem, vt nos æternâ ignomiâ, & maledictione diuinâ exemptos gloriâ immortali & benedictione spiritali in cælis donaret. Obser. Peccatum horrendum quod non nisi Dei sanguine potuit expiari, Act. 20. 2. Misericordiam Dei singularem, qui filio vnigenito non pepercit, sed pro nobis eum tradidit. 3. Beneficia, quibus fruimur fide Christo insiti nimirum vita æterna gaudio perfusa, & sempiternâ gloriâ. 3. Obser. Christum statim à resurrectione non ascendisse in cælum vt suæ resurrectionis plenam fidem faceret. Apostolos in doctrinâ, quam audierant, præsens confirmaret, atque e Iudæis incredulis ostenderet excitatum esse eum, quem crucifixerunt per signa, quæ erant, loqui, ambulare, edere, Ioan. 21. manibus se contrectandum præbere. 3. Loquebatur de Regno Dei. Regnum Dei vel generaliter consideratur, quatenus generali providentiâ omnia cælo, terraque comprehensa gubernatur, cuius ambitu-ne eximere licet Satanam, nec Spiritus infernales, vel specialiter expeditur, vt restrictum est ad Ecclesiam: atque ita est aut gratiæ in hoc mndo

τεκμήριον  
à nomine  
τεκμαρ,  
id est, finis  
quod asserat  
controuersia  
finem. Arist.  
lib. Ahetor.



administratum per verbum, Sacramenta & Disciplinam, aut gloria in futuro, quo, hac administrationis forma cessante Deus Pater plenarie, & immediatè erit omnia in omnibus. Per Regnum ergo, Dei intellige gratia, quod tantum a gloria Regno modo administrationis distinguitur, Regnum inquam gratia omni modo gratuita, in Evangelio oblata, per Christum parta, perque fidem apprehensa. *Observa* ex hac praxe Christi, Christianos colloqui debere de rebus cœlestibus, & ad gratiam spectantibus, sed maxime cum mundo exeunt, *Psal.* 37. 30. Iusti os meditantur sapientiam, eiusque lingua loquitur ius. 4. *vers.* Secunda actio Christi est in mandato posita. Nam congregans eos denuntiavit eis ne abscederent *Ierusalem*, sed, ut expectarent promissum Patris. *Observatio*, Christus congregat Apostolos, at postea, *cap.* 13. auctoritate ipsis concessa à Christo sese convocant. Sequitur ergo cogendi cœtum Ecclesiasticum potestatem, & iuxta praxim Christi, & etiã Ecclesiæ primitivæ esse penes Pastores & Doctores, Christiano Magistratu suam auctoritatem accomodate & interponente. 2. *Observ.* etsi disgregentur Pastores, Christus tamen suo tempore eos congregabit ad perficiendū opus ministerij in Regni Dei gloriaque eius in eo constantis propagationem. 3. *Observ.* Verbum Domini esse impletum, *Isai* 2. *Mich.* 4. Lex Sione prodit, & verbum Iehovæ *Hierusalem*. Ergo ne dubitemus de divinarum promissionum impletione neque interminationum à justo Deo emissarum: promisit statim ab initio mulieris contritum caput Serpentis, id præstitit in se Christus, & in mēbris quotidie, in secundo adventu omnē illam jam agentem potestatem Satanicam abolebit, conculcabitque in nobis, nosque in eo capite nostro illius Serpentis antiqui caput: promisit se rediturū Dominus ut electi omnes in cœlum assumpti, glorificentur. De primo adventu promissum est præstitum, certè & illud de reditu ad iudicium præstabit. Verbum iudiciorum impletum in mundi originalis destructione, in *Sodomitarum* & *Gomorrhæorum* igni cœlitus de nullo consumptione, in *Pharaonis* submersione, in *Ierusalem* everfione; quare concludo, vtcunque videatur Iehoua executionem procrastinare, semper tamen, ipsius verbum siue fuerit misericordiae, siue iustitiæ impletum iri, verbumque Christi æquipollere ipsius facto. 4. *Observ.* Dona spiritus comunicari per gradus, ne ergo spiritū operantem grauemus, absit extinguamus, sed rogemus,

Secunda actio Christi ad Discipulos spectans.

*Joel* 1. 13. 14

gemus Deum Patrem in Christo, ut donorum incremento ad opus Domini conficiendum, nos adornet.

5. *Vers.* Promissum quod expectarent est de Spiritu Sancto mittendo, *Joan.* 14. Quod hoc vers. innuit comparatione facta inter Ioannis Baptismum, & Dei Patris, Christi; filij. Baptismus administratus ab Ioane vocatur ὕδατος: à Deo & Christo πνευματός, vocarunt quidam fluminis, & fluminis παρανομάσις discrimen non est in Sacramenti substantiâ, sed in administrationis forma, & rei significatae communicationis, etenim Ioannes, & quilibet Pastor Baptistes elementum administrat per verbum, sed Christus gratiam confert per spiritum.

*Observa.* Sicut à Christo Apostoli fuere baptizati Sancto Spiritu die Pentecostes, id est, dono linguarum instructi, atque Prophetia, in diuina annuntiatione mysteriorum Regni Dei consistentis. Ita baptizantur electi spiritu sancto in fidei, & sanctificationis dono, Cuius Diuinum testimonium est Baptismus aquæ à Christo institutus, & à Ioanne primum administratus Filij Dei Messia προδρομος.

6. Quætionem movent Apostoli de regno Israëli restituendo. Somniabant enim illi terrestrem restitutionem, atque in huius tempus curiosè & sollicitè nimis inquirunt. 1. *Observ.* errori Apost. fuisse obnoxios, imò errasse, quare Concilia errare posse, & errasse concludendum. *Concilium Nicenum* erravit in illa Matrimonij interdictione Ecclesiasticis personis, cui *Sanctus Paphnutius* ita per scripturas restitit, ut illud consultum fuerit rescissum: In tertio Cōcilio *Charthaginensi*, libri Apocryphi, ut *Syrachi Tebia Machabeorum* in Canonem sunt relati, sed à Concilio *Laodicensi* ijdem exclusi sunt. Et *Augustinus* rectè Concilia priora à Posteriorib. sunt corrigēda: Neque huic repugnat quod habetur Christi dictum, *Joan.* 16. 13. de Spiritu veritatis, qui Apostolos in omnem veritatem sit deducturus, cum illi cum Apostolica sua auctoritate hoc privilegium coniunctim habuerint, ut prædicando, & scribendo Evangelium, errare non potuerint: Itaque Concilio *Hierosolymitano* sic concludunt, Nobis, Spirituique Sancto bonum videtur. Quod si Christi promissum ad totam Ecclesiam sit extendendum, intelligendum venit cum limitatione scilicet, quod concessurus sit Dominus Ecclesiæ membris spiritum suum, quo ducantur in omnem veritatem, prout eorum saluti expedit.

*August.* de Baptis. lib. 2. cap. 3.



tractum, Psalm. 2. gentibusque rivulis gratia divina irrigatis, fontemque domus Davidica ab impuritate, immunditieque ablutis communicatum, Ezech. 47. 1. 2. 3. Zech. 13. 1. Omne Solum est terra Cananea ubi lucet Sol iustitiae, Mal. 4. in Evangelio, omnis urbs, Ierolyma fide imbuta, vna quaque domus fidelis. Sion. Omnis populus credens, est Dei: quilibet Christianus, Templum spiritus Sancti. Quare Dominus persuasit Iapheto sub Evangelio habitare in tentorijs Semi, Gen. 9. Vers. 9. Sequuntur Actiones ipsi Christo propriae, quarum prima est Ascensio. 2. ad Iudicium reditus. Ascensio est ab infimo loco in supremum caelum motio.

Observatio. Christus corporalem praesentiam a suis non subtrahit priusquam promittat Spiritus Sancti plenam virtutem, qua Ecclesiam instituant, atque regant: quare non est putandum, etiam corpore absit Dominus noster, quin spiritu semper praesto sit, quod credit corporis sui mystici membris in summam consolationem Ascensionis circumstantia sunt haec. I. Persona ascendens. Christus θεοῦ υἱός ἐστις, toti Christo tribuitur in concreto per κοινῶν ἰδιωματων, quod est humanae duntaxat naturae proprium ut est motus localis. II. Tempus, scilicet cum absolvisset communicationem de Dei regno, rebusque Divinis Apostolos instruxisset. Observ. Cum evocamur ex statione mundana, aspiramusque ad caelestem patriam, Sermo noster tunc esset maxime de caelestibus, atque singula ad nos spectantia disponderentur, ut fecit pius ille Rex Ezechias, Isai 38. III. Locus vnde Mons nimirum Oliveti, qui proximat Bethania ubi Christus fuit apprehensus, iam fit locus gloriae. Obser. ex loco afflictionis, gloriae initium assurgere Christo, ut discamus huius vitae quibus afficimur mala conuerti tandem in nostram gloriam. IIII. Quo. Caelum imo supra caelos hos aspectabiles, Ephes. 4. ubi est localiter secundum humanam naturam. V. Modus, extensis manibus precatur, benedicit, abit corporaliter, visibiliter, localiter euectus in Nube. Observa. 1. militanti Ecclesiae in terris, Deum adesse non tantum generali modo, ut omnibus, sed per gratiam: ut in Triumphantem Ecclesia adest in gloria. 2. Observa. Quicquid de Christo ad salutem est cognoscendum, est verbo patefactum, quare non sunt revelationes alia caelitus expectanda, cum nubis interpositione inter nos, & Dominum nostrum, id sit adumbratum: quod si verbum aliud praeter scriptum esset expectandum, vel id quidem

I.  
II.  
III.  
VI.

COMMENTARIUS

CAP. I.

2. Observatio, erroris causam esse Divini verbi ignorantiam: nam Scripturae locos de Christi Regno, ad mundanum accommodant, & stricta literae adhaesio errorem parit, ut in verbis Coenae animadvertere est, Hoc est enim corpus meum, corporis in panem transsubstantionem esse dicunt, cum panis tota maneat panis, & in Sacramento usurpatus, sit corporis Christi signum crucifixi fide percipiendi in salutem, atque edere corpus Christi, sit credere in Christum crucifixum, Io. 6. 35. Quare ne erremus, Scripturae est componenda, & vna per aliam exponenda, neque sapiendum vllatenus nobis supra id, quod scriptum est, Rom. 12.

3. Observatio. Res mundanae, honoresque, transituri sic omnium animos occupant, ut semper eo aspirent, etiam, tum cum agitur de rebus Divinis. Christus de Regno Dei diserebat, Apostoli interim reflectebant cogitationem ad regnum terrenum. Discamus hinc meditari de rebus spiritualibus, easque concupiscere, res vero mundanas, quae temporibus gubernantur, aspernari.

7. Vers. 4. Actio Respondet Christus, Non est vestrum gerere, id est, rerum gerendarum commodas occasiones, quas Dominus in sua ipsius autoritate posuit. Observatio. Curiositas fugienda, & in patefacta Dei voluntate nobis acquiescendum: illa vero arcana, quam sibi reseruarit caelestis Pater, quamque exerit κατ' εὐδοκίαν, adoranda.

8. Vers. 5. Actio Christi ante ascensionem, est virtutis Spiritus Sancti promissio, ut Hierosolymis, tota Iudaea, Samariaque, & ad ultimas usque terras ipsi testes existant. Observ. 1. Regni Christi statum esse Spiritualem cum sit propagandum Spiritu Sancto per Evangelium operante. Regnum itaque Christi ut habetur Ioan. 18. Non est de hoc mundo, id est, potentia hominum, non consistit, neque humanis legibus est administrandum, sed Divinis verbo scripto consignatis, quare si leges politicae in hoc spirituali locum non haberent, multo minus illae Papisticae traditiones conscientijs jugum non ferendum imponentes: Neque fas est mortalium vlli huius regni autoritatem, libertatemque imminuere. 2. Observ. Incumbit Ministris verbi: veritati personae Christi, officioque eius triplici, beneficiisque inde manantibus testimoniū perhibere ad aedificationem Ecclesiae. 3. Obser. Christi regnum in hoc mundo non est astrictum terrae Cananea, nec tantum populo Iudaico alligatum: verum ad terrae terminos, est pro-

tractum

guyah, post resurrectione xpi a mortuis, proposuerunt  
namque tempore resurrescit regnum Iudaei? Namque cupi-  
tibus, qd Iudaei ad imphit erat, ostendunt sese loqui, non  
COMMENTARIUS  
CAP. I.  
2. Observatio, erroris causam esse Divini verbi ignorantiam:  
nam Scripturae locos de Christi Regno, ad mundanum accom-  
modant, & stricta literae adhaesio errorem parit, ut in verbis Coe-  
nae animadvertere est, Hoc est enim corpus meum, corporis in panem  
transsubstantionem esse dicunt, cum panis tota maneat pa-  
nis, & in Sacramento usurpatus, sit corporis Christi signum cru-  
cifixi fide percipiendi in salutem, atque edere corpus Christi, sit cre-  
dere in Christum crucifixum, Io. 6. 35. Quare ne erremus, Scriptura  
est componenda, & vna per aliam exponenda, neque  
sapiendum vllatenus nobis supra id, quod scriptum est, Rom. 12.  
3. Observatio. Res mundanae, honoresque, transituri sic omnium  
animos occupant, ut semper eo aspirent, etiam, tum cum agitur  
de rebus Divinis. Christus de Regno Dei diserebat, Apostoli  
interim reflectebant cogitationem ad regnum terrenum. Discamus  
hinc meditari de rebus spiritualibus, easque concupiscere, res vero  
mundanas, quae temporibus gubernantur, aspernari.  
7. Vers. 4. Actio Respondet Christus, Non est vestrum gerere, id est,  
rerum gerendarum commodas occasiones, quas Dominus in sua ipsius  
autoritate posuit. Observatio. Curiositas fugienda, & in patefacta  
Dei voluntate nobis acquiescendum: illa vero arcana, quam sibi  
reseruarit caelestis Pater, quamque exerit κατ' εὐδοκίαν, adoranda.  
8. Vers. 5. Actio Christi ante ascensionem, est virtutis Spiritus  
Sancti promissio, ut Hierosolymis, tota Iudaea, Samariaque, & ad  
ultimas usque terras ipsi testes existant. Observ. 1. Regni Christi  
statum esse Spiritualem cum sit propagandum Spiritu Sancto per  
Evangelium operante. Regnum itaque Christi ut habetur Ioan. 18.  
Non est de hoc mundo, id est, potentia hominum, non consistit,  
neque humanis legibus est administrandum, sed Divinis verbo  
scripto consignatis, quare si leges politicae in hoc spirituali  
locum non haberent, multo minus illae Papisticae traditiones  
conscientijs jugum non ferendum imponentes: Neque fas est  
mortalium vlli huius regni autoritatem, libertatemque imminuere.  
2. Observ. Incumbit Ministris verbi: veritati personae Christi,  
officioque eius triplici, beneficiisque inde manantibus testimoniū  
perhibere ad aedificationem Ecclesiae. 3. Obser. Christi regnum  
in hoc mundo non est astrictum terrae Cananea, nec tantum populo  
Iudaico alligatum: verum ad terrae terminos, est pro-



dem foret à Deo Patre, vel Christo filio, vel Spiritu Sancto, Angelove, aut hominibus, Satanam non nomino, quippe mendacij patrem, Atqui non à Patre, cum ipsius testimonium de Filio ex tribus scripturæ locis, sit depromptum, hoc nimirum. Hic est filius meus dilectus, ex *Psal.* 2. In quo mihi complacui, ex *Isa.* 42. Hunc audite, ex *Deut.* 18. ad conciliandam verbo scripto auctoritatem, & perfectionem, quæ omnem continet veritatem, & sapientiam fidei necessariam, quo nos etiam ad filium suum audiendum ablegat. Non à filio ad quem mittimur divino hoc oraculo, quia iubet filius scrutari scripturas, cum ijs vita æterna habeatur, *Ioan.* 5. Non à spiritu, cum Prophetæ, Apostoli, Evangelistæ, divina inspiratione in omnem deducti fuerint veritatē, quam literis consignarunt, *Ioan.* 14. Non ab Angelo, quia 1. *Gal.* scribitur quod si Angelus evangelizet aliud, anathema esto. Non ab homine, quia si aut à viuo, aut mortuo, de viuo habetur, 2. *Io.* 10. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinā non attulerit, ne recipite eum domum, Nec χάρειν ei dicite: qui enim dicit illi χάρειν, communicat operibus eius malis. Non denique à mortuo, cum dicatur, *Luc.* 16. Mosen & Prophetas habent, quos, si non audiūt, ne si quidem quispiam ex mortuis excitetur, assentientur. VI. Testes, scilicet Angeli, Apostoli, Discipuli, & viri Galilæi. Angeli apparent humana specie & corporea, quod si corpora ex materia habuerunt, in illam sunt resoluta, ex quo munere sibi commisso perfuncti sunt, & si ex nihilo in nihilum redacta. *Observatio.* Habere Dominum cæli terræ quæ in promptu spiritus administratorios, qui non solum veritati attestentur, sed etiam electorum saluti invigilent, impiorumque destructioni: vide praxin in illo angelo ἡ πρωτόκων Aegyptiorum, Itemque exercitus *Sincheribi* interfectore. vide *Psal.* 34. VII. Beneficia hinc manantia. 1. Captivam duxit captivitatem, *Ephes.* 4. Satan ergo & peccatum sunt in vinculis ut nequeant in electis regnare. 2. Dedit dona hominibus. quare ijs bene, & legitime utamur. 3. Præparavit nobis locum, *Ioan.* 14. eiusque virtute ascendentis, & merito, ibi ubi iam est, collocabimur. 4. Mittit nobis παρακλήτην, qui & nos in aduersis consoletur, atque impellat nos ingemiscere pro peccatis, *Rom.* 8.

VI.

VII.

ij. *Vers. in fine.* Secunda actio Christo propria, & ut ita dicam Personalis. Est reditus ad iudicandum viuos, & mortuos, qui erit

erit corporalis, localis visibilis ut hic patet, & *Matth.* 25. 2. *Thessal.* 1. & 3. cap. Quare certè statuendum rediturum Christum. Impletum est promissum de primo aduentu in carne, implebitur illa ἐπιφάνεια, ut cumque illusores subsannent, 2. *Petr.* 3. cum disertè scriptura testetur, & divinæ justitiæ ratio idem persuadere possit. Nam illo die & pijs gloriæ coronam addet, impioſque confusio- nis ignominia, atque tormentorum mercede cumulabit, *Math.* 25. *Rom.* 2. Tempus illustris illius. 2. Adventus sacris literis non est definitum. Quod ad sex illos millenarios durationis mundi *Eliæ* adscriptos auctori, qui non fuit Propheta Thesbites, erravit in duorum millenariorum ante legem exacta supputatione, cum plures anni ante legem sed non tot post effluerint. Neque verè colligi potest ex analogia sex dierum Creationis mundi (ut quidam volunt) citantes locum, 2. *Petr.* 3. Vnus dies quasi mille anni, cum aliud non sentiat Apost. quam nullum esse temporis discrimen apud æternum, & infinitum Deum. Denique mutationes illæ in supernis, conjunctiones stellarum, & positiones syderum certum non designant tempus huius ἐπιφάνειας, cum illa coniectura ipsi auctori imposuerit, Anno Domini 1588. Nec locus *Danielis* 12. facit pro huius certitudine.

Cum Propheta tantum denotet tempus exiguum. Imò ipse Dei filius δὲ αὐθροῦτο ut homo diem & horam sui reatus non nouit, *Math.* 24. Quare concludenda sunt duo. Primum certè reventurum Christum. 2. Cum tempus huius adventus scripturis non describatur curiosè in illud non esse inquirendum, *Act.* 1. 7. 1. *Thess.* 5. 2. Nihilominus tamen ut continuo memores simus huius temporis, signis præcedentibus, & vno coherente illud illustravit. I. Præcedens signum est Evangelij per orbem terrarum prædicatio, *Math.* 24. 18. quod accipiendum, distinctis temporibus, & successiuis Evangelium prædicatum iri, atque hoc signum magna ex parte impletum. II. Revelatio Antichristi, 2. *Thess.* 2. 3. quæ cœpit quinquennio post *Gregorium VIII.* qui eum Antichristum pronuntiauit, qui vniuersalis Episcopi titulum assumeret, cœpit inquam tempore *Bonifacij* tertij, quem nequã *Phocas* Imperator *Mauritij* dominicida διχορμητικὸν sanxit, Anno à Christo 600. jam elapsi 1000. anni. III. Apostasia à fide, 2. *Thess.* 2. quæ initium habuit 300. à Christo passo, quo tempore *Arria-*

Signa præcedentia.

I.

II.

III.

B

nismus



*nismus* orbem peruasit. Et à tempore *Bonifacij* 3. hæreses ortæ longè latè que diffusa. hoc signum quadantenus præterijt, sed continuabitur defectio donec Antichristus Spiritu oris Dei indies confectus illustri adventu Christi in totum abolebitur, 2. *Thef.* 2. 8. Precemur Deum vt det nobis constantiam, & perseuerantiam in fide, si salui esse velimus, *Math.* 24. IIII. Morum corruptio,

IIII.

V.

2. *Timoth.* 3. 1. 2. 3. 4. talis futura, vt profiteatur Christus se vix fidem reperturum in terris. hoc signum est & præterit. V. Calamitates gravissimæ, & persecutiones, *Math.* 24. Primis trecentis annis. sauiissimæ extiterunt persecutiones sub decem illis *Neronibus*. 1. *Nerone*. 2. *Domitiano*. 3. *Traiano*. 4. *Marco Antonio*. 5. *Seuero*.

VI.

6. *Maximino*. 7. *Decio*. 8. *Valeriano*. 9. *Aureliano*. 10. *Diocleriano*. Et iam his multis annis Ecclesia ab Antichristo Romano est diuexata, hoc præterit, atque est. VI. Securitas magna, & cordis dedolentia tanta, vt ne que Iudicijs cœlitus demissis neque verbo prædicato hominum animi percellantur, *Luc.* 17. 26. atque hoc fuit & est. VII. Iudæorum conversio ad fidem, Christi que gratiam revocatio, *Rom.* 11. 25. Sed de tempore, numero, modo que nihil definitum. Hoc etiam est in fieri, factum que; in nonnullis. Signum

VII.

coniunctum à Christo vocatur signum filij hominis, *Math.* 24. Non est illud Crucis, vt quidam autumant, sed est gloriæ, 2. *Thef.* 1. 4. & terribilis, consumentis que; ignis cum duorum luminarium obscuratione, *Math.* 24. 2. *Pet.* 3. Mutemur opportunè, & renouemur in interiore homine ad exterioris quotidianam destructionem, nam hoc tempore omnia sunt innouanda, *Revelat.* 2. 1. ignique perpurganda.

*Forma iudicij paucis.*

1. *Iudex*. Christus pronuntiabit sententiam definitiuam irrevocabilem. 2. Veniet in nubibus potentibus Angelis stipatus in flamma ignis, iudicabit.

Quia peccatum hic admissum, impij que Spiritus deiecti in cœlum non sunt denuò admittendi. 3. Sedebit in Throno, 2. *Thef.* 3. 4. Citabit omnes voce Archangeli, atque Tuba Dei. 5. Separabit oves à capris. 6. Examinationem & inquisitionem pericularem faciet. 7. Sententia vitæ & gloriæ in electos, mortis verò & sempiternæ ignominie in reprobos feretur.

*Observa.*

*Observa.* Hunc diem electis sanctisque Christi multis modis excruciat in hac miseriarum valle omnium miseriarum & afflictionum, sinem allaturum, & libertatem, plenam que redemptionem: Reprobis verò sempiterna supplicia, & tormina terribilia: Discant opportunè respiscere, si gratiæ est locus.

*Vers.* 12. Actiones Discipulorum post Christi ascensionem ad finem cap. Atque sunt aut cōmunes omnibus, aut vni propria. Communes sunt reditus in urbem *Ierosolymitanam*, precatio vnanimis, & continua 3. Electio *Matthia* in locum *Iuda* proditoris. Propria est Petri oratio pro vno surrogando in *Iuda* vicem reditus habet locum vnde. *vers.* 12. Montem scilicet *Oliveti* hic *Vacca Rusa* solita est sacrificari, hinc regrediuntur ex quo sacrificiorum omnium, & legalium ceremoniarum completor Dei filius ascendit in cœlum quare ceremoniales vmbra exorto iustitiæ sole, & jam in gloria Constante evanuerunt, solum que Christi sacrificium in cruce oblatum non iteradum fide amplectendum est in omnium credentium remissionem peccatorum. II. Quo

II.

*Ierosolymam* crudelem illam urbem Prophetarum sanguine respersam, *Luc.* 13. vbi *Observatio* 1. Populi impietatem & atrociam peccata promissiones Dei non efficere irritas, 3. *Rom.* Spopondit Dominus verbum *Ierosolymia* emanaturum legem que *Sione*, quare, tametsi *Ierosolymitanus* populus fuerit scelerosus. Et tamen diuini promissi impletio, verax que existit Deus. 2. *Observatio* Mandatis Domini obediendum etiam cum vitæ discrimine, neque argutandum cum exit eius verbum, vtcunque difficillimum videatur, imitemur Abrahamum illum fidelem divino oraculo obtemperantem, relinquentem Patriam, & proficiscetem in ignotum solum. Nec non *Mosen* & *Ieremiam* qui legatione *Iehova* functi sunt periculi plena III. Locorum distantiam. Et est itinere Sabbathi. De lege *Mosaica* Sabbathum ita precisè observandum vt in eo ne ignem accendere licuerit, verum iter hoc Sabbathinum per traditionem quandam Iudaicam, quam ascribunt eruditus *Rabbinis Sammai* & *Hilleli* obtinuit, id verò conijciunt in duo miliaria. *Observa.* Diem Dominicam in huius Sabbathi locum successisse, Christi præxe qui hoc resurrexit, in cuius resurrectione veræ illius quietis, quam vetus Sabbathum figurabat, est completum, nec non Apostolorum observatione, qui quidem

III.

B 3

cultu



cultui divino in totum est consecrandus. Sabbathi ceremonialis ritus jam desijt, sed moralitas vt ita dicam est perpetua. Quare à peccatis cessandum, & divinis exercitijs sedulò incumbendum, divinisque meditationibus Sabbathi illius aterni in cœlis concelebrandi.

2. *Precatio.* 1. Locus est privatus, & ἰδιώτων superius conclave. *Observatio.* Nemo sese periculis temerè exponeret. Hoc est enim Deum tentare: sed vtendum medijs ordinarijs ad opus Dei promovendum. 2. *Obser.* Secretus locus precibus Deo nuncupandis maximè est idoneus, *Psal.* 4. *Math.* 5. 3. Personæ congregatæ .i. Apostoli vñdecim obscuro loco oriundi vocari possent, 1. *Cor.* περιψήματα. *Obser.* Evangelij gloria & ministerij dignitas non pendent ab autoritate hominũ, 1. *Cor.* 1. 2. Maria Iesu mater de qua postea nulla mentio in sacris, quam Monachi dicunt assumptam in cœlum, quod si ita esset an non, vt *Enochi & Elia* translationis mentio scripturis contineretur. Quare cum scriptura eam involuit silentio, requiescat Beata virgo, & papistæ eam patiantur requiescere. 3. Aliæ mulieres scilicet vxores, quas habebant, quasque periculorũ socias confirmari oportebat. *Obser.* in his zelum pium imitandum. 4. Fratres Domini, .i. cognati, phrase Hebraica. Hinc discamus nos qui Christo arctiori, quam propinquitatis sanguinis vinculo nempè Spiritus & fidei devincimur, illi constanter adherere. 5. cir. ipsa precandi actio. *Observat.* Actiones nostræ omnes inchoandæ, & sanctificandæ precibus, *Celos.* 3. & addò primitivæ Ecclesiæ insignia preces, vñanimitatem, & concordiam esse quæ sunt certè singularia Dei gratiæ beneficia, & ornamenta sanctorum.

15. *Vers.* Hic incipit actio Petri propria. 1. Præsatur in electionem Mathiæ, movetur ad hoc à spiritu, approbatur à reliquis fratribus in quos imperium habet nullum, aut autoritatem, vt colligunt aduersarij perperam ex hoc loco. Cum obeat tantum eas partes, quas Consul solebat in senatu, aut *πρυθία* in Presbyterio nihilque concludat potestate sua, proponit tantum, cuiq; integram relinquens sine omni præiudicio suam sententiam: vocatque fratres ad evitandam omnem tyrannidis suspicionem. Mittitur cum Ioanne 8. *Act.* Samariam cum legatione obeunda vocat se *συμβρεσβύτερον*, 1. *Petri* 5. Et est Iudeorum Apostolus, quare

quare non Catholicæ Ecclesiæ caput. Reprehēditur etiam à Paulo, *Galat.* 2. Huius orationis Petri membra expendenda sunt, 1. Tempus. 2. Orator. 3. Auditores. 4. Orationis capita. 1. Tempus. In illis diebus post nimirum ascensionem Christi, & ante acceptum Spiritum Sanctum decem dierum spatio interiecto. *Obser.* non fuisse Apostolos omnino Spiritu Sancto destitutos, sed postea die Pentecostes maiori copia fuisse donatos: vbi rursus observa per gradus, spiritus *χαρίσματα* conferri prout videtur Domino, proinde donorum sollicitè incrementum petendum, & corda dinique sapientiæ applicanda, vt in dies proficiamus cum illud celebre extet verum cuiuslibet hominis in hac vita summa sapientia est proficere. 2. Orator est Petrus ordinis gratia, non potestatis prænominatus: quod afferunt papalēs ex *Math.* 16. loco iam trito, & cognito. *Tu es Petrus*, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, nihil aliud vult Christus nisi Ecclesiam ipsi Christo esse inædificandam, vide idem, 1. *Cor.* 3. Quod verò attinet ad potestatem clavium, & jus ligandi, absolvendi que penes Petrum, vt illi volunt, Christus disertis verbis, *Io.* 20. Cum illarum clavium facit exhibitionem, quod dixit vni Petro, illic omnibus inquit quorum peccata retinueritis, retenta sunt, & quorum remiseritis, remissa sunt, quæ, vt dicuntur omnibus, sic potestas omnibus æquè conceditur pœnitentiam nimirum agentibus in Christo pronuntiandi remissionem peccatorum, vt impœnitentibus nullam. Et apud *Lucam* 22. damnat *φιλεπρωτεύοντας*. & *Ioan.* 13. exemplo humilitatis, lavando discipulorum pedes, preiuit. Verum hæc paritas nec ordinem decentem, nec donorũ differentiam tollit. 3. Auditores numero 120. 1. *Obser.* cordis duritiem & naturalem & rebellionem auctam tantum posse in nõ regentis, vt pauci existant, qui veritati cedant. 2. *Observatio.* Potentia Christi in Evangelio lucente est certè maxima, qua Ecclesia ex tam exiguo numero est propagata & amplificata. 3. *Observatio.* de fide, & vera religione (vt papistæ volunt) ex multitudine non est iudicandum: Cum via sit arcta, quæ ad vitam ducit, pauci que eam ingrediatur: lata verò sit, quæ ad interitum, multique eam ineant; & rursus, multi sint vocati, sed pauci electi: vt hic *Ierosolymis* videre est, vbi Dominus in civitate desperatissima, & atrocissima habet hunc exiguum numerũ. Ita etiam tempore



pore diluuij Noachum & sex arca contentos, lotum inter Sodomitas Eliam qui Baali restitit, eiusque sacerdotibus, Michaiam 400. pseudo-prophetis contrarium. Quare concludendum veritatem religionis, & bonitatem causæ multitudine non esse metiendam, nec definiendam.

16. *Vers.* Petri orationis capita sunt duo. 1. est de Iuda. 2. est de sufficiendo vno in eius locum. Inchoat orationem appellatione amabili. *Viri fratres.* Et quidem fratres. 1. Natux communiore. 2. Gratiâ in Christo 3. Professione 4. Vocatione. Quæ faciunt ad omnem potestatis, & authoritatis in fratres superioris suspensionem amovendam. De Iuda hæc habentur. 1. eius delictum à Deo præuisum, & in scripturis prædictum, vbi occurritur scandalo. 2. Eius vocatio ad Apostolatam, *vers.* 17. 3. Effecta delicti. 1. Ignominiosum acquisiuit agrum de mercede iniustitiæ. 2. supplicium horrendum. Nam præcipitatus crepuit medius & effusa sunt omnia viscera eius 1. *Observatio.* Scripturæ certissimè implebuntur siue gratiam, & misericordiam in Christo promittant, siue in reprobos detonent pœnas sempiternas. An loquetur DEVS & non præstabit. 2. *Obser.* nihil fit Deo non decernente & providente, omnia divina illa æterna providentia includenda, si quid in rerum natura videri potuit fortuitum; numquid illud quod scribitur de Achabo, 1. *Reg.* 22. at licet ille vestem mutaerit, vt dignosci non potuerit, nihilominus tamen quod fuit diuinitus determinatum & à Propheta prænunciatum in Achabo lethaliter vulnerato est impletum. 3. *Obser.* Iuda non fuit imposita necessitas absoluta, sed, vt loquuntur consequentis, quia nimirum obtemperauit Satanæ eum impellenti ad prodicionem patranda: Neque providentia Dei excusat delinquentem: Nam quamuis præuidet, præscit, atque ordinat peccatum Dominus ad sui nominis gloriam in misericordia & iustitia relucens, nullo tamen modo peccati, quo peccatum est Author dici potest, cum legi, adeoque ipsi Deo aduersetur, quo nihilominus bene venar, vt venditione Iosephi. Author itaque peccati est Sathan princeps tenebrarum, reprobisque homo à Satana agitato, qui etsi committat id quod Deus decreuit fieri: peccat tamen, cum sceleris patrator non DEI voluntati præstandæ, sed prauis & perniciosis affectibus à Satana in malum incitatis indulgeat, &

& velificetur: vide in Nabuchadnezare, qui seruus Dei dicitur, sed per coactionem, *Ierem.* 25. in populo etiam Iudaico, qui in Christi filij Dei crucifixione nihil fecit, nisi quod Dei manus dereterminauerat, *Act.* 4. 4. *Observatio.* Scriptura sacra Spiritum Sanctum habet authorem, 2. *Timoth.* 3. eiusdemque scriptores Spiritus Sancti fuerunt amanuenses Prophetæ; & Apostoli, 2. *Petri* 1. Quare eius authoritas ab hominibus non pendet, nec fidem habet cum verbum Dei sit *ἀποστόλων*. 5. *Observatio.* Pijs Domini instrumentis sua laus tribuenda, vt hic Davidi, cuius in scripturis mentio fit honorifica, cum de eo prædicetur, quod iuxta cor Domini vir fuerit. Vt viri sancti sacris commendantur, sic scelerosi etiam designantur, in ipsorum ignominiam sempiternam: atque hoc quod de vtriusque iudicium fertur in scripturis, illud ipsum est Dei procul omni dubio. 6. *Obser.* Nul- lum est officium tam sanctum, quod non violarit avaritia quæ malorum omnium radix, 1. *Timoth.* 6. & Idolatriæ celebrata nomine, *Ephes.* 5. *Colos.* 3. & quid est, quod non cogat pectora mortalia Auri sacra fames. Quare precemur cum Davide, ne inclina Domine cor meum ad avaritiam. 7. *Obser.* Electio ad officium sanctum, non arguit firmam electionem ad vitam. Iudas electus ad ministerium, sed non ad vitam: vide in reprobis, qui ad preclara munera obeunda eliguntur, cum tamen nihil sunt aliud, quam vasa ad interitum apparatus. 8. *Obser.* In sanctissimo cœtu vnum aut alterum reperire est reprobum, vt Chamum in Arca. Architophalem in Davidis aula, & Iudam inter Christi Apostolos. 9. *Obser.* domestici fidelibus, & sanctis Dei hominibus sunt maximè inimici, *Israelita Moysi*, fratres *Iosepho*, *Davidi* familiares, *Psal.* 41. *Math.* 10. extat Christi dictum hominis inimici sunt eius domestici. 1. effectum *ἐκτύσσει* (*Lucas* non respexit consilium Iuda, sed eventum; sic aliquis dicitur malum sibi querere habita non consilij aut voluntatis, sed eventus ratione) est Agri acquisitio. Hoc sensu quod Iudas 30. nummos rediderit, quos *Scriba* & *Pharisæi* noluerunt, vtpotè sanguinis precium referre in *Gazophylacium*, idcirco agrum mercati sunt pro inhumandis advenis cogitantes facinoris à se patrati memoriam abolere, sed extat monumentum indelebile. *Obser.* Suis artibus prenduntur impij, posteritati prodentes scelus quod student extinguere maleque

parta, tametsi reddantur à morte, cedunt in facinorosi dedecus, vide *Pf. 7. 14. 15. 16. vers. 2.* Effectum horribilis, & desperata *Iuda* interitus. Nam *πρὸν γέγονε ἐλαχιστέ μέρει, καὶ ἐξεχούθη πάντα τὰ πλάγχθη αὐτῶν*: quibus verbis significatur primum *Iudam* prolapsam medium discissum fuisse, cum quodam singulari crepitu fragore, viscerumque effusione. 1. *Obserrat.* Horror malæ, & impuræ conscientiæ, tam terribilis, atque adeo efficax, ut multos sibi mortem desperanter consciscere coegerit: vide in *Saule, Achitophete, Nerone, Diocletiano*, aliisque scelerosis, Christi que Ecclesiæ persecutoribus, caueant sibi qui turpis lucri gratiâ, nihili faciunt Christum, eiusque causam prodere, Idem, si non deterior eos manet exitus, nisi serio & piè respuerint, Nos verò studeamus retinere fidem in religione, bonamque conscientiam in rebus gerendis, ut in pace, timoreque Domini defungamur, certaque spe illius æternæ vitæ cum Christo in Deo absconditæ, gloriæque immortalis electis in cælo destinatæ. Quare in quacunque simus vocatione, fugiamus hypocrisin *Iudæ, Achitophelis, Elimaj,* Act. 13. punitionem trutinantes: aliorumque facinorosorum, ut *Arrij* Divinitatem filij Dei inficiantis, expositione etiam viscerum interempti. *Antiochi Epiphani* percussi etiam in intestinis morbo incurabili; *Herodis* à vermibus arrosi, Act. 12. aliorumque omnium inimicorum Christi, qui omnibus Dei iudicijs subiiciuntur, & obijciuntur cælo, terraque comprehensis.

2. *Obserr.* Gradus sunt certi ad interitum, & nemo repente evadit pessimus, & desperatus: expende in *Iuda*, qui fuit hypocrita, fur induratus, desperatus, supplicio sese affecit ignominioso, & terribili strangulatione, sentiens anima horribiles nunc, & postea corpore, animaque revnitis æternas pœnas sensurus: In *Saule* etiam qui ab arrogantiâ, & præsumptione impia, 1. *Sam. 13.* ad inobedientiam, 1. *Sam. 16.* hinc ad desperationem prolapsus suo se mandante, iugulatur, peritque gladio, & tandem ne multis in *Abimelecho* illo 70. fratrum atrocissimo occisore, *Iud. 9.* Proinde peccato resistendum initio, ne per gradus serpens patratori finem accersat interitum: & his in terris dum vivit, & post obitum sempiternam infamiam.

20. *Vers.* Punitione, quæ attingit posteros indicatâ. Iam Abdicatorem *Iudæ* habes. Vbi testimonia afferuntur duo, prius ex *Pfal.*

*Pfal. 69.* quo *David* conqueritur de inimicorum impietate γενίμας, versusque 26. verba sunt hæc; Sint *Castella* eorum desolata, in tentorijs eorum ne sit habitator, quia, quem tu percussisti, persequuntur, & secundum dolorem confessorum tuorum narrationes contexunt. Quoniam *David* est typus Christi, inimici eius Christi hostes referunt, in quorum numero præcipuus est *Iudas* proditor. *Obserr.* ut ante Christum incarnatum, quæ *David* acciderunt, typicè Christo attribuuntur. Sic iam post Christum passum afflictiones Ecclesiæ mysticè dicuntur Christi propter arctam illam Christi capitis, & membrorum coniunctionem, Act. 9. *Colos. 1.* Posterius testimonium est ex *Psal. 109.* Illic *David* invehitur in hypocrisis, maximè in *Doegum Sauli* ab armentis & supparastastrum crudelem & sanguinolentum, qui occidit 85. sacerdotes Domini, 1. *Sam. 23. vers. 8.* Citati *Pfal.* Sint dies illius pauci, & curationem eius, hic *ἐπισκοπῆν* accipiat alter, id est munus, & functionem: Solent autem pastorum, ovium, & gregis vocabula ad Ecclesiasticas administrationes transferri. *Obserr.* In actionibus spiritualibus secundum scripturas est procedendum, & optimè res divinæ divinis illustrantur, & confirmantur testimonijs.

2. *Observa.* Dominus consuevit prædicere eventa improborum ut animadvertere est in originali mundo: In captivitatis *Israeliticæ* prænuntiatione per *Ierimiam*, Sacerdotumque super altare immolatione per *Iosiam* 330. annis ante eventum, 1. *Reg. 13.* atque id quidem partim Typicè ut hic & in visionibus apud *Ezechielem*, & *Danielem*, *Ioannem*que, in ἀποκαλ. partim perspicue, ut videre est in antiqui mundi submersione, *Pharacnisque*, & *Ægyptiorum*, quare observo Dei morem hunc esse ut verbo præmoneat, antequam plectat, aut castiget; plectere etiam, atque castigare, priusquam ultimis afficiat delinquentes supplicijs: hinc verificatum illud *Iehova* apud *Ezech. 33.* ut vivo inquit, nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, vivatque: alienum longè est à Creatoris natura, ut intendat immediatè interitum Creaturæ, *Luc. 13.*

*Ierusalem*, quoties volui congregare te, & noluisti: Proinde præmoniti, & verbo siue misericordiæ, siue justitiæ ad resipiscentiam vocati obtemperemus. 2. *Obserr.* Tametsi Deus peccatum præordinet, eius tamen nō est Author, & quàmquam per *Iudæ* prodicionem humanum genus redimere statuerit *Iudas* nihil minus cogita-



cogitavit, sed potius impiæ cupiditati suæ satisfacere. Peccatum fit quodam modo volente Deo, sed non iubente qua peccatum est: ut hoc sit perspicuum, sunt tres actiones in voluntate divina, ac prima est, qua ἀπλως vult; & sic tantum vult bonum cuius per se Author est. 2. Qua simpliciter nō vult, & id quidem nullo modo in rerum natura existeret potest. 3. Qua vult, sed remissè non vult atque fieri permittit, Act. 14. 15. ἔασε πάντα τα ἐβνὲ πορεύεσθαι ταῖς οδοῖς αὐτῶν, ut est peccatum quod Deus finit fieri quatenus suæ gloriæ inseruit. Et hoc modo, quod est malum ratione Dei decernentis boni rationem habet: præterea omnis actio, ut est talis. Deum Authorem habet: omnis verò actionis pravitas ab instrumento malè instigante Satana, aut homine male patrante proficiscitur. Perspicuum itaque est omnem culpam esse penes instrumentum malum, Dominum verò semper sanctum purumque. Neque peccantem ad peccandum cogere, neque ei corruptionem aut pravitatem infundere. Tametsi peccetur necessitate immutabilitatis, cum Dei decretum stet inviolabile, nō tamen necessitate coactionis, cum sponte patretur peccatum: neque ex dictis sequitur pugnantem esse in Deo voluntates, cum & peccatum velle, & nolle dicatur, R. Diversimodè vult, & non vult, vult quidem ut est Actio, quæ arridet ipsi; quatenus talis: non vero vult, ut est vitiosa actio, id est non placet, vult, ut gloriæ suæ inseruit, at non vult, ut est ἀνομία. Exemplum in Davide, castigato. Mandato 7. prohibetur incestus, Dominus tamen dicitur 2. Sam. 12. Accipere, & Tradere Absolomo concubinas Davidis, ut hoc (scilicet) modo Davidis adulterium corrigat. 3. Observ. Supplicium sequitur peccatum. Tametsi temporis intervallum nonnunquam intercedat, illud tamen Isaiæ manet verum 65. 20. Peccator etiam natus centum annos, maledictus erit; Et Rom. 6. Stipendia peccati mors. Proinde seria pœnitentia per Christum cum Deo Patre in gratiam redeamus, & divina ope demus operam, ne amplius peccemus, saltem ne in nobis peccatum regnet, Rom. cap. 6. 1. Ioan. 3. 4. Observ. Psalmorum liber legendus, cum contineat instructiones, consolationes, & præclara vaticinia de Christi Regno. Extat egregium Basilij Magni dictum de Psalmis κρίνον ταμίον ἀγαθῶν διδασκάλων. 5. Observat. Sanguinolentorum, & Avarorum domus erunt deserta. Hæc peccato-

rum.

rum genera, & Regnis & Domibus vastationem, & everfionem accersuerunt. 1. Superbia. Isa. 13. 19. contra Babylonem vaticinatur illic Zuim, Ozin, & iñi Scorpiones, terrificum animal, Serpensque in Templis voluptarijs. Praxis in Nebuchadnezare, qui cordis arrogantia in Palatio admirabundus, statim extrusus & ablegatus ad Bestias, quibuscum septenium est versatus. 2. Idololatria. 3. Avaritia utrumque habetur apud Mich. 1. 6. vers. Itaque disponam Samariam in acervum agrestem, omniaque Terricula eius disponam in vastationem, quia ex mercede meretricia collegit, & dum merces meretricia est, avertuntur. Praxis tempore Zalmanazaris Regis Assyriorum, qui obsedit Samariam, & 7. anno Ozia Regis Israelis ultum, cepit, & vastavit abductis Israelitis, ex quo Israelitarum Regnum stetit annos 279. 4. Effusio sanguinis innoxij, Luc. 13. 34. Ierusalem, Ierusalem, quæ trucidas Prophetas, lapidasque eos, qui ad te missi sunt, quoties volui cogere liberos tuos, quemadmodum gallina pullicem suam sub alas, & noluit; ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. Huius complementum tempore Titi filij Vespasiani qui 40. Anno ferè post Christum crucifixum, Urbem & Templum magna populi facta strage evertit. addo in civilibus. Roma crudelis in Sanctos, & sanguinolenta spatio 131. septies à Barbaris nationibus capta. 1. à Visgothis 412. post 44. à Vandalis, Genrischo præside. 3. ab Herulo 471. 4. à Theodorico. 5. à Bellisario. 6. à Totylo Gothorum orientalium Præside, qui urbem ferè totam cum Capitolio flammis permisit. 7. Ab eodem Totylo cum fuisset quadantenus reparata à Bellisario, qui Bizantium profectus, reliquit urbem, quam Totylas occupavit. 6. Observ. Hostium Christi, & Ecclesiæ capitibus Iudicium, ni donentur pœnitentiâ verâ inevitabile. Considera in Pharaone, Nabuchadnezare, Sinnacheribo, Antiocho Epimane, Herode, & persecutoribus illis Ecclesiæ primitivæ, nostrique temporis atrocibus hostibus, unde discant crudelitatem reprimere, verèque respiscere, si velint esse tuti à supplicijs Divinis. 2. Testimonium. Episcopatum eius accipiat alter. Observ. Prærogativa nulla nobis proderit, si in officijs obeundis impiè versemur, atque mala citra omnem fidem patremus, futurum enim certissimè est, ut prævaricatores, malèque defungentes munere sibi demandato, extrudantur cum dedecore, & ruinam patientur insignem.

C 2

Vide



Vide in *Saule* primo *Israelitarum* Rege ex Tribu *Benjamitica*, qui summo constitutus loco non solum in Deum officium neglexit, sed *Davidem* Christi typum persequi non intermisit divina gratia semper conservatum: quare spiritu Domini eum deserente à peccato in peccatum prolapsus mortis suæ desperatissimus extitit Author. In cuius locum mirabili Dei amore, & singulari clementia vocatus ab ovibus *David*, est susceptus: Proinde omnes simus synceri & seduli in usu donorum Dei; recolentes animis illud Christi; habenti dabitur, & non habenti, id est, non bene utenti, etiam auferetur ab eo, quod habet, Rursumque honoratum iri eos, qui *Iehovam* honorarint, contemptoresque eiusdem, leves futuros: Atque etiã illud, *Malach. cap. 2.* Quod Sacerdotibus seductoribus interminatur Dominus, utique inquit inmittam in vos maledictionem, maledicamque benedictionibus vestris, quin etiã maledixi earum cuique, quia minimè inditis animo. Ecce ego corrupturus sum vobis sementem, & sparsurus fimum in facies vestras, fimum sacrificiorum vestrorum. 21. vers. Consilium Petri de surrogando vno in *Iuda* locum. ubi hæc sunt spectanda. 1. ex quorum numero sit eligendus. 2. Electionis modus. .i. deligendus est is loco *Iuda* ex ijs qui versati sunt cum Apostolis toto tempore, quo *Iesus* intrauit & exiit inter nos, id est, munere suo functus est. 1. *Obser.* Apostoli nihil deliberant, nisi Dei verbo in consilium adhibito; deinde, quod totius Ecclesiæ intererat, non nisi consciã Ecclesiã exequentur. 2. *Obser.* Oportuit numerum duodenarium reimpleri propter typum. Duodecim positi sunt lapides in *Iordane*. 12. Architecti cœlestis *Ierosolyma*. 19. *Math.* 12. Apostoli sessuri in thronis, & iudicaturi 12. tribus *Israeliticis*. addo. 12. portas apud, *Ezech. 48. 12.* fundamēta nouæ cœlestis *Hierosolyma* Apost. 12. nominibus inscripta, *Apo. 21.* 1. *Obserua.* Eligendi sunt ad ministerium Christo familiares, & piorum socij, cum quo si non personalem habeant præsentiam, saltem spiritualē quæ in fide ex verbo & spiritu proficiscēte, cōsurgit: atque huiusmodi delectū pastore egredi & ingredi oportet ante oves, ut rectã sequantur in caulam, *Ioan. 10.* 2. *Obserua.* Silet scriptura de toto vitæ Christi curriculo à natiuitate ad annū 30. nisi quod semel, *Luc. 12.* 12. dicatur in templo disseruisse Proinde supra id, quod scriptum est, sapiunt qui vitæ illius tempus conantur

nantur depingere; quod sic in verbo est descriptum à Baptismo scilicet *Ioannis* ad ascensionem, id est, quo *Christus* ab *Ioanne* Baptista est baptizatus voceque patris cœlitus sonante ordinatus ad ministerium obeuudum. 3. *Obser.* Pastor cognitione ad intelligendum, & sapientia ad applicandum imbuere debet, *Malach. 2.* Nam labia Sacerdotis cognitionem custodirent, ut homines legem petant ab eius ore: est enim legatus Domini exercituum. Atque præsertim testis esse resurrectionis Christi, sub qua comprehenduntur capita religionis Christianæ, 1. *Cor. 15.* Si *Christus* non resurrexit, sumus falsi testes: de resurrectione Christi, nostrãque ea inclusa diximus supra eò lectorem remittimus. 23. vers. 2. Modus electionis: & ista complectitur. 1. Præsentationem ab Apost. factam coram cœtu. 2. Preces ad Dominum pro aptiore sufficiendo. 3. Sortitionem. 4. Euentum. scilicet hoc. Sors cecidit in *Matthiam*, qui communi consensu ijs est annumeratus. 1. *Obseruat.* In eligendis Pastoribus procedendum ad exemplum primitiæ Ecclesiæ secundum ordinem, & piã cum deliberatione, consultoque Domino per preces. 2. *Obser.* Nihil gerendum alicuius vnus authoritate, cum *Petrus* liberam permittat electionē, contra, ac *Papa* facit, qui ordinat ad sacra, quos vult. Duo proferuntur in medium ab Apostolis. 2. *Obser.* Præsentatio propriè est Presbyterij, nec *Papæ*, nec Magistratus, nec Patroni, ut vocant, hæc humanitus irreperunt in Ecclesiam. 3. *Obser.* Nemo sese in officium ingereret, neque ad id medijs illegitimis vteretur, sed vocationem Dei, Ecclesiæque expectaret. 4. *Obser.* *Matthias* vno nomine, accensetur Apostolis, *Iosephus* verò non, tribus etsi ornatus nominibus. Dei cogitationes non sunt sicut hominum, quosque mundus eminere vult, Deus plerumque non vult, sed ipsi placet humilia, & abiecta mundi deligere, ut *Davidem Sauli* prælatum euectumque in Regem, ita etiam Apostolos nullo numero homines separauit ad Euangelizandum, ut per stultitiam suam confundat mundanam sapientiam, 1. *Cor. 1.* 2. Preces. 1. *Obser.* Omnis actio precibus est sanctificanda, 1. *Colos. 3.* 1. *Timoth. 4.* atque preces ad Deum Patrem sunt dirigendæ *Iesu Christi* meditoris nomine, ita *Christus* nos docuit, *Math. 6.* Non ergo ad sanctos defunctos, Angelos, nec *Mariam* virginem. 2. *Obser.* Ministrorum electio, & ad officium deputatio, pendet



à Domino. 3. *Obfer.* Nihil Deo ignotum cum fit καρδιόγνωσις attendamus itaque dictis, factisque nostris. Omnia Divinae providentiae patent, & sunt ipsi τετραχίλισμοι. Heb. 4. Ps. 139. 2. Reg. 6. Consilium secretum Regis Syria Deo cognitum, & Prophetæ Eliseo patefactum. 4. *Obfer.* In precum petitione. Pendendum à Domini voce & ore, qui vocaret, & nominaret, vocatosque auctoritate ornaret, donisque instrueret, quibus in fide vterentur, sapienterque, si Deum nolint sentire vindicem, Ezech. 3. quos ita à Deo declaratos amplecteretur populus, si nolit experiri vlticem Dei manum. Qui accipiat. 4. *Obfer.* Non currendum antequam mittamur, sed expectemus vocatem Deum, & Ecclesiam. 5. *Obfer.* Reprobi habent locum ad quem abeunt, nimirum lacum illum ardentem, Revel. 21. Electi etiam erunt in suo loco caelesti & glorioso. Ioan. 14. inquit Christus, Vado paraturus vobis locum. III. *Est Sortitio.* *Obfer.* Sortium usus legitimus est, si absit à superstitione, quibus Domini consilium quaeritur in rebus dubijs, maximique momenti, vt est Apostoli electio. & 1. Sam. 10. de Eligendo Rege. & in diuidenda terra Cananaa, Iosua 15. 18. 20. & Ios. 7. in exploratione surreptæ rei excommunicatæ. & Levit. 16. de duobus Capris, vter dimitteretur, 2. Chron. 24. In assignandis officijs filijs Aaron: sed curiosa inquisitio per homines, damnanda, Lev. 9. Astrologia iudiciaria, quâ volût de hominis mortis genere, & tempore determinare, ex aspectu ascendentis syderis, aut syderum positione, quod si verè determinaret, quomodo fieri possit, tot vno conflictu diuersis nati temporibus eodem mortis genere, eodem etiam tempore emorerentur, Et geomantia in terra per circulos descriptos divinans: Sortes proinde sunt licitæ, quæ Deo approbantur, eiusque reguntur providentia, vt Proverb. 16.

Sortes conijciuntur in sinum, sed dispositio tota est à Domino. III. *Eventum Matthias* sorte designatur, reliquisque annumeratur. 1. *Obserua.* Magnificos titulos praterire Deum, & calculo suo approbare, quos vulgus hominum improbaret. 2. *Obfer.* Tametsi deficient mali & ruant præcipites in suam ipsorum exitium, Dominus tamen redintegrabit, complebitque suum numerum: Neque deerunt qui sancto ministerio obeundo operam collocent, tametsi impulsu Satanæ, vi, aut dolo facinorosorum &

III.

Sortes conijciuntur in sinum  
 III. Eventum Matthias sorte designatur  
 I. Obserua. Magnificos titulos praterire Deum  
 2. Obfer. Tametsi deficient mali & ruant præcipites  
 in suam ipsorum exitium  
 Dominus tamen redintegrabit  
 complebitque suum numerum  
 Neque deerunt qui sancto ministerio obeundo  
 operam collocent  
 tametsi impulsu Satanæ, vi, aut dolo facinorosorum &

Ecclesiæ hostium crudelitate, aut quovis alio modo è medio se tollant, aut tollantur.

CAP. II.



ARTES Cap. sunt tres. 1. Spiritus Sancti missio, iuxta Christi promissum, ad vers. 14. Ioa. 14. Act. 1. 5. 2. Oratio Petri Apologetica, ad vers. 37. 3. effectum. Conuersio (scilicet) ad fidem 3000. hominum, qui accensentur Ecclesiæ Christi. 1. *Obserua.* Vis verbi efficax, vbi internum spiritus ministerium concurrat, Rom. 1. 17.

Est potentia Dei ad salutem omni credenti. Heb. 4. 12. Viuus enim est Dei sermo, & efficax, ac penetrantior quouis gladio ancipiti. 2. *Obfer.* Omne promissum Christi siue misericordiae, siue poenæ implebitur, vt illud gratia, Io. 11. Qui credit in me, non morietur, Et iudicij illud, Qui coram hominibus negauerit me, Ego illum negabo coram Patre meo caelesti. Prima Cap. pars habet Spiritus Sancti missionem, vbi intellige, personam Sanctæ Trinitatis tertiam non mitti, nec eiusdem essentialia proprietates Apostolis communicari, neque Spiritum locum mutare, cum omnia repleat, verum mitti per ampliora dona, & operationem efficaciorum quam prius. CIRCUMSTANTIÆ missiones sunt tres 1. vers. 2. habetur Modus. 3. Fructus duplex. 1. respectu Apostolorum in quos mittitur, & Auditorum, qui audiunt Apostolos diuersis linguis loquentes μεγαλα τῷ ἑἷς. Tres Circumstantiæ 1. vers. sunt. 1. Personæ 12. Apostoli, Dei nuntij, donis instructi convenientibus ad ministerium obeundum. *Obfer.* Concordia in Apostolis laudanda, quæ regnat, vbi Dei spiritus locum habet. 2. Locus Ierusalem. *Obserua.* Impletur, quod prædictum fuit à Propeta Isai 2. cap. Lex ex Sion prodibit, & verbum Domini Ierosolymis: & obedientiæ Divinitus concessæ præmium est promissi præstatio. 3. Tempus. Festo Pentecostes, die quinquagesimo post Pascha, quo confluere solebat populus ex omnibus partibus Ierosolymam, iuxta mandatum Domini, Exod. cap. 23. vt & Paschatis, & Tubarum.

Pentecostes festum institutum fuit in memoriam Legis promulgatæ, modo terribili, quæquidem litera dicitur occidens;

vt à

Aquin. 2. 2. 9. 9. Eccle-  
 388



vt à Christi gratia diuellitur, terroremque conscientijs incutit. iam quinquagesimo die post immolatum Dei agnum Spiritus Sanctus mittitur, quo charitas Dei effunditur in cordibus nostris, Rom. 5. 5. Atque inchoatur Evangelij prædicatio efficacis organi in omnium credentium salutem: & ad eximendum credentes ab omni legis maledictione, terrore, & coactione ad præstandam obedientiam: ex nolentibus enim natura, volentes euadunt ad obtemperandum legi per gratiam. 2. Modus est per media signa, vbi obserua, figurare Dominum propter nos res spirituales sub specie rerum caducarum, quæ cū symbola euanescent, occulta Spiritus sancti virtus manet apud Ecclesiam. 2. *Obserua.* Cū Spiritus columbæ specie descenderit in Christum, & hic linguarum ignearum diuisarum simplices essent Pastores corde, & doctrinâ, atque in muneris functione summo zelo flagrarent instar exempli Davidici inquietis, zelus domus tuæ exedit me, quod reapse in Christo impletum. Modus proponitur in duplici signo. 1. Audibili. 2. Visibili. Audibile signum fuit Sonitus è cælo tanquam ruentis flatus violenti. In apparitione Domini ad *Eliam* vide simile, 1. Reg. 19. *Obser.* Spiritus edit quendam sonum in informandis hominum mentibus, irruptionemque facit in corda & affectus summo cum impetu ad expellendum veterem hominem de sua possessione, & reparandum, redintegrandumque nouum hominē. Imaginem nimirū illam perfectæ iustitiæ, & sanctitatis, deicitque alta quæque & euecta aduersus Deum, & vnctum eius tam intus in animo & affectibus, quam foris in arrogantibus vt in *Pharaone*, *Nebuchadnezare*, *Antiocho Epimane*, *Herode*, *Iacobi* obtruncatore animaduertere est ἀφω. 1. *Obser.* Gratia Dei est cælestis, & insperato adest, vt Davidi à caulis accersito ad Reipub. Israeliticæ gubernacula, in Regale officium spiritualiter vncto. Non ergo pecuniâ emi potest, vt putauit *Simon Magus*, Act. 8. Itaque si cui deest sapientia, petat à Patre luminum. 2. *Obser.* Dei iudicium repente incidit in obstinatum, vt Ventus, cuius nec est scire initium, nec exitum. 3. *Obser.* Ecclesia tota, & quodlibet eius membrum Spiritus Sancti templum gratiâ repletur.

2. Visibile signum. Linguae dissectæ Ignæ. Linguae compositio, & informatio Pastori necessaria, quandoquidem instrumentum

tum est ad prædicandum Evangelium, vnde credens salutem consequitur. 1. *Obser.* Linguae informari debent per spiritum sanctum contra blasphemos, jurantes, turpiloquos, quorum linguæ à Satanico spiritu sunt inflammatae, & Papistas, qui virulentæ linguæ toxicum expectorant in synceros Iesu Christi professores. Vide *Iac. cap. 3.* de lingua. *Dissecta.* *Obser.* Vt linguarum diuersitas Apostolis diuersis nationibus prædicaturis fuit necessaria, sic linguarum cognitio Hebraicæ præsertim, & Græcæ Pastoribus apprimè utilis, siquidem vetus Hebraicè, Nouum Testamentum Græcè est conscriptum: harum linguarum ignarus alienis videt oculis. 2. *Obser.* Pastores verbum Dei diuiderent, & searent æquè, 2. *Timoth. 2. 15.* Stude teipsum probatum sistere Deo, operarium, qui non erubescat, & qui rectè sermonem veritatis secet, id est, qui nihil adijciat, nihil prætermittat, mutilet, discerpat, torqueat, spectet diligenter quid ferat auditorum captus, & quid ad ædificationem conducat: linguæque intellecta etiam vulgò annuntiarent Evangelium, quod non faciunt Papistæ, & Missatici sacerdotes. Et Scholæ alerentur pro linguarum cognitione, vt *Samuel*, *Eliseus*, Prophetæque scholas instituerunt ad pueros informandis in linguis, diuinæque veritate.

Contra fecit *Iulianus* Apostata, qui Scholis abolitis, & Patrimonio, quo fouerentur serui Christi, non modo detrimentum, sed perniciem Ecclesiæ adferri putauit. 3. *Obser.* Completur Prophetia de Gentium vocatione ad fidem, cum iam Evangelium ijs annuntietur, *Gen. 9.* Extat prima diserta prophetia. Dominus persuadebit Iapheto, vt habitet in Tentorijs *Semi*.

Γλώσσαι ὡσεὶ πύρρον.

Spiritus igni comparatur 1. in actionibus. Ignis calefacit, sic Spiritus consolatur, ignis illuminat, ita Spiritus mentes cæcas, ignis consumit scoriam, sic Spiritus naturæ corruptionem, ignis purgat, sic Spiritus sanctificat. In passionibus, vt ignis deficiente materia abit in nihilum, sic Spiritus recedit, sanctæque eius motiones evanescent, nisi alatur, & foueatur. Vt ignis à contrario restinguitur, sic spiritus à contrario suffocatur. Vt hic dicitur dispersitas linguas fuisse instar ignis, ita Dominus venisse fertur cū ignea lege, *Deut. 32.* quæ vim habet inflammandi animos per sensum iræ divinæ, atque ideò accendendi serium desiderium in



cordibus Christi fide apprehendendi, indignationis divinæ aueruncatoris, & perfecti reconciliatoris in sanguine Crucis suæ, pacificatorisque conscientiarum ex Dei misericordiæ perceptione. Et *Math. 3.* inquit Christus; qui pone me venit, baptizabit vos Spiritu & Igni. & venturus Dominus perhibetur, ad iudicium in flamma ignis, *2. Thes. 1.* quando absumetur & exuretur rebus creatis omnis illa vanitas cui sunt subiecta, substantiâ perpurgata remanente. *1. Observ.* Cum naturâ corrupti simus, Spiritu Sancto per Christi sanguinem operante, & applicante per fidem purificamur: Cæci etiam, tenebrisque immerfi, luce spiritus illuminamur, deiecti etiam & diffidentes naturâ, consolationem habemus gratiâ. Quare totum hoc regenerationis opus Sancto Spiritu ascribendum, non naturæ, non viribus, actionibus, aut operibus nostris. *2. Observ.* Boni motus alendi pijs exercitijs, & meditationibus divinis, Spiritus idcirco, vt loquitur Apostolus, neque extinguendus, neque grauan dus.

Ἐχαθίσε τὸ ἐφ' ἑνα ἕκαστον αὐτῶν.

Signo tribuitur, quod est rei significatæ. Sic in Sacramento Cœnæ; *Hoc est corpus meum*, ita Baptismus vocatur *Lavacrum Regenerationis*, *Tit. 3.* & Circumcisio *Fædus*, *Gen. 17.* Papistæ non expèdentes sacramentalem locutionem, in verbis Cœnæ exponendis grauitè errarunt: cum transsubstantiationem panis in Christi corpus, vini que in eiusdem sanguinem dictitent, cõtra Christi institutoris mentem, qui ea voluit esse signa omnibus, & electis etiam sigilla, quibus significetur & obsignetur in corporis Christi fractione, sanguinisque effusione, peccatorum remissio, vitæque æterna fide hic, post *εἶδει* in cœlis participanda. *Observ.* Omnes Apostoli replentur gratia Spiritus, non autem essentiâ in ipsos transfusâ, donisque idoneis imbuuntur, vt & illi Pastores, qui à Domino mittuntur, quæ quidem dona non sunt in ipsis otiosa; loquuntur enim diversis linguis, quod mirum. Multi multos terunt annos in addiscèda vna lingua, Apostoli extempore loquuntur diversis linguis *μεγάλη αὐτῶν ἰσχύς*. *2. Observ.* Elucet hic Dei bonitas, & potentia, quæ hominis arrogantix pœnam, vt est linguarum divisio inuecta *Nembrothi* tempore turris *Babylonica* extructoris ad præpediendum illud superbum opus, in bene-

1. Effectum  
respectu,  
Apost.

benedictionem convertit, nam linguarum varietas inseruit varijs nationibus informandis in via salutis partæ per Christum, facitque vt lingua loquantur *Cananea*, quo nihil aliud significatur, nisi nationes à Christi Regno alienas, vitæque Dei, *Ephes. 4.* non modò vocari ex tenebris, sed transferri in Regnum lucis, & vnitatem Ecclesiæ. *3. Observ.* Qui fideliter versantur in vocatione obeunda, gratia Dei ipsis non est defutura, expende in *Mose* labijs præputiato: Prophetis, Apostolis, Pastoribusque; omnibus diuinitus vocatis: quos *Timothei* nomine *Paulus* vult ab ineunte ætate in Sacris instructos.

*Καὶ η̅ρξάντο λαλεῖν.* *Observ.* Euangelij prædicatio est à Dei Spiritu, & in ordinatis legitimè ad sacram functionem *ἀποδείξει τὸ πνευμάτω* cernitur. Est quædam eloquentia naturalis, qualis fuit in *Aarone*, est quædam partim naturalis, partim acquisita, qualis in *Herode*, dicunt non hominis vocem, sed Dei, *Act. 12.* quam dicit Apost. esse positam in persuasiuis humanæ sapientiæ verbis, *1. Cor. 2.* eam damnat in Euangelij annuntiatione. Est & tertia, supernaturalis quæ spiritum authorè habet, relucetque in *ἀποδείξει τὸ πνευμάτω, καὶ δυνάμει*, hanc habuisse Apostolos spiritu perfusos non est dubium. & nos istam divinam eloquentiam exoptemus. *2. Effectus.* Auditorum respectu *Iudæorum*, scilicet, & Gentium, & ex ijs quidam boni rei nouitate obstupescentes: Quidam mali subsannantes, mustoque plenos Apost. dicetes esse. *1. Observ.* In omni cœtu reperias bonos, & malos, nec istorum futura perfecta separatio, donec redierit iudex mundi ad perpurgandam arcem suam, *Math. 13.* *2. Observ.* Nullum adeò excellens opus, quod reprobi non derideant. vide in *Pharaone*, in *Sennacheribo*, & *Iuliano* Apostata. Pete populorum horum descriptionem ex *Cosmographis*.

*10. Vers.* *Iudai & Profelyti.* Per *Iudeos* intelligit eos qui origine, & Religione *Iudai* erant, quamvis alibi nati. *Profelyti* verò, qui è Paganis *Iudæorum* Religionem amplectebantur. Hi audierunt Apostolos diuersis linguis loquentes magnifica Dei facta, vnde factum, vt obstupescerent. *Observ.* Verbum Domini quosdam percellit, vt eos impellat ad indagandam veritatem, quosdam verò sic redarguit, vt suæ ipsorum impudentiæ testes esse compellat.



13. *Vers.* *ετέροι δὲ χλευάζοντες.* vocabulum *χλευάζειν* contumeliam irrisiois indicat, vbi observa, nullum esse tam excellens miraculum, cui non audeat obstrepere, & obtrectare impietas: dicunt enim isti cavillantes vino dulci pleni sunt isti: Dixit *Elis* etiam Sacerdos per ignorantiam ad *Annam* turbatam spiritu cum labia præcando motitaret, fuisse vino plenam, cui respondit, minime, sed spiritu turbata sum, 1. *Sam.* 2. 14. *Vers.* Petri Sermo reliquorum nomine ipsi astantium complectitur duo capita. 1. remonet ebrietatis crimen. 2. agit de Christo, eiusque mortè, & resurrectione præcipuè. Antequam accedat ad refutandum crimen, præfatur, vbi captat benevolentiam, & attentionem reuocâdo in memoriam *Iudaorum*, qua gloria & dignitate fuerint exornati à Deo, vt melius ad officium faciendum excitentur. 1. *Obser.* Spiritus Sancti gratia Apostolis addit animos hac vice in tam celebri omnium nationum corona *Ierosolymis* coactarum. Prius dum caperetur Christus, sunt tergiversati, *Petrus*q; ter Dominum suum abnegavit, potentia ergo illa Christi reddidit eos magnanimes. Vide in *Mose* initio perterritum eam ad *Pharacnè* mitteretur, *Exod.* 3. In *Isaia* 6. In *Jeremia* 1. In *Daniele* 10. alijsq; gratia, virtutèque spiritus corroboratis ad obeundum legationem Domini. 2. *Obser.* Tametsi Petrus ordine primus loquatur, nullum hic obtinet dignitatis, aut potestatis gradum præ reliquis, sed æquales vnus causæ Patroni omnes comparent, assistuntque Petro, vbi fratrum vnanimitas maximè laudanda, qua regnum Christi conseruatur, & propagatur. 3. *Obser.* Verbum Dei diligenter audiendum. Beati qui audiunt, & custodiunt illud, *Luc.* 11. Et dicitur à Christo de Maria, Christi ad pedes discumbente, vt concionantè audiret, quod Pastores potiorè partem delegerit: & denuò loquamur nos ἢ ἀγαθὴν μέριδα eloquia Dei. *Luc.* 10. 42.

1. *Ratio.*

15. *Vers.* Duabus rationibus remouet crimen ebrietatis. 1. Est probabilis, Non est diei hora tertia, quæ potest nostræ octauæ respondere, ergo non sunt ebrij. Apud Germanos, nostrique temporis homines non valeret consequens. 1. *Obser.* Licet Christi seruis falso traductis apologia vti, seque purgare: fecit Christus *Math.* 11. *Paulus* Act. 25. neque damnâdi sumus indicta causa. *Deut.* 17. & 19. 10. 7. 51. 2. *Obser.* Mane non est indulgendum potibus. *Isa.* 5. 2. Væ surgentibus summo mane, vt potum inebriantem,

tem, se tentur prærogantibus vsque ad crepusculum, vt vinum incendit ipsos. 2. *Ratio.* Est necessaria, loquuntur per Spiritus sancti infusam gratiam, Ergo non sunt ebrij. Antec. probatur ex *Ioel* cap. 2. 28. Eritque postea, vt effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filia vestra, Seniores vestri somnia somniabunt; Iuuenes vestri visiones videbunt. Quin etiam super seruos, & super ancillas diebus illis effundens spiritum meum. *Edani* ostenta in cælis & in terra sanguinem, & ignem, & elationes fumi. Sol ipse vertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam venerit dies Iehovæ: Magnus, & verendus eritque, vt quisquis inuocauerit Nomen Iehovæ, eripiat se. Quibus scilicet tempore Messia se abundanter communicaturum dona Spiritus Sancti in omnis generis hominis, clarèque patefacturum mysterium salutis in Christo. 1. *Obser.* Præcipua Spiritus Sancti dona, sunt *illuminatio, consolatio, adoptio*, per spiritum hæreditatis nostræ archani obsignata, *Eph.* 1. 2. *Obser.* Regnum Christi iam sub Evangelio est ampliatur, & ex *Iudais* & Gentibus fide donatis corrogatum, gratiaque Evangelica vberior. Vide *Ezech.* Prophetiæ impletionem, 4. 7. de aquis emanantibus ex lumine Templi, & assurgentibus, &c. Et *Math.* 11. De vi illa quam patitur Regnum cælorum. Sumus grati propter copiosam hanc gratiam verbo gratiæ oblatam. Porro tria habet hæc *Ioel* Prophetiæ pars. 1. Est perhibitio effusionis abundantis donorum Spiritus Sancti in omnem carnem. 2. Status mundi turbulenti sub Evangelio, & tempore Regni Christi. 3. Modi, quo electi possent effugere omnem periculum, & seruari. 1. *Obser.* Per gradus certos dona Spiritus communicari solent; Proinde à patre luminum enixe petamus & expectemus illius sapientiæ divinæ incrementum ad salutem. 2. *Obser.* Christi Regnum tametsi sit pacificum, respectu internæ, ad spiritualis pacis cum Deo in sanguine crucis Christi, tamen nō est liberum à turbis mundi, quarum occasio partim est in electis, vel, vt exerceatur eorum fides, patientiæve exploretur, aut peccatum inhærens coerceatur, vel ne exorbitent à Domino, juxta illud *Davidis*; Antequam afflixisti me, aberravi: sed præcipua causa est in Reprobis, peccatum scilicet regnans, omnisque generis iniquitates, quibus sese implicant, vt vt sic se res habet, Causas tamen



turbati & commoti mundi in electos reijciunt, vt apud Tertulianum legere est, in Apologetico contra Gentes impij & ciuiles Christianorum persecutores has calumnias ijs impegerunt. 1. Dixerunt Christianos vesci humanis carnibus, itaque filios suos mactare, addunt & crudis, necnon esse incestuosos, atque capitis Asinini, solisque ac Lunæ adoratores, euerfores Romani Imperij, proditores, seditiosos, excitatores terræ motus, & tumultuum, & quæ non affingunt impij & atroces hostes, ignarique rerum hac tempestate Evangelio, eiusque Doctoribus, & professoribus vt & rebellis ille populus iudaicus *Ierimia* tempore 44. lege veterum propriam iudiciorum, Dei effusorum causam nimirum peccatum passim imperitas prætereunt. Has turbas signis quibusdam indicat, quæ sunt duum generum. Aut enim occurrunt tempore regni Christi, & sunt partim cœlestia, partim terrestria. 2. Aut non longè præcedunt secundum Christi aduentum.

Cœlestia, vt flammæ igneæ, saltantes Capræ, Dracones igniti, Cometa, Stellæ oblongæ instar ensis, & id genus. Terrestria, terræ motus partus monstrosus, Riuiorum in sanguinem conuersio, Aquarum inundatio. *Observat.* Cùm hæc signa oculis obijciuntur, cogitemus Deum iratum, & vindicem peccatorum: hæcque pœnam & vindictam protendere. 2. *Observ.* Dominus vno, aut alio modo præmonere solet, antequam plectat in Ægyptijs originali mundo, Ierosolymitanis, quot medijs vsus antequam extremo affecit supplicio, hinc discite singularem DEI esse clementiam qui non vult mortem peccatoris, sed conuertatur, viuâtque, *Ezech.* 33. Præcedentia signa secundum aduentum filij hominis, Sol in tenebras vertetur, Luna in sanguinem. *Observatio.* Propter peccatum inuertitur rerum creaturarum natura, idcirco peccatum detestandum: cùm propter id omnia vanitati sunt subiecta, ingemiscantque, & vna parturiant ad hoc vsque tempus expectentque revelationem, & libertatem gloriæ filiorum Dei, *Rom.* 8.

2. *Observatio.* Hoc die *Iehova* magno, & reuerendo omnes comparebunt coram tribunali Christi, sine personarum acceptione, omni loco appellationibus, aut defensionibus præcluso, cuique

cuique reddetur secundum opera, id est, opera declarabunt iustos: etenim electi omnes ante diem hunc fide iustificabuntur, cum hic dies magnus non sit dictus ad iustificandum, sed ad retribuendum cuique secundum opera, vitam nimirum æternam ijs ex Dei gratia qui per fidem Christi iustitiam apprehendentem prius in hac vita sunt iustificati; reprobis verò sempiternas pœnas, qui absq; iustitia Christi imputatiua deliquerunt, & perierunt in peccatis.

3. *Pars Prophetia.* Exponit modum, quo electi possunt salui evadere. Promissum est generale. *Πας. Observatio.* Gratia offertur, & salus omnibus, quod quidam pereant, pœnes ipsos est: neque illa viribus nostris comparatur, sed per Christum acquiritur, fitque nostra per fidem. Estque ex hoc loco inuocationis Dei patris in filio effectum, quæ quidem, inuocatio est Spiritus Sancti actio, *Rom.* 8. Angeli itaque, & Maria, Sancti etiam non sunt invocandi patet ex hoc loco, vt *Rom.* 10. 13. & *Psal.* 51. Inuoca me & inuocandus proinde DEVS pater in filio mediatore per Spiritum; & sic prout est è re gloriæ Dei, salutisque nostra postulata consequemur.

22. *Vers.* Secunda pars sermonis Petri est de Christo, vbi habemus eius personam descriptam. 2. Actiones, & passionis eiusdem. Sed primum, qui describitur vocatur Iesus, id est, Seruator, quod nomen Dei filio ab Angelo est inditum. *Observatio.* Salutem habemus per Christum, *Actor.* 4. Nec enim aliud nomen est sub cælo quod datum sit inter homines, per quod oporteat nos seruari. Papistæ sic dupliciter peccant: 1. Nimum tribuunt nudo nomini, dicunt enim nuda, & mera nominis pronuntiatione Dæmonas profligari, vt Thyrræus Iesuuitaster.

1. Derogant rei significatæ, nam Christi meritis iungunt nostra opera, sic nos quodammodo seruatores esse volunt. 2. Satisfactiones nostras pro temporalibus pœnis. 3. Intercessionem CHRISTI, addunt Angelorum, Sanctorum, & Mariæ Virginis, quam imperare asserunt iure matris filio, vt annuat.

*Ἀντὶ ἀπο τῶ θεῷ ἀποδείξιμον.* Hic Dei filium reuera esse hominem indicatur, atq; etiam Deum esse per *δωάμεις, σημεία, & τεράτια*



& τεράτα ab ipso ædita. *Obfer.* Christus in vna ὑπόστασι est verè Deus, & homo nõ hominis idea, sed reapse homo nobis per omnia similis, excepto peccato: at quaeritur nunquid peccarit Christus in Adamo, cū natura assumpta ibi fuerit. R. non, quia Christus non est genitus per naturalem propagationem ex Adamo, *Rom. 5.* inquit Apost. sicut per vnum hominẽ peccatum, ita mors: Non dicit ex vno homine significans Adamum nullis propagare corruptionem suam nisi quos gignit. Præterea est in Adamo non simpliciter, vt alij homines sunt sed in parte, nimirum respectu substantiæ quam inde accepit, sed non ratione propagationis substantia per ordinariam generationem. Homines alij sunt ab Adamo, & per Adamum, sed Christus est quidẽ ab Adamo, sed non per Adamum vt causam procreantem. Habet Christus corpus humanũ membris suis, & partibus, tribusque dimensionibus præditum, locoque circumscriptum, animam etiam ex nihilo creatam per potentiam diuinam vt nostra est, mente ratione, voluntate, & affectibus imbutam vt gaudio, dolore, videndi que potentia, audiendi, olfaciendi, tangendi, gustandi, comedendi, bibendi, dormiendi, digerendi: Nec non naturam infirmitatibus generalibus obnoxiam, vt siti, defatigationi, ignorantia rerum quarundam, quæ postea sensu cognoscuntur incremento staturæ, sapientiæque. Verum personalibus, & ijs quæ ex peccato obueniunt, minimè infestam, vt est ægritudo, morbus, febris, & huiusmodi: siquidem Christus non personam alicuius, sed communem naturam assumpsit. Ergo tametsi, vt Angelus Dei humana specie Abrahamo apparuerit, *18. Genes.* Nunc tamen cum vt Angelus fœderis gratiæ sese in carne manifestauit, est reuera homo duabus naturis cõstans, in vnione hypostatica, ijsque nec confusis, nec permixtis, nec altera in alteram conversa, quæ quidem essentia, proprietatibus, & operationibus distinguuntur, Itaque humana Christi natura non est vbique, tametsi diuina vbique sit cum qua humana indiuulsè cohæret, sicuti Sol in suo est loco cœlesti; Radij tamen solaris cum Sole cohæretes in varijs terræ locis esse possunt. Et hæc assumpta Christi natura non est cœlitus per Mariæ Virginis aluum tanquam canalem transiens, vt Anabaptistæ somniant. Atque illud *Ioan. 3.* Nemo ascendit in cœlum nisi filius hominis qui descendit, qui est in cœlo dictum

dictũ est per κοινῶν ἰδιωματῶν, illudque quod habetur, *1. Cor. 15.* de Christi corpore cœlesti, nihil aliud significat Apost. nisi corpus Christi cœlestibus donis, gratiã nimirum & gloriã esse exornatum. Præterea obserua cum eadem sit Patris Filijque essentia, in hoc discrimen est, quod persona filij subsistens in Divina essentia, quæ quidem est impartibilis, manifestata sit in carne, *1. Timoth. 3.* Quæ ἐνσαρκίωσις, cum sit actio ad extra, vt vocant, est omnium personarum trinitatis inchoatiuè, sed terminatiuè est Actio filij assumptis, & incarnati propria, conueniebat verò filium secundam personam carnem assumere, quia in eo omnia creata, *Ioan. 1.* ita per eum omnia restauranda. 2. Imago Patris essentialis, *Hebr. 1.* idonea fuit ad reparandum imaginem Iustitiæ & Sanctitatis amissam. 3. Filius Dei idoneus ad efficiendum nos filios iræ per naturam, *Ephes. 2.* Dei filios ex gratia. Pater nõ potuit incarnari, quia non potuit mitti; & Spiritus Sanctus non potuit, quia sic duo essent filij Dei patris. Quare concludo filium Dei trinitatis secundam personam oportuisse in carne patifieri, & sic verum Deum, verumque hominem esse. Deum quidem ad diuinæ iræ pondus ob peccatum sustinendum: Hominem etiam, vt pati potuerit in ea natura, quæ peccauit, & obligata fuit ad præstandam legem. Mediatorem novi fœderis habemus Christum θεάνθρωπον. qui Diabolum, mortem, infernumque; δυνάμει θεωτήτων superauit, quæ humanam naturam assumptam merito, efficaciamque potentem effecit ad Redemptionis opus quaque sanctificarenturque electi, vitæque donarentur æterna, quæ quidem diuina potentia præstantibus factis, miraculis, & signis eluxit. 23. *Vers.* Continentur hic crucifixores, genusque mortis consilio, & providentia Dei decretum, id est, præeunte æterna Dei cognitione, quæ nec à consilio definito diuelli potest, quod epicurus facit, Nec interim mali causa esse: Nam pessimum *Iude* factum æterno, & immutabili consilio in optimum finem destinavit: Benè enim agit Deus, etiamsi male agant instrumenta: quare scelerum patratores nõ sunt ἀναπολογητοί coram Deo, quia etsi necessario cõmittant ratione immutabilis Dei decernentis, cum tamen non impellatur à Deo, sed partim à tenebrarũ principie Satana, partim ab ingenita corruptione, quæ tantũ propendet in malum, finemque malum præstitutum habeant, nullate-



nus excusari possunt. *Observ.* Cùm apertè dicat hos *Judeos* tanti sceleris patratores esse iniustos, sequitur peccatum publicū publicè arguendum, 2. *Timoth.* 4. Et cùm omnibus *Judeis* hoc crimen impingatur, vt quidam tantum actores extiterint, hinc est, vt consentientes, consultores, & mandatores rei habeantur, tametsi facinori manum nō admoueat. *David* homicida à *Nathane* Propheta, 2. *Sam.* 12. appellatur, quod modum præstituerit *Vrie* interficiendi. 2. *Obser.* Genus mortis est *Crux*, quæ etsi gētibus sit stultitia, *Judeis* etiā offendiculo, nobis tamen Christianis in ea gloriantur, cùm meritò sanguinis crucis huius peccatorum remissionem habeamus, nec non eiusdem efficaciam renouemur; addo etiam à legis maledictione nos exemptum iri, cùm nulla supersit condemnatio ijs, qui sunt in Christo, *Rom.* 8. 1. Passus ergo est Dei filius hoc ignominiosum primæ mortis genus, id est, Animam à corpore realem separationem cum sensu iræ divinæ. Secundamq; mortem sed hoc sensu vt dictum est per apprehensionem iræ divinæ, verum à vultu patris fauoreque nunquam in totum fuit seclusus. Etenim in medijs cruciatibus clamauit, Deus mi Deus mi cur dereliquisti me. *Observat.* Non debemus commoueri, & tangi compassione quadam vt *Papistæ* propter vehementes Christi passiones, neque angustiam ob luctum *Mariæ Virginis* propter filij mortem, nec odio inflammari aduersus *Judeos* patratores, sed animis expendere, quam sit Deo exosum peccatū, & nobis detestandum, quamque immensus sit DEI amor erga genus humanum, qui in salutem electorū suo ipsius filio non pepercit, & denique, quot, quantaque beneficia hinc in nos redundarint, præsertim à morte nos esse liberatos: à prima quidem, quod nobis non sit peccati pœna sed transitus ad vitam sceliciorē; & à secunda omnino: nam renouati per spiritum in resurrectione Christi, secundam mortem non sunt gustaturi, *Apo.* 20. moriamur itaque peccatis; & elementis mundi, *Colos.* 2.

24. *Vers.* Iam de resurrectione Christi. Deus pater dicitur filium excitauisse per diuinam potentiam, & filius sese eadem potentia, *Ioan.* 2. destruite tēplum hoc, & tertio die suscitabo. Spiritus etiam sanctus, *Rom.* 1. 4. Sequitur Christum esse Dei filium, *Rom.* 1. 4. & viuorum, mortuorumq; Dominum, *Rom.* 14. Sacerdotiū etiam Christi esse perfectum, etenim si non resurrexisset, essemus adhuc  
in

in peccatis, 1. *Cor.* 15. & nos esse iustificatos, *Rom.* 4. nec nō sanctificatos, atq; generali in omnium resurrectione nos ad vitam æternam resurrecturos, *Io.* 6. Quod dicitur (solutis doloribus mortis) id est, morte dolorum animi & corporis plena. Itaque cùm mors videretur esse ipsorum dolorum victoria, ac imperium, Christus meritò dicitur lethales istos dolores superasse, cū mortuus mortem vicit, in æternum cum patre victurus. Probatur primū Christi resurrectio à potentia diuina, cui nihil potest resistere: & *vers.* 25. idem testimonio *Dauidis* prædicetis non modò resurrectionem Christi, sed etiā in ipso sepulchro ab omni corruptione fuisse immunem. Proponitur. 1. testimonium *Dauidis*, qui est typus Christi, & postea de Christo clarè exponitur. Duo sunt hoc, *vers.* 1. quid facit *Dauid.* 2. propter quid. Quid? prospiciebam inquit Dominum coram me semper, aut Dominū mihi iugiter propono. Notemus duo in *Dauid.* 1. fidem, qua impellitur ad proponendū sibi *Iehovam*, *Psa.* 123. Vt oculi seruorū attendunt, & obseruant Dominos suos, & oculi ancillarum dominas suas, sic oculi nostri respiciunt *Iehovam*, donec nobis opem tulerit. 2. Obedientiam, qualē videas in *Abrahamo*, qui iussus ambulare coram *Iehova* obtemperat, mandatisque eius obsequitur, & de migratione, & de filio mactando *Isaaco*. Hæc duo reperias in Christo, hic reuera significato, fidē scilicet. Nam quatenus homo in Deum patrē fide recubuit. 2. Obedientiam, cum obediens factus fuerit ad mortem, imò mortem crucis, *Phil.* 2. & toto vitæ curriculo patrē glorificauit, munusq; sibi impositū obiit fideliter etiā cum animæ positione. 1. *Obser.* fide, & obedientiam in Deum oculos conijciamus in omnibus nostris actionibus, sic futurum diuinā gratiā, vt rarius peccemus. *Seneca* lib. 3. *Epist.* & *epist.* 25. ad nos coercendos ab occultis peccatis iubet præstituamus coram nobis, & adesse fingamus *Scipionem*, *Lalium* aut *Catonem Censorium*, qui nos virgā censoriā exploret sic significans fore, vt minus delinquamus. Quanto igitur magis Dominū proponeremus ob oculos, qui omnia contuetur, estq; *αγαθός* *τοῦ* *σω* *της* *ψυχης*, nemoq; hominum eius conspectū valeat evitare, *Ps.* 139. Bene nobiscum agetur, si Dominū cōtemplemur. *Iosephus* respiciens Dominum induci non potuit ad patrādum adulterium, *Gen.* 39. 2. *Obser.* Discrimen est inter pios, & impios, pij Dominum præstitutum habent, impij verò, vt idololatriæ idolū suum. *ἄθεοι* nullū Deum agnoscunt, dicuntq; cum corde suo non esse Deum, *Ps.* 14.



ψυχῆ αἰσχροπῶς suum habet genium: mundani, mundū; voluptuosi, voluptatem; fornicatores, strictinellas suas; adulteri, focarias suas. Principes mundi, hominum multitudinem, in quā recumbant. Sed vā illi, qui facit carnem brachium suum, subtrahitque à Iehova cor suum, *Ierem. 17.* & vt dicam verbo, quod ipsorum pravis affectibus adlubescit, hoc sibi proponunt neglecto Domino. Longe aliter *David*, & *Daniel*, qui apertā fenestrā *Ierosolyman* aspexit Divinæ præsentiae locum, *Dan. 6.* Quare concludo, mentis oculos in Dominum semper conuertendos, vt piè & honestè in hac vita, sanctè etiam versetur. Quid sequitur: Quoniam est mihi ad dextram, ne concutiar. *Obfer.* Præsentia Iehovæ potens, & misericors tutos nos reddit, & ob omni periculo immunes, *Psal. 27.* Dominus mea lux, & salus, Idcirco non timebo, si terra moueatur, montesque in mare traiciantur. Qui cernit oculis fidei præsentem Dominum nequaquam mouebitur, *Psal. 125.* Qui confidit in Iehova, stabit sicut mons Sion, & in æternum non remouebitur, tametsi fieri possit, & plerumque fiat, turbetur fidelis, iacteturque afflictionum procellis, nihilominus tamen, vt naus anchoræ innixa, fluctibus agitata stationem non deserit, nec amittit anchoram, ita censendum de fidelibus; qui, quanquā affligatur, & torqueatur, atque huc, illucque iactetur, tamen anchoræ fidei ita incumbit, vt nunquam deserat petram salutis, Dominum Iesum Christum, *2. Cor. 4. 8.* dum in omnibus premimur, at nō coarctamur; hæsitamus, at nō prorsus hæremus; persecutionem patimur, sed in ea non deserimur; deiicimur, at non perimus. Dominus est mihi ad dextram. *Obfer.* Dominus est præsto generali præsentia, & providentiā in rebus omnibus: In Ecclesiā militante per gratiam, in triūphante per gloriam, & Deitas in humana Christi natura σαμάλως, *Colos. 2.* id est, realiter, & personaliter; adest etiam electis gratiosè ad misericordiam ipsis communicandam, iusteque, ad castigandum beatè, vbi delinquerint.

26. *Vers.* Propterea oblectatum est cor meum. *Obfer.* Præsentia Domini causa est veri gaudij interni; & spiritualis, sed naturalis est à natura, Carnalis à carne, Mundani à mundo, quæ gaudia citò evanescent, cum hoc spirituale, & solidum ab electis auferri non possit, *Ioan. capite decimosexto.*

*Obfer.*

2. *Obfer.* Lingua electi hominis prædicabit Domini laudes contra linguæ abusum, vide *Iac. 3. 3.* *Obfer.* Mors est quasi requies quædam, vel dormitio iuxta celebrem scripturæ phrasin. *Apoc. 14.* Beati qui in Domino moriuntur, requiescunt enim à laboribus suis; quare et si affligamur, nobis tamen certa, & eadem placida proponitur resurrectionis ad vitam expectatio, etiamsi peregrinemur à cœlesti patria, nostra tamen peregrinatio finem est habitura quietum cum spe resurrectionis, *Iob. 19.* Martyres huius resurrectionis intuitu, multa pro CHRISTO libenter subierunt. 3. *Obfer.* Exitus hominis diversus ab exitu bestię: Etenim Bestię caro non requiescit in spe. Sed quomodo dicitur *Eccles. 3. 19.* eundem esse filiorum hominis eventum & bruti, ambo enim moriuntur? *Resp.* loquitur secundum humanam rationem; nam ex factorum similitudine similis vtrisque videtur eventus. Sed addit *Vers. 21.* Quis animaduertit spiritum hominis sursum ascendere, & bestię deorsum tendere: quibus innuit, animam hominis electi cum non educatur ex materie potentiā, sed creetur ex nihilo per potentiam Divinam ex quo fuerit egressa corpore mortali sursum tendere ad Creatorem. Animam verò bestię, cum eliciatur ex potentia materiæ simul cum corpore interire, & in pulverem redigi. *Vers. 27.* Quoniam non derelinques animam meam apud inferos: id est, non permittes me permanere in sepulchro. *Nephes*, significat hominem corpus animatum, *Leuit. 2. 1.* Et ψυχή pro toto homine accipitur, *Roman. 13. 1.* πᾶσα ψυχή. & *1. Corinth. 15. 45.* εἶνεκα πρώτου αἰσχροπῶς Adāμ εἰς ψυχὴν ζωσάν. *Sceol*, sepulchrum significat; *Genes. 37.* Deducetis canos meos in sepulchrum: Sensus ergò in *Davidis* persona typo Christi non derelinques me Davidem in sepulchro, sed vi resurrectionis Christi, qui est Resurrectio, & vita, *Ioan. 11.* me suscitabis. Quia Papistæ perperam hinc colligunt realem, & localem descensum Christi ad infernum, rationibus hoc refellemus, & diluemus ea, quæ pro sese afferunt argumenta. Sed primùm, vt constet de quo maximè loquantur inferno, cum plures statuunt, Species excutiemus. 1. Sunt architectati infernum, vt vocant puerorum, in quo sunt, vt dictitant pueri hac vita decedentes sine Baptismo, privati ibidem & gratiā & gloriā, sed nullā, saltem admodū exiguā, & ferè non sensibili poenā afficiuntur, propterea, quod non

E 3

pecca-



peccarint actualiter, sed tantum in Adamo, secundum illos. Primum errant hic quod tribuant Baptismo hanc necessitatem, ut si qui non baptizati moriantur, ferantur in Infernum, cum privatio Baptismi non sit exitialis, sed contemptio, ut loquitur *Bernhardus*: absit dicamus omnes in Deserto incircumcisos, iam esse in Inferno, & omnes Circumcisos, & Baptizatos esse in cœlo. Et etiam ponunt infernum sine pœna sensibili: Logici dicerent hic esse in adiecto repugnantiam.

2. Infernum purgandorum, siue purgatorium, ut eorum verbo utar, in quo esse dicunt animas eorum, qui pro venialibus peccatis non satisfecerunt, aut mortalibus plenè per supplicia temporalia: has animas dicunt priuatas esse gloriâ, affici sensibili pœnâ, sed non priuatas gratia, easdem verò liberari viuentium precibus, & factis. Multi sunt hic errores, primum commenti sunt Purgatorium, quod scriptura sacra non agnoscit. 2. Diuisionem faciunt peccatorum contra verbum *DEI* scriptum, cum omne peccatum naturâ suâ, quâ peccatum est sit mortale, *Rom. cap. 6. Iacob. cap. 1.* 3. Derogant meritis, & satisfactioni Christi, cum volunt à nobis satisfieri pro peccatis. 4. Gratiam impossibilem ponunt in Inferno. 5. Preces pro mortuis statuunt, & liberationem per preces, quod fieri nequeat, cum electorum animæ sint cœlo inclusæ; reproborum verò in infernum detrusæ, vnde evocari non possent.

3. Vocant limbum Patrum, & *Sinum Abrahae*. Dicunt hic esse animas patrum defunctorum ante Christum incarnatum, & passum, ut *Isaaci, Iacobi, Iosephi, Davidis*, aliorumque, in quo limbo nullam putant esse priuationem gratiæ, nec sensibilem pœnam, sed tantum gloriæ, quâ per passionem Christi fruuntur hoc modo: Christum (scilicet) post exactam passionem in hunc limbum descendisse atque has animas redemisse, & liberasse. Primum limbum patrum excogitarunt sine fundamento veritatis. 2. *Sinum Abrahae* perperam intelligunt, cum nihil eo significetur præter locum in quo colliguntur sanctorum animæ, postis cœlum tertium cum Paulo, *2. Corinth. 12.* vel Paradisum cum Christo vocare. Atqui ponere tam Sanctorum Patrum animas in inferno, est perabsurdum. Sed probemus rationibus, quod dicunt esse à veritate alienum. 1. Si Christus descendisset locali-

ter

ter in infernum, Evangelistæ non omisissent hunc descensum, præsertim *Lucas*, qui totam de *CHRISTO* historiam ἀκριβως persequitur, *1. Luc. 3.* At omnes omittunt, Ergo. 2. Ratio. Si descendit, aut anima, aut corpore, aut utroque. Deitatem excipio propter omni præsentiam. Atqui non animâ, quia *Luc. 23.* inquit Christus, hodie mecum eris in paradeiso, & rationi est consentaneum, ut proportio seruetur inter exclusionem primi Adami è paradiso terrestri, & secundi Adami ingressum in paradisum cœlestem: Ergo, ut primus Adam post patratum peccatum immediatè fuit exclusus, sic secundus Adam post plenam satisfactionem admitti deberet in cœlum. *Non corpore*, quia fuit in sepulchro in tertium diem. Symbola plurima generalium Conciliorum non habent articulum descendit ad inferos, nominatim Concilium Nicenum 312. annos post *CHRISTVM* passum. *Athanasij* habet, sed ponit pro sepultus est. Rationes aduersariorum sunt hæc, *Zachari. 9.* Emisisti vinctos effusione sanguinis testamenti ex lacu in quo non erat aqua. Ergo. Respondeo sensus est peccato obnoxios, iræque Dei *CHRISTVS* sui sanguinis noui Testamenti meritò, & virtute redemit. 2. *Osee 13.* Inferne (nos sepulchrum interpretamur) ero tuus morsus, Respondeo, id est, *CHRISTVS* vel spoliabit infernum omni potestate, vel sepulchri terrores à suis amouebit. 3. *Math. cap. 12.* Sicut *Ionas* fuit in ventre Ceti, sic filius hominis in corde terræ, id est, inquit illi, in inferno, Respondeo. At non sic, quia abhorret à proposito; nam Pharisei signum quærunt, sensibile itaque esse debet, quod volunt, ut est mors, & resurrectio *CHRISTI*, at descensus animæ, non est sensibilis. Ergo. addo, si in corde terræ sit in inferno tunc cum dicitur ab *Ezech. cap. 27.* Tyrum esse sitam in corde marium, erit in inferno, & perabsurda hæc assertione definiunt inferno locum, quem Scriptura non determinat. 4. *1. Petri cap. 3. vers. 19.* habetur *CHRISTVM* viuificatum Spiritu, per quem est profectus, & prædicauit in carcere detentis. Respondeo, Sensus est. *CHRISTVS* non corporali præsentia, neque animâ incarceratis animabus in inferno prædicauit, sed vi Divinitatis suæ agente in *Noacho* rebellibus, & refractarijs mundi Originalis, annunciauit pœnitentiam.

Contra



Contra illos sic argumētor: Si Spiritus animam significat, Tunc Christus aut per animam, aut in anima est viuificatus, sed neutrum verum. quia dici non possit Christum per animam fuisse viuificatum, quia non coniungit se corpori, sed Christi Deitas, λόγος scilicet coniungit vtrumque; neque in anima fuit viuificatus, quia ipsius anima non moritur: morte prima interire nequiuit, cum ea sit corporis; neque secunda morte, quæ est totalis separatio à Deo, Passa est tantum mortis secundæ dolores ex sensu & apprehensione iræ Divinæ, vt homo possit mortis primæ pœnam sentire, & tamen non mori. Præterea nihil habet propositi, vt Christi anima proficiscatur, & prædicet animabus, cum nunquam sit auditum animam prædicasse animæ, præsertim in Inferno, vbi omnes damnatæ, conscientijsq; conuictæ, omnique resipiscentiæ, & redemptionis spes sit ablata. Et cum dicunt Christum sese ibi patefacere ad cōuincendam hostium infidelitatem. *Resp.* Cum à Deo impius homo iuste sit damnatus & conuictus sufficienter, quid opus, Iudex ipse veniat in executionis locum vt eundem conuincat; addo, quod ex Petri loco malè extruunt, ipsi contextui disertè repugnat: Nam prædicatio, de qua hic est sermo, est illa, quæ per verbi ministerium perficitur, vt Petrus ipse se exponit, 1. Pet. 4. 6. Nam idcirco mortuis quoque prædicatum est Euangelium, vt damnarentur quidem secundum homines, id est, Carne; viuerent autem secundum Deum, id est, Spiritu: Denique nulla ratio est, cur Christus prædicaret, seseque manifestaret in inferno illis, qui rebelles extiterant *Noachi* tempore potius, quam alijs condemnatis. Verus itaque sensus est, Christum animam esse passum pœnas infernales, maximosque conscientia horrores. Porro tres circiter dies detinebatur in sepulchro, tribusque humiliationis gradibus respondent tres exaltationis, morti nimirum, resurrectio, sepulturæ, ascensio, detentioni in sepulchro; sessio ad dextram Patris. *Observatio.* Tametsi affligamur, ne videatur, nobis Christi membris alienum, cum Christo capiti conformati per afflictiones multas inire nos oporteat Regnum cœlorum. *Act.* 14. Divina etiam ordinatione sit constitutum, vt exaltationi præeat humiliatio: exaltationem verò superbam atque atrocem horrenda deiectio sequatur, vide in *Pharaone* obruto, qui non multo antè dixit; Quis est ille Iehova, vt ego

ego obtemperem ei, & *Nabuchadnezare* ad bestias ablegato, alijsque multis.

*Nec fines sanctum tuum* ἰδὲν διαφθόραν, id est, sentire corruptionem, phras. heb. Sanctus dicitur Christus ratione Deitatis suæ, humanitatis etiam, nec non actionum sanctarum, quodque nos spiritu per sanguinem suum sanctum operante, sanctificet. 1. *Observ.* Studere debet sanctorum communio Ecclesia Christi, ipsum personarum sanctitate, & actionum referre. Et quia mansuetudo à sanctitate procedit, vt à matre filia, simus etiam mites. 2. *Observa.* In *Davidis* semine Iesu Christo, omni corruptione liberabimur, quanquam nos oporteat sentire corruptionem in sepulchro, Tamen virtute Christi qui est resurrectio, & vita, carnis nostræ substantia perpurgabitur, incorruptibilitate, & immortalitate ornata in illo altero filij Dei aduentu. 3. *Observ.* Christi caro corruptionem non potuit sentire, quia sanctificata à momento conceptionis. Tametsi natura humana sit potentialiter corruptibilis, non tamen est necesse actu corrumpatur vt corpus vulnerabile dicitur, non tamen necesse est actu vulneretur.

Et quia Divina Christi natura humanam nunquam deseruit, aut deseret, cuius virtute in puro puro statu est conservata, & conseruabitur in omnem æternitatem: proinde liquet differre Christi carnem à nostra, Christi non fuit corruptioni infesta, nostra est. Quare inanem collocant operam, qui aromatibus defunctorum corpora condiunt, ac si hoc modo ab omni corruptione conseruari possent: Erat, fateor, mos Patrum, sed in spem futuræ resurrectionis, cum iam verò Christus resurrexerit, nostraque resurrectio virtute resurrectionis eius sit certissima, quorsum nunc obtineret illa condiendi ratio: Cum illud *Isaia* 40. verum sit, scilicet, Omnem carnem esse fœnum, eiusque gloriam instar graminis, quod arefcit; herbæ etiam, iucundo flore evanescente, quia spiritus Domini ipsum perflat. 28. *Vers.* Nota sibi fecisti vias vita. *David* *Psal.* 25. exponit semitas misericordie nimirum, & veritatis, quæ vni Christo ad vitam viæ subordinantur, *Ioan:* 14. Porro vita aut creata, aut increata est. Increata est Deitatis propria, qua Deus in se, à se, & per se viuit, & esse, & viuere rebus creatis tribuens: Hæc vita Dei est nulli creaturæ communicabilis. Creata denuò est aut naturalis, aut spiritualis: Naturalis, quæ



conferuatur cibo, potaque alijsque ordinatis per diuinam prouidentiam. Spiritualis est, quæ hic inchoata per fidem in cõmunionem Dei posita per speciem futuro seculo perficietur: vocatur vita Dei, *Ephes. 4.* & consistit in nostra cum Deo patre cõmunionem, & coiunctionem immediatam, vbi Deus erit omnia in omnibus, *1. Cor. 15. Ioan. 17.* Precor pro ijs, qui in me per verbum sunt credituri, vt quemadmodum Pater, egoque vnum sumus, sic illi sint vnum, *Revel. 21.* Tabernaculum Dei esse dicitur cum hominibus. In hac cõmunionem obseruemus. 1. Ordinem. 2. In quo consistit. 3. Beneficia hinc ad nos dimanantia. Hic est ordo huius cõmunionis. 1. vnimur Christo homini, & per humanam Christi naturam Christo Deo, & per cõsequens Patri, & Spiritui sancto. Huius ordinis hæc est ratio, quia tametsi vita æterna à Deitate tanquam fonte ad nos fluat, nam caro non viuificat, tamen per humanam Christi naturam tanquam canalem in nos deriuatur. 2. In plenaria, immediata, & absolutissima coiunctionem cum Deo patre, eiusque fructione, vbi Deus, vti dixi, erit omnia in omnibus. Quæras, est ne iam omnia in omnibus? R. Ita est, sed per media, & parçè. Illic immediatè, & fusè. Etenim in cœlo Christus non exequetur amplius per diuinitus ordinata media officium Prophetæ, Sacerdotis, Regisque: nam reddet regnũ Patri, qui in Christo per Sanctum Spiritum electisque omnibus est regnaturus *εἰς τὸς αἰῶνας τῆς ἀναπαύσεως*. Tria ista celebria administrationum genera, scilicet Ecclesiasticum, Politicum; & Domesticum desinent, proque his Deo Patre, eiusque Filio, Spirituque Sancto ab utroque procedente, perfruemur. Beneficia hinc consurgentia spectant ad personas, statum, & actiones electorum. Personæ erunt perfecta sanctificatæ, facultates animæ purificatæ, vt mens, cor, affectiones, & quæ iam desunt omnia, supplebuntur, nulla erit ignorantia, nulla infidelitas, fides perficietur, cognitio, quæ iam est in parte, absoluetur, cum venerit perfectum abolebitur imperfectũ, *1. Cor. 13.* Iam videmus in specule, vt in rebus creatis, & verbo Deum instar senis videtis per conspiciat. Quæritur nunquã alius cognoscet aliũ? Respond. non terrestri, nec naturali modo, sed cognitione verè cœlesti, & accuratâ. *Adam Evam* nuper creatam cognouit, nomenque ei indidit. Petrus in transfiguratione Christi, *Math. 17.* *Moysen & Eliam* quos nunquam in viujs ante viderat.

rat. 2. Corpus omnibus sine partibus sanctificatum conforme erit glorioso Christi corpori. Iam corruptibile, tunc incorruptibile: nunc mortale, tunc immortale, & spirituale non quod sit mutandum in spiritualem aliquam naturam, sed quia puris ornatum qualitatibus spiritali modo conferuabitur. 2. Status erit planè beatus, & gloriosus, gaudioque cœlesti abundans. Etenim omnes redempti sanguine Agni Coronis instar Regum redimientur, *2. Timoth. 4. 1. Iacob. 1. Petri 5.* & in Thronis sedebunt, *Luc. 22. Apocal. 3.* Videbuntque Deum facie ad faciem, *Math. 5.* atque erunt in nuptijs agni, *Revelat. 19.* Gaudio etiam ineffabili perfusi; quia omnes Lachrymæ ab eorum oculis abstergentur, & non erit amplius dolor, vultusque diuini iucunditate perfruentur sempiternâ, *Psal. 16.* in quo salus, *Psal. 80.* vultum attolle tuum, & seruabimur, vitæque, *Psal. 36. Proverb. 16. Psal. 17.* Ratione etiam societatis, & cõmunionis sanctorum: sancta siquidem cum trinitate, Beatis Angelis, & Sanctis reliquis suavissimè viuemus. *Actiones* futuræ sunt laudum, & gratiarum, perpetuum enim Sabbathum sine interruptione, atque medijs vt potè templo, & ceremonijs Domino glorificati omnes in cœlestibus sumus concelebraturi. 1. *Observatio.* Ignoramus naturam viam ad vitam, eam Deus manifestauit in verbo, & CHRISTVS Dei filius est via, vita, veritas, *Ioan. 14. & 8.* Lux mundi qui nobis electis præit in regnum cœlorum. Propter huius viæ, lucisque monstrationem sumus grati, precibusque enixe cõtendamus à Domino, ne stemus, sed in hac vera, & arcta constanter progrediamur, quæ ad vitam ducit, fugiamusque latam illam, quæ ad interitum, *Math. 7.* 2. *Observatio.* Itineris nostri, & perigrinationis τέλος terminus est vita æterna, quare aspiremus ad hanc, vultusque diuini visionem, in qua omnium bonorum est satietas. neque vnquam contenti esse valemus, donec ad infiniti Dei faciem contuendam accesserimus.

*Vers. 29.* Rationibus probat illud laudatũ testimoniũ ex *Davidis Psalmo 16.* *Non derelinques animam meam, &c.* Non posse intelligi de  *Davide*, sed  *Davidis* semine secundum carnem IESV CHRISTI. Sic  *Davidis* corpus sepulchro apud nos remanente est inclusum, & corruptionem sentit. Ergo. Primum notemus appellari viros ad quos loquitur *ἀνδρας: ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν.* vbi obserua strenui essemus,



& fortes veritatis Christianæ propugnatores: Nec non fratres, ad significandum quo sumus in statu per gratiam, & dignitatis loco; nimirum Christi fratres & filij Dei per adoptionem: atq; ista coniunctio per spiritum, & fidem omnibus alijs terrenis pereuntibus, summis etiam existimatione humana, permanebit ad vitam, & gloriam. 2. *Observ.* Legitima vocatio, & Spiritus Sancti præsentia in bona causa magnanimes reddit Dei servos, vt in *Moyse, Isaia, Apostolis, Ierimia* alijsq; legitimè vocatis, animaduertere est. 3. *Obser.* Omnibus statutū est mori, *Heb. 9. 28.* qui oblata occasione sine inani pompa honorificè sepelirentur, & quāquam corpora sensura sint corruptionem, tamen virtute Christi incorruptione vestita glorioso ipsius corpori reddentur conformia.

30. *Vers.* Ostendit illud testimonium oportere accipi de Christo. 1. *David* erat Propheta & de Christo, eiusque resurrectione, Regnoque prophetavit. 2. Deus promisit *Davidi*, & promissum iureiurando stabilivit ex fructu lumborum *Davidis*, exoriturum Messiam, secundum carnem, 2. *Sam. 7.* vbi *Nathan* Propheta indicat *Davidi*, ex quo *David* impletis diebus cum Patribus dormierit, Deum suscitaturum illi semen quod ædificabit domum nomini *Iehouæ*, seque confirmaturum eius Regnum in perpetuū, quod accipiendum de Christo. Etenim *Salomonis* nati naturali modò, Regnum fuit temporarium. Item *Psal. 89.* Dominus iuravit *Davidi* per Sanctitatem, & *Psal. 132.* 110. De æternitate Sacerdotij. *Observ.* Salus per Christum parta, cœlestisque regni Hæreditas est certissima, verbo quippè Domini & iureiurando confirmata, *Heb. 6.* Quare tantam ne negligamus salutem, nec de ea dubitemus, vt papistæ certitudinè de salute nostra arrogantiæ nomine nuncupantes. In contextu ista veniunt perpendenda, ad vers. 34. 1. Christi incarnatio. 2. Regnum. 3. Resurrectio. 4. Exaltatio. 5. eius effectum. In *ἐνωσιν* concurrunt duæ naturæ. Divina (scilicet) & humana; nam Mediator novi & præstantioris fœderis Iesus Christus est Deus & homo in vnione hypostatica; quæ duæ naturæ, essentiâ, proprietatibus & operationibus distinguuntur vt corpus humanum, & anima, qua ipsum animatur. Proinde humana non permiscetur cum divina, neque convertitur in divinam, nec contra: Neque divina communicat humanam vt sit multis in locis simul & semel, vt Papistæ somniant, aut

aut in omni loco, vt vbiquitarij: Et tamen fatemur indiuisè humanam cum divina cohærere, haud secus, quam Sol, eiusque radij cohærere, cum tamen vbi radij sunt, ibi Sol non sit, cum orbe suo includatur. *Observ.* Humana Christi natura huius vnionis ratione cum divina, est omni creatâ naturâ excellentior, Ergo, admiranda, eo etiam magis, quod Divina per eam opus Redemptionis nostræ peregerit. CHRISTVM excitaret. *Χρῖς* vnctum notat in triplex officium, Propheticum, Sacerdotale, Regium, ad morem legis veteris, sed oleo lætitiæ, *Psal. 45. Heb. 1.* Dei filius Propheta planè & plenè enarrauit Dei consilium in salutem credentium. Sacerdos precatus est pro sibi concessis è mundo, seque pro ijs obtulit sacrificium Deo Patri gratum, æternum, & non iterandum. Videamus Papistarum errores contra hæc fundamenta. 1. errant in humanam Christi naturam, cum contra corporis φύσιν volunt esse in multis locis eodem tempore. 2. Contra divinam, cum eiusdem essentielles proprietates divisibiles faciant, & cōmunicabiles. 3. In Prophetiam, cum nō sint contenti verbo Dei scripto, sed addunt vera non scripta, vt vocant, Traditionesque, quas scripturæ sacræ exæquant, quod est perabsurdum. 4. In Sacerdotium, cum sacrificio Christi omnibus suis numeris absoluto jungant opera, & merita, humanasq; satisfactiones pro pœnis temporarijs, illudq; æternum Sacrificium in sua Missa iterari volunt, quod æternitati & perfectioni sacrificij Christi derogat: Nec non intercessioni, cui apponunt Mariæ virginis, Sanctorumque patrocinium: cum Christus solus, & vnicus Dei & hominum in sacris celebretur Mediator & Intercessor, 1. *Tim. 2. Heb. 7. 8.* Idque propriè & dignissimè, cum coram throno gratiæ in suo nomine compareat, habeatque quod offerat merito, & efficacia sufficiens ad placandum, auerruncandumq; Dei iram. *Sequitur Regnum CHRISTI.* Regnavit Dei filius cum patre ab orbe condito, sed iam post incarnationem, & passionem in persona Mediatoris *δέ αὐθρῶπῆς*. Proinde eius Regnum erit aut generale, quo regit omnia, vt ne ipsos Demonas excipere fas sit. aut speciale, quo per verbum, & spiritum regnat in electis filijs lucis, subditisque: consistitque in Iustitia, pace conscientiæ, gaudioque spiritus, *Rom. 14.* Est & spirituale, æternumque. Quare, quacunque arte, quocunque astu machinentur



impij aduersus Christi regnum, illud non possunt abolere. Papista in Dei filiū Regem, Caputq; Ecclesiæ peccant, dum in eius locum Papam intrudunt: cū seruator lucem, vitamq; membris cōmunicans vicarium nullum patiatur, neque hanc quam exercet potestatem in ecclesia vlli hominū vult esse cōmunicabilem, nec immunitam, qua regit, conuertitque conuersioni destinatos, glorificatque sese in iusta confusione reprobatorum. Media quibus vititur in Regni gratiæ administratione, sunt Spiritus & verbum prædicatum, Sacramenta celebrata, Disciplina exercita, quæ quidem verbi annuntiatio, Sacramentorum administratio, Disciplinaque in gloriæ cœlesti regno cessabunt: Atque hoc sensu filius Iesus dicitur Regnum post illam *ἐπιφωρεῖα* Patri tradere, 1. Corinth. cap. 15. *Observ.* Ecclesia Romana multorum errorum tutrix & fautrix veræ catholicæ Ecclesiæ nomine non est digna, vtcunque iactet personalem, localemque successionem: etenim non insignitur essentiali notâ veræ Ecclesiæ, id est pura sinceri verbi D E I prædicatione, nec Sacramentis illis duobus à Christo institutis est contenta, sed quique aliena est commenta, hæc etiam duo multis modis adulterat, pervertitque: Et quod ad Disciplinā, quomodo eam habere, aut exercere est dicenda, cū impuri scortari liceat, & scelera patrare, quibus veniā conceditur ab illo *ἀνομιᾶ*, & perditionis homine, sed ridicula quædam operata ipsis præstiterint, atque persoluerint. Sed videamus quomodo peruertunt illa duo ordinata à Christo. Deinde quinque illa excogitata Sacramenta esse non posse ostendemus. Ac primum in Baptismi administratione, præter verbum, addunt oleum, sputum, Salem, in rebus significatis peccatorum nimirum remissione, & sanctificatione non sentiunt syncerè, vt satis liquet eorum errores expendentibus. In efficaciam, vigoreque Baptismi falluntur, cū putent ex opere operato, vt vocant, non solum reatum originalis peccati tolli, vt nobis nunquam imputetur, sed ipsam natiuam, & hæreditariam corruptionem, quæ adhæret, & est adhæsurâ vel maximè regenitis in hac vitâ, donec gratiâ spiritus in morte animæ facultatib. eximatur, corporeque in illustri illo filij Dei aduentu. Quare eorum baptismus vel hoc nomine non est verus, vt verum corrupto opponitur. *Reza* sic in hanc rem scribit lib. de gradib. ministrorum:

Bapti-

Baptismum qualis apud Papatum est, non est ita quidē passus Dominus, ita vt verbum illud suum scriptum in ipsâ sui essentiâ corrumpi, sicut apud Arrianos, & Priscilianistas (nam si hoc ita esset, nullus esset in papatu Christi Baptismus: ideoz omnes à Baptismo ad Christianismum transeuntes, Non quidē rebaptizandi, sed tunc demum essent in Christo baptizandi, quâ in re diceptus fuit Cyprianus) sed tamen miris modis conspurcatum paulatim fuisse. cū sit apud nos extra cōtrouersiam talem certe Baptismum Infantibus nostris minimè petemus. Verum, autē, & purum Baptismum, non, vt quasdam veritatis reliquias, quas abolere non potuerit papatus, sed, vt in verbo Dei à Christo Ecclesiæ suæ traditâ amplectemur, & cum verâ fidē administrabimus, hoc à Deo petentes, vt pollutiones in illo adulterato Papistico Baptismo nobis, cū illic baptizaremur, ignorantibus applicatas, nobis non imputet. Cū Pontificij ergo retineant verba institutionis Christi hæc, *Baptizo te in nomen Patris, Filij, & Spiritus Sancti.* Tametsi Sacramenti administratores multīs inquinentur sceleribus, multisque modis illud conspurcent, nihilominus tamē in adultis actualem fidem habentibus, & infantibus in fœdere comprehensis Baptismus à Papistis adulteratus per Spiritus Sancti operationem spargentis conscientias Christi sanguine efficac esse possit ad inchoadā eorum spiritualem regenerationem, vniōnemq; cum Christo capite, Itaq; non est reiterandus in cœna Domini realem panis in corpus Christi, viniq; in sanguinem transsubstantiationem esse dictitant, quod fieri nequit, cū corpus Christi totū, & integrum cœlo sit contentū, & continendum donec rerum omnium fuerit redintegratio, Act. 3. Sed quæ de hac re, satis alibi, pergo ad illa quinque excogitata, & illegitima sacramenta. Confirmatio non est Sacramentum, quia à Christo non est instituta, nec signum habet. Longe etiam est alia Papistarum à confirmatione Patrum, qua instructos in Religionis Christianæ elementis per preces, & impositionem manuum Deo commēdabant. Papistarum fuit hæc, Puerum a lapâ percussum, oleoque vnctum ab Episcopo dicente, *Accipe Spiritum Sanctum:* Hoc est ridiculum. Pœnitentiâ est fidei effectum, sed non est Sacramentum, cū signum non habeat, neque sit ex Christi ordinatione. Tertium extrema vnctio fuit ad tempus cum miraculoso sanationis dono, Itaque cessante dono, cessat. Quartum ordo laudabilis, Nam omnia fierent *κατατάξις*, Sed non est Sacramentum, cū non habeat promissum gratiæ.

S. Matri-



S. Matrimonium non est sacramentum, cum signum, corpoream-ue materiam non habeat, neque sit omnibus comune, siquidem illo interdicitur clericis suis Papistæ: Nec sit noui duntaxat testamenti. *Vers. 31.* Huius versus summa exposita est superius. Restat tantum intelligamus quid ἀδύς significat. Nominis ratio est, quod nihil ibi videatur: Accipe ergo non pro inferno, ut liquet *Apo. 20.* Ἰανάτω καὶ ἀδύς conijciuntur in lacum ardentem. Infernus non potest iniici in Infernum, sed mors, cuius aculeum Christus remouit, & eum nimirum Satanam destruxit, qui mortis habebat imperium; Sepulchrum verò ἀδύ nomine significatum à Christo deuictum conijcietur in lacum. *Vers. 32.* De resurrectione Christi, fructibusque inde emanantibus supra. 33. exaltatio Christi, qua æterni Regis dignitas designatur, quod etiam ostenditur donis Spiritus Sancti, addito *Davidis* testimonio. *Observ.* Dexteram Dei exaltat, quâ nos cum capite nostro exaltabimur. 2. *Observ.* Christus est adeptus Spiritum Sanctum à Patre ut homo, & Mediator, qua ratione fatetur Patrè se filio esse maiorem, in quo reconditi sunt thesauri γνῶσεως, καὶ σοφίας, ut hinc fluentia χάρισμα in mystici sui corporis membra effundatur. Quare Spiritus dona ex hoc fonte sunt haurienda. 3. *Obser.* Quæ sunt prædicta de Christo, & Iesu Nazareno in filio Dei in carne manifestato sunt impleta, qui iam corpore cælo continetur, spiritu, potentiaque omnia, gratia Ecclesiam replens. Nullum ex corporali absentia detrimentum sentit Ecclesia, cum spiritu eidem adsit, & aderit ad seculi consummationem iam viuus electis vitam communicans, fouensque & promouens donec perficiatur. 4. *Obser.* Donorum largitor ædificationi Ecclesiæ seruietium est Deus qui in Christo donat mediatore, & membris suis impertitore, proinde petamus à patre luminum, quibus humiliter, & prudenter in fide utamur Christi Mediatoris Θεανθρώπου nomine, cum nullum, nisi in Christo recipimus. 5. *Obser.* Quicquid promittit Dominus, præstat, decretum ergo electionis in misericordia implebitur, & Reprobationis in iustitiâ. Promisit misericordiam penitentiam agentibus, *Ezech. 33.* fiet. Promisit peccatorem centenarium maledictioni subiiciendum, præstabitur, *Isai. 65.* Proinde simus certi de vita, saluteque nostra, cum Deus promiserit, ne veniantur homines in peccatis sine cōuersione, quia aliquando moriantur, nisi respiciant. 6. *Obser.*

6. *Obserua.* Cum Dominus communicet sua dona per gradus, ne extinguamus spiritum operantem. *Vers. 34.* Quod est dictum de exaltatione Christi non posse intelligi de  *Davide* probat  *Davidis* testimonio, ex *Psal. 110.* dixit *Iehova* ad *Adonai* sede ad dextram meam, donec posuero inimicos scabellum pedum tuorum. Quod hic habetur  *Davidem* non ascendisse in cælos, de corpore  *Davidis* non de anima intelligendum, *Luc. 23.* hodiè mecum eris in Paradiso inquit Christus, furi, & *Philip. 1.* Cupio dissolui, & esse cum Christo. Ergo electorum animæ non vagantur huc, illucque, non dormiunt cum corporibus nec per μεταμύχωση, Platonice transeunt in noua corpora, nec rediguntur in nihilum, nec denique abeunt ad purgatorium papisticum, ut ibi purgentur. Cum omnis peccatorum purgatio sit in hac vita, sed electorum animæ post separationem pergunt in Dei Paradisum, *Ioan. 5.* Qui in me credit, ait Christus, habet vitam æternam, in condemnationem non veniet, etenim transiit à morte in vitam. Corporalis nostra in cælum ascensio non est ante generalem omnium resurrectionem, quod quidem cælum est locus æternitatis nostræ, amenitatis & gaudij, sicut reproborum locus est infernus, *Act. 1.* *Iudas* abiit in locum suum. *Iehova* est nomen indicans Dei essentiam, usurpatum præcipue cum Deus decreuit exequi promissa sua. *Exod. 6.* *Domino meo.* id est, Christo redemptionis iure, cum omnium sit creationis, conseruationisque: Est etiam ordinationis nomine, quia est λόγος ordinatus ab æterno per quem Deus decreuit efficere omnia, quæ in cælo & terra sunt.

*Sede ad dextram.* Hæc verba habet Christus, *Math. 22.* contra Phariseos si sum filius  *Davidis*, quomodo inquit,  *David*,  *Sede ad dextram*, & nihil potuerunt respondere.  *Sedere ad dextram*, est potestatem omnem habere in cælo, & terra,  *Math. 28.* & complectitur duo. 1. Statum gloriæ, & Maiestatis Christi in cælo,  *Philip. 2.* 2. Potestatem regnandi,  *1. Corinth. 15.* Regna donec omnes inimici tui pedibus tuis substernantur.  *Obser.* Christus Ecclesiæ suæ Redemptor, & Dominus nullum patitur Vicarium, Reges itaq; & Principes qui sub Christo sunt operam nauarēt, ut Christi solius capitis Ecclesiæ gloria illabefactata floreat. 2.  *Obser.* Corpus Christi non est vbique, neque in cæna per localem præsentiam.  *Donec posuero.* Ne putemus Christi regnum omnino desituisse, verum



rum hic est sensus, non hoc modo, quo nunc regnabit, tota tamen Trinitas in æternum est regnatura. *Obfer.* Hostes CHRISTI etsi insultent, & triumphare videantur, tandem aliquando conculcabuntur ab ipso Domino, membrisque eius in ipso, quod fuit praxè Iosue præfiguratum, *Ios. 10. 14.* Ille enim strato, fusoque quinque regum exercitu, illisque eductis, in eorum collis populum, facit pedes figere. Quare futurum ut omnis aduersaria potestas capitis virtute pessundet. Resipiscant inimici, Regesque terræ, qui contra Christum armis disceptant, cum ista fors certissima ipsos maneat, intelligantque neminem vnquam extitisse, qui Christo bellum intulerat, qui non iacuerit tandem prostratus vide in Pharaone, Nebuchadnezare, Antiocho Epiphane, Sinacheribo, & Herode à vermibus attrito. Non tantum externi hi hostes proculcabuntur, sed ipse Satanus iam vinculis coercitus ad plenam dånationem referuatus, peccatum, mors denique, & infernus penitus destituentur, & omni potestate in electos priuabuntur. Hac ergo consolatione in Domino lætemur.

*Vers. 36.* Conclusio Cõcionis Petri summam instituti continens. Habebat hoc propositi Petrus ut IESVS crucifixus pro Domino, & Christo agnosceretur. Duo perstringit hoc *συμπερίσπασι*. 1. Peccatum Iudæorum. 2. Dominium Christi, Peccatum Iudæorum est crucifixio Christi, maledictum scilicet, & probrosum genus mortis, ut nos æterna *κατὰ* & confusione eximeret. *Obfer.* Publicum peccatum publice arguendum, 1. *Timoth. 5.* & sceleri consentientes iudicio divino rei tenentur, exemplum in Davide, qui *Vriam* mandauit occidendum. *Dominium Christi.* Vbi expende, quis eum Dominum effecerit, nimirum Deus Pater. *Obfer.* Honores ambitiosè, & modis illicitis utpotè suffragiorum prehensione, aut pecuniâ aut pollicitationibus non sunt petendi. 2. *Observatio.* Quicquid excogitetur, aut attentetur aduersus Christum, non impedit, quo minus Dominus suum decretum exequatur in Christo exaltando, sed lapis ille ab ædificantibus reiectus erit collocatus in capite Anguli, neque reproborum conatus priuabunt electos prædestinatâ gloriâ. Secundo quibus esset notum toti scilicet domui Israelis, id est, populo electo Iudæorum, adeoque toti Ecclesiæ vult hoc esse notum, *Galat. 6. 1. Tim. 3. Obfer.* Euangelium omnibus est prædicandum. Misera, &

miseranda

miseranda Scotia, vbi non prædicatur Christus, qui est totale subiectum Euangelij, iam Dominus, Sacerdos, & Rex in summa cœlesti gloria Ecclesiæ suæ præsto per gratiam, omnibusque per maiestatis gloriam, & potentiam. *Observatio.* Electorum nemo de salute sua per Christum crucifixum parca, Dominum nostrum dubitaret contra ac sentiunt aduersarij, qui arrogantiâ vocat hanc de salute nostra persuasionem & certitudinem. Absit etiam putemus cum alienis à Christo gentibus crucem Christi esse offendiculum, aut cum Iudæis esse stultitiam, 1. *Cor. 1.* Sed hunc crucifixum gloriæ Dominum esse nostram sapientiam, iustificationem, & redemptionem per sanguinem crucis suæ.

*Vers. 37.* Effectus Concionis Petri. *Ακροάτες δὲ καρτεροῦν τῆ καρδία.* His autem auditis compuncti sunt corde. *Obserua.* Verbum audiri debet cum reuerentia, & attentione, *Luc. 11.* Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud, & *Luc. 10.* expendenda nobis est Mariæ praxis, quæ Christi ad pedes procumbens ipsius sermonem audiuit, cum Martha soror rebus alijs esset occupata de Maria celebratur, quod præstante partem delegerit. 2. *Obfer.* verbum Dei menti lucem præbet vitæque nostræ, iuxta illud *Davidis* verbum tuum lucerna pedibus meis, præluceat itaque nobis in hac valle perigrinantibus fax diuini verbi, ut recta in cœlestem portum vehamur. 3. *Obfer.* Sensus peccati, iræque diuinæ apprehensio accensa in peccatorem gignit compunctionem in corde, eique terrorem incutit. Quare verbum Dei ancipiti gladio bene comparatur, *Heb. 4. 12.* quo penetrantius illic dicitur atque hæc compunctio, cordisque contritio est ad pœnitentiam primus gradus. 4. *Obfer.* Securi in peccatis delitescimus, imò in æternum, nisi diuinitus excitemur. Exemplum habemus in Davide in adulterio, & homicidio delitescente per menses fere. 9. Donec per verbum Dei à *Nathane Propheta* pronuntiatum fuerat excitatus, 2. *Sam. 12. 5.* *Obfer.* Peccatum sine personarum exceptione reprehendi debet, ut hic videre est si ad veram resipiscentiam via est sternenda, at multi hac ætate non possunt ferre cum *Achabo Elia* apertam, & particularem redargutionem, sed potius cum obstinato illo Israelitico populo volunt conciones esse assentatrices, qui dicunt, ne prophetis nobis recta, sed adulatoria. *Isai 30.* verum minus considerant reprehensionem legitimam parere compunctionem cordis, quæ



quæ ipsos possit deducere ad quærendum remedium. *Obfer.* Discrimen inter electos, & reprobos. Electi ex sensu peccati, iræque Dei apprehensione Spiritus Sancti ductu, volentes confugiunt ad Deum, vt in  *Davide, Iobo*, alijsque videre est. Reprobi verò vt *Cain* compuncti desperant, dicentes maior est iniquitas nostra, quam vt sustinere possimus, aut hypocritæ sese prosternunt vt *Achab*, aut desperabundi sibi mortem consciscunt, vt *Achitophel, Iudas, Nero, Diocletianus*, Christianorum persecutores atrocissimi vel intus contremiscunt, vt *Caligula*, aut toto corpore concutiuntur nullum petentes remedium, vt *Baltassar* qui viso digito in pariete scribente ita fuit consternatus, vt concussis genibus vacillaret. Cæterum nemo electorum sine fructu compungitur, qui consolationem petere consuerunt & consilium ab ijs, quos Dominus dedit Ecclesiæ suæ Doctores, & Pastores, *David* consuluit *Nathanem, Ezechias, Isaiam Prophetam*, populus iste Apostolos. Bene agetur cum illo populo, qui hunc cursum tenet, 2. *Cron.* 20. 20. firmè credite *Iehova* Deo vestro, & confirmabimini, firmè credite Prophetis eius, & prosperabimini.

38. Consilium Petri *Μενοι Κατε*. Resipiscite. Resipiscencia, & Remissio peccatorum in Christo, sunt duo capita Evangelij, ac proinde salutis nostræ: obtinentur autem ex promissionibus per fidem apprehensis, & per Baptismum, cui coniungitur Spiritus Sancti virtus, in nobis obsignantur. 1. *Obfer.* Vera *μετανοία* est mentis ad Deum conuersio, *Rom.* 12. renouamini spiritu mentis: habet etiam coniunctam vitæ emendationem: verum hic attingit fontem, vnde sincera pœnitentia promanat. Papistæ etiam à contritione ordiuntur, quam non satis sincère intelligunt, cum satisfactionem iungant, multosque ritus externos qui verbo Dei non probantur, quique à veræ pœnitentiæ natura abhorrent. Prophetæ ab hac inchoant suas conciones, ita etiam *Ioannes Baptista*, Christusque Dei filius, *Math.* 3. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Complectitur ergo duo peccati scilicet sensum, atque emendationem. Quare noluit hos *Iudeos* perire, sed conuerti, vt *Ezech.* 33. *Ioel* 2. neq; ex his locis putandū est conuersionem esse penes nos, cum disertè dicat, *Ier.* 30. Conuerte nos Domine, & conuertemur ad te. Cùm Apostolus exigit à nobis pœnitentiam, nihil vult aliud, nisi, vt Deo nostro acceptum donum retribuamus.

*Βαπτισμῶ*

*Βαπτισμῶ ἐν αἵματι τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.* Accipite Baptismum signum remissionis peccatorum, sigillum etiam electis in sanguine Christi. Non hic statuit exactam formam huius sacramenti proponere, aut eam à Christo institutam immutare: tametsi verè dici possit Christum, & Patrem, & Spiritum in se complecti cum sint vnus, æternus naturam Deus. *Obfer.* Per baptismum aditus est in Ecclesiam Christi: atque hoc sacramento remissio peccatorum in eius sanguine, regeneratio nostra spiritualis, & vnio cum Christo capite significatur. Verum ne putemus necessario, & indiuisè coniunctam esse cum Baptismo peccatorum remissionem, nec, vt asserunt aduersarij ex opere operato aboleri non solum reatum, sed originalem, & naturalem omnem corruptionem: cum hoc sacramento reatus in merito sanguinis Agni DEI tollatur, & peccatum originis, quoad imputationem: hac remissione donatus fœlix est, *Psal.* 32.

*Καὶ ληφέτε τὸ δῶρεον ἁγίου πνεύματος.*

Promittitur illis donum spiritus, quo Christum cognoscant, in cognitum credant, eumque confiteantur, cuius *δωάμεν* è tenebris in lucem transferantur, & fortitudine cœlitus donentur ad resistendum Satanæ, eiusque insultibus. *Obfer.* Dona spiritus non sunt naturalia, neque viribus nostris acquiruntur. Quare, ne gloriemur, cum nihil habeamus, quod non acceperimus, Rectè iisdem vtamur ad gloriam Dei, petamusque Christi nomine à patre luminum quæ desunt, vocationi nostræ necessaria. 2. *Obfer.* Cor compunctum, doloreque propter peccatum affectum recipiendæ Dei gratiæ est accommodum, *Proverb.* *Isai* 57. Qui in altis, æternisque habitat Sanctus ille Israelis, habitat etiam cum eo qui est contrito corde.

39. Ratio, qua indicat eos accepturos donum Spiritus etenim vobis promissio est facta, liberisque vestris. *Obfer.* Gratia Spiritus concedendæ fundamentum, & fons est gratuita Dei promissio, quæ facta fuit *Abrahamo*, *Gen.* 17. eiusque semini multiplicando, & benedicendo, Benedictionemq; omnibus nationibus illaturo in Christo, qui ex *Abrahamo* secundum carnem processit *Iudeis* ac gentibus promisso, sed *Iudeis* primum, qui sunt quasi primogeniti in familia Dei non quidem ex suo merito, sed Dei eligentis, vocantisque gratuita voluntate

G 3

2. *Obfer.*



2. *Observatio.* Tres gradus hic recensentur. 1. Vobis patribus. 2. Filijs. 3. Gentibus. Hoc superius à prophetis prædictum, & à *Simeone* morituro Christum brachijs suis complectente pronuntiatum nunc dimittis seruum tuum in pace: Nam oculi mei viderunt salutare tuum: lucem gentibus reuelandam, gloriamque populi tui Israelitici. 3. *Obser.* Fidelium liberi cum censeantur in fœdere gratiæ, sunt baptizandi cum Baptismus ordinatione diuina circumcisioni successerit fœderis sigillo contra Anabaptistas, qui etiam si emoriantur sine Baptismo, absit, putemus cum Papis eos in infernum detrudi vbi priuantur gloria Dei, & gratia vt loquantur, pœnamq; exiguam sentiant cum nullum admiserint actuale peccatum, sed tantum in *Adamo*. Hoc quod dicunt abhorret à vero, cum sint in fœdere, salus parta per Christum ad eos spectat, itaque ex quo defunguntur, eorum animæ feruntur in cœlum, vbi Dei conspectu iucundissimo fruuntur. Neque talis necessitas Baptismo ascribenda, vt si qui moriantur non baptizati, putentur pati in inferno, cum tantum baptismi contemptio, vt inquit ille, non autem priuatio sit exitialis. 4. *Obserua.* Gentes alienæ à fœdere, vitaq; Dei per Christi sanguinẽ Deo recõciliati cum sanctis, & ex familia DEI cum diruta iam sit maceria, censeudi sunt, *Ephes. 2.* 5. *Obserua.* Hæc gratia nobis communicata pendet ex efficaci Dei vocatione: idcirco antequam vocemur per verbum & spiritum, sumus peregrini à gratia Dei: nam nemo potest ad CHRISTVM accedere, nisi Pater eum traxerit, *Ioan. 6.* Proinde Deo vocanti obtemperemus, neque oblatam gratiam repudiemus.

40. Iam habetur exhortatio Petri qua sibi caueant vt à praua hac generatione seruentur: vbi intelligit præcipuè Scribas, *Pharisæos*, & *Sacerdotes*. In hoc est vehemētior vel eo nomine, quod sese venditarint pro *Abrahæ* filijs. 2. Quod magnæ fuerint authoritatis permultos annos continuatæ idcirco non fuit res parui momenti huic *Iudeis* persuadere, vt sese separent ab hac generatione, monet eos periculi, significatque, si manserint, eorum salutem in discrimen vocari. *Obser.* In rebus grauibus, periculosisque, attestationibus, & exhortationibus vehementibus vtendum: vt constat hac praxè Petri. Vbi duplex ipsis, si sese non segregarint, periculum imminet, vnum quidem iudicij temporalis iuxta Christi,

vaticinium

vaticinium de *Ierosolymis* euertendis, *Luc. 13.* quod accidit 40. post Christum passum anno, per Titum Vespasiani filium vt quidam putant. Alterum iudicij spiritualis in illustri illo Christi aduentu vbi pœnitentiæ nihil loci relinquitur. 2. *Observatio.* In societate impiorum nobis versantibus periculum impendet, seiungamur itaque ab impijs, & exeamus *Babylone*, ne eius supplicijs participemus, & Christo salutis nostræ ἀρχηγός, eiusque Ecclesiæ aggregemur, simus memores illius dicti *Salomonis*. Qui tangit picem eum coinquinatum iri, bonosque mores colloquia praua corrumpere, *1. Corinth. 15.* ex *Menandro*. Sunt nihilominus tamen hac ætate plerique qui cum excommunicatis societatem coire non dubitant reprehensionem libenter non ferentes, qui si tali notentur nomine, quo hic ab Apostoli Scribæ, & *Pharisæi*, statim exæstuant, acriq; inflammantur aduersus Pastorem odio, sed nos Prophetarum exemplo nigrum appellemus nigrum, Paulique, nomina apta impijs tribuamus, & exemplo Christi *Herodem* vulpem appellare fas est.

*Vers. 41.* Effecta consilij Apost. hic continentur, vbi occurrit insigne exẽplum virtutis Spiritus Sancti. 1. est quod sermonem eius libenter exceperint. *Obser.* Verbum Dei cum attentione, & reuerentiã audiendum, atque recipiendum. 2. est. sunt baptizati. *Obserua.* Baptizandi sunt qui in Ecclesiam recipiuntur infantes nimirum in fœdere comprehensi, & adulti, qui fidei rationẽ reddere possunt, hoc sacramento patet aditus in societatem Christi. 3. addita sunt Ecclesiæ capita quasi ter mille. *Obser.* Quod fuit à Christo prædictum de Petro *Luc. 5.* est impletum, nimirum post-hac homines viuos capies; & certe verificatum est illud *Isaia 55.* Verbum Domini non est emissum frustra, sed idipsum exequitur ad quod missum est. Vna concione Petri tot animas ad Christum conuersas, indicat Spiritus Sancti operationem efficacem.

*Vers. 42.* Exercitia Ecclesiæ primitiua. 1. est. Perseuerantia in doctrina Apost. Cuius summa est Iesus crucifixus est Dominus, & Christus 2. Cõmunicatio facultatum, & omnium officiorum charitatis. 3. Fractio panis, ministratio Sacramenti Cœnæ Domini. 4. Preces. in Ecclesia vera hæc reperire est, quæ in papistica nequaquam; nam Apostolicam doctrinam peruertit, or nourishment with saith not they brake bread & nec to be foode but [breaking bread & they took foode] w<sup>th</sup> car hardly be said of the supper. T. C. 42m. st. Art 2 v 42 Margin p 204



nec ea sola est contenta, cum traditiones intrudat, veraque; ut vocat non scripta obrudat, in communicatione facultatum papistæ se mereri putant, atque ita Christi merito derogant. Baptismum, cœnamque Domini adulterant, & duobus hisce à Christo institutis quinque perperam adiungunt, quæ supra refutauimus: Dicunt etiam Baptismum ex opere operato efficacem esse non tantum ad tollendum reatum, sed natiuam & hereditariam corruptionem, quæ pœnitus expungi non possit, quoad hic vixerimus. In cœna Domini panem volunt realiter mutatum, & transsubstantiatum in corpus Christi, vinumque in sanguinem, quod & scripturæ, & rationi, sensibusque reluctatur, cum *Act. 3.* habeatur oportere cœlum capere Christum, donec omnia restituantur, cumque ratione Physicâ corpus sit *περίγραπτον*. Preces non soli Deo Christi nomine nuncupant, sed Mariæ, defunctisque sanctis, quod verbo Dei scripto non est consentaneum, uti supra est ostensum. *Obfer.* Doctrinæ Apostolicæ adhaerendum, quam pro authentica, suisque partibus absoluta agnosceremus. 2. *Obfer.* Iuuocandus Dominus pro conferendis in Ecclesiam donis, continuandisque ad nominis sui, Christi que filij gloriam, regni que spiritalis propagationem, & incrementum. 3. *Obfer.* In pauperes essemus liberales, cum, qui ijs dat, sceneretur Deo, *Proverb. 19.* quiq; pauperibus largitur, non egebit, *Proverb. 28.* ut recordemur huius officij, excitemurque ad hanc benevolentiam in pauperes exercendam, dictorum Christi simus memores in vltimo iudicio, *Math. 25.*

43. *Vers.* Hoc indicatur, quid verbum, Spiritus, *σημεια, & τερατα* produxerint in impijs. His verbis, *ρόεθ' ἐγενετ' πάση ψύχη* ubi *ψύχη* pro toto homine accipitur, ut *Rom. 13.* per *τερατα* intellige quæ naturæ cursum excedunt, ut eijcere dæmonia, excitare mortuum, *Act 5. 16. 20.* per *σημεια*, ea, quæ possunt arte medica curari, & tamen verbo, aut alio modo fiebant ab Apost. ut quod Apost. Paulus *Publy* patrem sanarit, quodq; Petrus sudario multos restituerit sanitati. Sensus ergo est cum deteriores ex Iudæis audirent tanta cum magnanimitate, & *παρησία* loquentes Apostolos, & signa, atque miracula ab eis edita viderent, nec non multos per verbum prædicatum arrogatos, Ecclesiæ que Christi additos animis consternati, & terrore perculsi sunt. Producitur itaque

itaque in malis seruilis timor. *Obfer.* Deo visum est verbo prædicato miracula adiungere initio Ecclesiæ plantandæ ad maiorem auctoritatem Evangelio conciliandam, nunc miraculis non est æquè opus tametsi ea papistæ iactent, ne animi, oculique hominum iisdem intenti à rerum diuinarum consideratione in Evangelio propositarum auocentur. Porro miraculum, quod Evangelium concomitatur, est mortui hominis in peccatis ad vitam in Christo exuscitatio. 2. *Obfer.* Quemadmodum Spiritus in cordibus electorum operatur filialem timorem, reuerentiam, fidem, obedientiam, ita in reproborum terrorem ex peccati conscientia, *Rom. 8. 15.* οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας παλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υιοθεσίας ἐν ᾧ κραζομεν ἀββὰ πατὴρ. 3. *Obfer.* Deus defendit suas oues in medio luporum ut *Iacobum* ab *Esauo*, eiusque filios à *Sichemitis* persecuturis ad mortem, coercitis tamen potentia, & timore Domini, *Gen. 35.* ita etiâ *Cananitas*, sunt conseruati, & deiecti propter Dei populum, *Ios. 2.* & impij, ubi non timendum, plerumq; extimescunt, *Psal. 14. & 54.* *Catilina* ille, ut scribitur, non mediocriter solebat pertimescere, si quid crepuisset: tanto impiorum conscientia percelluntur, & verberantur metu, contra pij de statu non dimouentur, tametsi rumores malè percrebrescant, *Psal. 105.* aliquo tamen modo afficiuntur, ut videre est in *Iobo*, qui dixit, aufer virgam furoris tui, & pavor tuus non terreat me. 4. *Obfer.* Hic est signorum vsus, ut per ea terror infligatur impiorum animis, exemplum est in *Pharaone* & *Caligula*, qui ex professo Deum contemnebant. Cum tamen iudicium aliquod apparebat, ex horrescebant, & trepidabant: In bonis verò filialis timor cum reuerentia Diuini Numinis & iudiciorum exoriatur. Domesticum habemus exemplum hoc anno in vtrisque: Terræ motu impij sunt vehementer perculsi, eclipsisque Solis. Pij verò timore, & reuerentia iudiciorum DEI sunt affecti, impulsisque in celebrationem Diuini nominis. 5. *Obfer.* Impij, & si magno loco constituti, non possunt tamen iudicij Diuinis eximi, expende in Rege *Babylonis*, dicente: Ponam thronum meum in Septentrione, eroque similis altissimo, tandem cum ignominia, *Isa. 14.* detrufo. In *Idumeis* etiam ibid: & *Baltazare*, qui cum affatim potaret in vasculis domus Domini: Præsto 1000. Nobilium, summa in cordis arrogantia, vidit de-



scriptum in pariete iudicium suum, ipsoque eadem nocte iugulato Regni facta est ad Medos & Persas translatio. 44. 45. Vers. His habentur consensus, & liberalitas Ecclesie primitivae: erant unanimis, & omnia habebant communia. *Observa.* Fideles, & pii benè inter sese conveniunt, sed non est pax Christo cum Be-  
*hiale*, nec veritatis vero ac sincero professore cum Papista.

2. *Observatio.* Charitas ex fide proficiens, & unanimitas ex conjunctione nostra cum Christo est causa liberalitatis, atque benevolentiae in pauperes communicandae ubi nota istam bonorum κοινωνίαν fuisse tantum voluntariam contributionem in usum pauperum, ne scilicet penuria moti, ab Evangelio ad Iudaismum relaberentur. Platonica bonorum communio nullum hic habet fundamentum, neque Anabaptistarum error hic stabilitur, qui sub Evangelio omnia inter Christianos ita volunt esse communia, ut nihil loci relinquatur proprietati bonorum, contra praescribuntur leges divitibus, 1. *Timoth.* 5. Diuitibus officium designatur, 1. *Timoth.* 6. furtum & fraus prohibentur mandato 7. Exempla, *Iosephus ex Arimathea* Discipulus CHRISTI, qui sepulturam Domini cohonestavit, fuit dives, *Lazarus* resuscitatus, sorores eius, *Simon leprosus*, plerique etiam alij, qui non iubentur bona abijcere: post ascensionem Christi *Tabitha*, *Lydia*, *Maria Mater Marci*, *Simon Coriarius*, *Philippus*, & *Cornelius*, & *Philemon* Evangelium professi, bona sua in commune non contulerunt. Ipseque Christus non celebravit pascha, nisi ipso Patre familias consentiente. Hoc loco occurrunt duo argumenta. 1. hic est venditio, & emptio, ergo omnia non sunt communia. 2. distribuuntur bona vendita prout cuiusque necessitas postulabat, ergo non licebat unicuique uti, frui bonis pro arbitratu. *Pythagorici*, tametsi proverbio dixerunt, πάντα τῶν φίλων κοινὰ, secundum usum tamen priuatas, & proprias possessiones non sustulerunt: Et Monachi illi, qui nihil volunt esse proprium, sua tamen retinent.

*Vers.* 46. Religionem exercent in templo προσκαρτεροῦντες, non ut sacrificijs interessent Iudaeorum quae sciuerunt Christi sanguine fuisse abolita, sed quia locus iste aptissimus fuit ad audiendum verbum, & ad mutua colloquia in rebus divinis, & pertinentibus ad regnum Christi.

*Observatio.*

*Observatio.* Templum locus maximè idoneus ad sacros conventus in quo res politicae tractari non debent. Domus inquit *Iehova*, domus orationis vocabitur. 2. *Observa.* Nulla negligenda est circumstantia ad lucrificandum populum Christo. 3. *Obser.* Verè conuersi ad CHRISTVM non quaerunt angulos, sed palam, & apertè profitentur.

*Priuatam exercitium.*

Fregerunt panem κατ' οἶκον. Moris erat conuiesci, & conuiuari in Ecclesia primitiva charitatis fouendae ergo, atque in huiusmodi conuiujs celebrare caenam Domini quae vocabantur ἀγάπαι. Tria hic designantur. 1. ἐν ἀγαλλιάσει. 2. ἀφελότητι καὶ καρδίας. 3. ἀνεστῆτες, ad 1. *Rom.* 12. 2. *Corinth.* 9. 2. Sine dissimulatione, aut spe sui emolumenti, quod fieri debet. 3. Laudes Deo, & gratiarum actiones. Christus ipse nunquam fregit panem, nisi gratijs actis, 14. *Math.* *Luc.* 24. *Ioan.* 6. & in vltimae caenae celebratione. *Observa.* Cum cibum capessimus a precibus est inchoandum, quo sumpto, gratiae agenda, 2. *Timoth.* 4. Sanctificatur creatura verbo, & precibus, qui hoc negligit, irruptionem facit in Dei creaturas, quibus uti non potest, nisi praemissis precibus conscientiam illasam.

*Vers.* 47. Fructus hinc redundans est duplex. 1. attingit populum ad Christum conuersum. Habebant enim gratiam apud totum populum, puta sanioris mentis. *Observatio.* Honorantes Dominum honorabuntur, & contra 1. *Sam.* 2. exemplum in *Da-  
 ride*, & *Saule*. Omnis homines ordinis notent, praesertim Magistratus. 2. Dominus addebat Ecclesiae, qui salui fierent. Amplificatio itaque Ecclesiae est. 2. Fructus. *Observatio.* Nemo venit ad Christum, nisi Pater eum traxerit, *Ioan.* 6. 1. *Corinth.* 3. Ego plantavi, *Apollos* rigauit, D E V S dat incrementum, & *Psal.* 127. 2. *Observatio.* Ecclesia hic non est perfecta, sed perficienda, *Ephes.* 4. quique saluandi sunt, in Ecclesiam sunt asciscendi, quorum numerus est definitus, *Math.* cap. 22. multi sunt vocati, pauci electi. Et *Math.* cap. 7. Lata via, quae ducit ad interitum. 3. *Obser-  
 vatio.* Salus electorum non ex hominum factis, meritis, operibus dependet, sed ex D E I eligentis, & vocantis voluntate. Discamus ex dictis, quae nobis concessit Dominus eisdem uti ad nominis sui gloriam, Christi honorem, Ecclesiaeque commodum,

H 2

studea-

church visible  
Cawdry. p 24


all the  
 ses namid  
 are sp  
 and go  
 breaking of  
 bread was  
 ment. A  
 Th  
 beats the  
 21st after  
 now it is  
 ble for  
 1000 to  
 supper  
 2000  
 after they  
 needed  
 added to  
 not to a  
 congregation  
 some were  
 added as  
 and some  
 ought to  
 to the  
 church  
 Cawdry. p 24



studeamus vnanimitati, & concordia alenda, cum simus vnum corpus, vnum habeamus spiritum, vnam spem, vnum Dominum, vnam fidem, vnum Baptisma, vnumque Patrem, & Dominum omnium: quae quidem dona diuinitus sunt data, vt in vnitatem fidei per Iesum Christum adulescamus.

the ninth hour was the hour of prayer: which was the hour between the 2. evening when the Jews did offer daily their evening sacrifice. Ruin. Haggay. serm. 14 p 149.

CAP. III.



O C Cap. 1. habemus miraculum ad Vers. II. deinde concionem Petri, qua aperit mysterium salutis in Christo, taxatque Iudaeorum ingratitude, eosque ad poenitentiam reuocat. Propositum miraculi est ostendere in Christo Dei filio, salutem esse, & peccatorum remissionem. Hoc miraculum est in eorum numero

quae omnem naturae cursum superat: Cuius partes sunt. 1. Occasio 1. Vers. 2. ipsum miraculum. 3. effecta hinc promanantia. In occasione habemus personas, locum, & tempus. Personae sunt Petrus & Ioannes, saepe socij & σωζήτορες, Ioan. 20. veniunt simul ad sepulchrum Christi; simul piscantur, Ioan. 21. mittuntur pariter ad Samariam; Act. 8. hic simul ascendunt; sunt tanquam vnus animus in diuersis corporibus. Observatio. Fratrum, & seruorum Christi concurrentium, & collaborantium opera maximè promouetur Euangelium. Contra, distractione, & dissentione valdè impeditur. Primum videas in hac historia Act. Secundum in Ecclesia Corinthiaca, quatum illi ecclesiae obfuerit dissensio, & quem locum dederit erroribus. Verum illud, Christi Regnum in se diuisum, desolabitur. Studeamus itaque concordiae & vnanimitati, quae consurgit ex vnione nostra cum Christo capite, & per eum cum Deo Patre. Consensus in religione, & sancta harmonia, est omnis concordiae, & pacis sanctae fons. 2. Observ. Nulla occasio propagandi, & promouendi Euangelij negligenda. Tametsi Iudaei crudeles in Christum, superstitiosi etiam, ceremonijsque legalibus addicti, nihilominus tamen ita sese comparant, atque gerunt, vt possint multos Christo lucrifacere. Nihil remorari potuit Christum, quo minus perageret opus redemptionis nostrae;

strae;

In templo sacrificia et statae preces fieri solebant hora tertia, sexta, nona. Act. 3. 27. v44 p 489 Art. 10. 39.

strae; nihil nos prapedire debet in munere nostro obeundo, & in acquirēdis Christo hominibus. Paulus 1. Philip. gaudet ex aduersarijs, eorumque oppositione, quod hoc modo promotū iri Euangelium Christi perspexerit. 3. Observ. ἀνεβαρον εἰς τὸ ἱερόν. Si velimus in caeleste Sanctuarium ingredi, ascendendum nobis est, & hinc migrandum primum animis, vt postea corporibus locemur in caelesti patria. 2. Locus. Templum à Zorobabele reexstructum Ierosolymitanum. Observ. Locus hic sacer verbo, & precibus consecratus, Isa. 57. Domus mea, domus orationis vocabitur, si alia in hac domo tractetur, prophanatio est. 3. Tempus. Hora nona, quae respondet nostrae tertiae horae pomeridianae, qua sacrificium vespertinum celebrari est solitum, cui preces erant coniunctae. De duplici hoc sacrificio lex exstat, Exod. 23. & Num. 28. Habebant Iudaei stata precibus tempora, vt videre est Dan. 6. & Act. 10. Petrus secessit ad meridiem precatum. Non ergo putandum ascendisse vt sacrificarent, aut sacrificandi ritum iam abolitum per Christum Agnum Dei sua presentia approbarent, sed accommodasse se huic tempori, quo frequens adesse populus solebat, qui erat asciscendus in Ecclesiam Christi. Observ. Ecclesia habet sua tempora exercitijs diuinis constituta per Ecclesiasticum Senatum, assensum populi, & auctoritatem Magistratus: Nam secundum εὐταξίαν omnia in ecclesia sunt peragenda. Vbi Magistratus approbat, ea quae ab ecclesia statuta sunt. 2. Obser. A precibus inchoandum, & gratiarum actione terminanda est omnis actio, Colof. 3. Quicquid egeritis sermone, aut facto in nomine Domini Iesu facite, gratias agentes Deo, & Patri per eum. Contra faciunt, & perperam illi negotiaturi, apud Iaco. 4. dicentes sine restrictione, proficiscemur in ciuitatem, atque negotiabimur cum dicerent, Si Deus voluerit, & vixerimus. Has publicas preces frequentare, cum Christus se spondeat affuturum, vbi duo vel tres fuerint coacti eius nomine, Mat. 18. Quanto maiore cum gratia vbi hominum coetus conuenerit ad precandum, & celebrandum Deum, Mat. 18. 19. Rursum dico vobis, Si duo ex vobis consenserint in terra, quodcunque petierint, fiet ijs à Patre meo, qui est in caelis.

2. Describitur is, qui curatur virtute Christi, operante per ministerium Petri: Propositum habet Christus confirmare conuer-

Tenendum est quae tunc apud Iudaeos praesentibus vigebant fuisse puras et formatas ad scripturam legis: nec vero si papistae praesentandi forma conueniant michi religio esset templum cum usum ingredi Arno p. 111. et sancta non conueniunt vno nomine sicut dicitur Galo. ne omni qd est Anglos si missa interstint posse eluere eius sordes sua sanctitate: nec vno su diabolos omni posse sua praesentia efficere quo minus sacra conuenerit celebrari ex xpi ministerio, sua puritate. Certum tamen est non omnibus precandi nom. apostolos venisse in templum, quia in praesentibus adhiberi agebant sacros conuentus: sed vt oblata illis fuit spes adificandi hac occasio. ne fuisse vsos: non ergo data opera frequentauerunt templum vt gentes H. sua in publicis locis et quotidianis precibus essent socij: sed quia quibilibet erat, loci reuerentia magis dociles ac more gerere ad excipiendum euangelij doctrinam qui in locis prophanis minus fuissent adhiberi. Calvin. q. 265.



fos in fide, & alienos ad se vocare: hic est claudus natura, ideoque magis elucet Christi potentiam in eo sanando. Hæc infirmitas non est ipsi inflicta tam propter peccatum, quam ad declarandam Dei gloriam, *Ioan. 9.* Vt cunq; claudus hanc promeruerit. Plerique existimant immitti à Deo afflictiones peccatum intuentem, vt amici Iobi, cum Deus proposuerit Iobi fidem & patientiam exercere: obseruemus ergo etiam huiusmodi infirmitates ex peccato originem habuerint, non tamen à Domino semper propter peccatum infligi; Atque hinc consolationem petamus, quod tametsi hæc impotentiam eum 40. annos occupauerit, tandem tamen restitutum fuisse, in afflictionibus diuturnis, longisque morbis ne desperemus, destinatos enim liberationi, liberabit Dominus statuto tempore. Exemplum aliud in illo agro 5. *Io.* annos 38. & in muliere pro fluuio sanguinis laborante annos 12. 2. *Obser.* Compati debemus carnis nostræ, & languentium miseris, priusquam omni destituantur ope, & solatio portandi sunt illuc, vbi consolatione aliqua possent frui. 3. *Obser.* confusionem regnare in populo, cum sanxerit sua lege Deus, *Deut. 15.* ne mendicus esset in Israele: hinc tamen videas ad ostium templi iacentem atque petentem. Corruptio præcedit destructionem, & destructio sequitur corruptionem: quod contigit anno 40. vt quidam putant, alij demum 3. vel 4. de 40. post Christum passum à *Tito Vespasiani* filio urbis *Ierosolymitana* expugnatore, vastatore, huiusque rebellis populi subiugatore. Hic fere est status regni nostri; & Ecclesie, sine ordine vagantur mendici in curiam nostram, & sacrilegio potentum, qui illud patrimonium iniuste detinent, quo pauperes, ministerium, scholæque alerentur, nisi resipiscant, à Domino iudicium certe expectandum: additur, petit eleemosynam, non sanitatem, quia illi fuit desperata; obtinet amplius, quam petit, & quod minimè expectauit. *Obser.* Tanta erga nos est Dei gratia, vt plura etiam largiatur, quam petimus. Sic *Abrahamo* sollicito de *Ismaele* ex *Sara* natura effata *Isaacum* filium dedit, non ordinario naturæ cursu, sed vi promissionis; ita etiam populo suo Israelitico liberationem ex *Aegypto* cum omnibus bonis, & *Aegyptiorum* spolijs. *Davidi* multa temporalia concessit, promissumque de *Messia* ex eius lumbis processuro. Sic *Salomoni* sapientiam postulanti, magnas opes in desertum profligatum ab *Achabo*, & *Iesabele*, non expe-

expectantem per Angelum, aluit. Concludo itaque hic illud ad *Ephes. 3.* esse verum: Deum (scilicet) cum infinita redundantia posse omnia facere supra ea, quæ petimus, aut mente concipimus, pro vi illa agente in nobis.

*Vers. 4.* Quid faciunt Petrus & Ioannes, intuentur claudum, oculisque mentis Deum vt spiritu suo adsit per Christum, vultque; Petrus claudum aspiceret. i. non tam eos ministros contempleri, quam potentiam Christi sese exerturam. *Obser.* Fruimur cum fructu Dei beneficijs, quando Deum authorem, Christum impetratorem, Spiritum applicatorem agnoscimus, vt omnis gloria Deo in solidum attribuat, si secus, euenire potest, vt immortalis Dei honor mortalibus concedatur, vt Sanctis defunctis, à *Papistis. Barnaba & Paulo* à *Lystrensibus* post sanatum claudum, *Act. 14.* vbi dicuntur *Dij* descendentes ex cælo. *Barnabas* vocatur *Iuppiter*, & *Paulus Mercurius*, quia erat ἡ γούργυς τῶ λόγῳ. Sed quid facit claudus, attendit, putans se aliquid accepturum. *Obser.* Natura pauperum est hæc, inhiant stipi, atque intentiores sunt, vt accipiant, quam quiduis aliud habeant.

*Vers. 6.* Petrus præstat duo. 1. profitetur paupertatem atque illi omnem spem eleemosinæ accipiendæ præcidit. 2. indicat promptitudinem ad eum curandum. Verum Petrus hac paupertatis professione non est putandus Miser, cum Christo sit insitus, donisque, diuitijsque spiritualibus imbutus, quæ boni veri nomine gaudent, mundanæ verò, & temporanæ, cum dentur impijs, in solidis bonis numerari nequeunt. Sed quomodo successit Petro Papa Pontifex Romanus qui bonis huius mundi luxuriat. Scribitur in Pontificalibus, Patrum tempore Coronationis Papæ in cellam vnâ vetit, dicentisque Aurum & Argentum non habeo: In altera verò locati, Dispersit, & dedit pauperibus; Iustitia eius in æternum permanet. Si nihil aliud argueret Dominum Satanæ in papatu apertus verbi Dei ludibriosus abusus satis ostendit; sed illud *Thomas Aquinatis* notandum, stantis ab eorum partibus, qui *Gregorium* decimum appositè taxasse fertur in Cõcilio *Lugdunensi*, Cum *Neapoli* magnus reditus ad eum peruenisset, Non possum inquit *Gregorius* dicere sicut Petrus, Aurum & Argentum non habeo, cui *Thomas* adiecit; neque potes dicere, Surge, & ambula, quo significabat bonis spiritus, virtuteque; Christi *Petro Gregorium* longè fuisse inferiorem.



Si quæras, Ecquid Ministri aurum & argentum haberent? *Resp.* 1. *Cor.* 9. Statutum à Domino, vt qui Euangelium prædicant, inde vivant. Verba Petri ad *Claudum*, *In nomine Iesu Christi Nazareni, surge & ambula.* *Observ.* Per Christi virtutem & potentiam, per Apostoli ministerium saluatur *Claudus*. Proinde expède verbum Domini esse viuum & efficax, cui adiuncta divinâ potentia, nil potest resistere; idcirco gloria operis tribuenda Christo, & non instrumêto, cui, cum nimium attribuant Papistæ in Sanctorum numerum retulerunt. Effectum 1. Sanatur *Claudus*, vbi opus Domini existit perfectum, quare gratiæ agendæ Domino pro beneficijs instar illius leprosi, *Luc.* 17. & non nouem ingratorum, qui purgati à Domino, non rediere ad agendum gratias. 2. Impleti sunt pauore, & stupore. *Observ.* Mirabilia Dei hominum reproborum animis incutiunt terrorem; Electorum verò, reuerentiam & timorem filialem. 2. *Observ.* Hoc miraculum adumbrat statum hominis non regeniti, qui totus quantus, quantus est, est instar huius *Claudi* qualitatibus, facultatum animi primis, & secundis corruptus, corpore etiam vitiosus ex sese idoneus ad seruiendum Deo, & ambulandum in via Domini, donec Christus *σωτήρ* accedat ad hominem totum verbo, & spiritu regenerandum, & reparandum. Itaque secundo loco conditio nostra beata in Christo figuratur, qui est fons ille domui *Davidis* reclusus propter peccatum, & immunditiam. Is est qui luce sua tenebras mentis dispellit, eamque collustrat; qui cor, & affectiones reformat, Corpusque cõformaturus est glorioso suo corpori, *Philip.* 3. quique hominem erigit & ambulare facit in via vitæ. 3. officium nostrum designatur in gratitudine positum. Atque hæc tria ab Apostolo *Rom.* 7. comprehenduntur verbis illis, & sequentibus ad finem, *ταλάπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος τις μὴ ρυσέτω.*

II. *Vers.* Sequitur 2. parte cap. Petri concio, qua primùm designat miraculi Authorem. 2. reprehendit eos propter iniquissimam crudelitatem in Christum. 3. Reuocat ad resipiscentiam. 4. Doctrinam à se propositam, esse propheticam. *Concionis occasio:* est insolita populi admiratio, cum iam *Claudum* sanum, & restitutum, videret tenentem Petrum & Ioannem. *Observ.* Rapi in admirationem operum Dei insignium est laudabile, cum hoc medio

medio ducamur in ipsius cognitionem: In hunc finem Christus solitus est præmittere doctrinæ suæ miracula; nonnūquam coniungere, vt hoc modo populus in cognitionem veritatis traheretur. Interuenere hoc anno terræ motus, & ecliphs solaris, ad ducendum nos in iustitiæ Divinæ cognitionem, quamque sit Dominus terribilis si potentiam exerat. Quod si tanto percelluntur homines terrore cum stupenda cernunt Domini opera, quanto afficiuntur horrore, cum apparuerit in gloria ad iudicandum: cum dicent impij, cadite montes, nosque ab ira Agni abscondite. *Observ.* In illis dignum reprehensione, quod hominibus, quod est Dei, attribuant. Est hoc ingenium carnis secundis causis, & medijs tribuere, quod est DEI proprium. Hinc initium datum idololatriæ, varijsque superstitionibus apud gentes. Nam Solem, Lunam, homines etiam adorauere, per quos beneficio aliquo erant donatæ; Bestias nonnullæ, *Rom.* 2. Plantas, Arbores, atque eò tandem deuenere, vt sanctos etiam in Deorum album retulerint nonnulli, qui Christiani & dici, & haberi volunt, diuinis que honoribus affecerunt: Neque hic pedem fixit superstitio, sed Statuas, Imaginesque erexerunt, quas adorari volunt, & sic honore debito Christum spoliant. Discamus in omni opere in Deum oculos conijcere, bonique successus omnem gloriam ipsi ascribere, & miracula explorare, per regulam verbi, si verâ sint; siquidem Satan consuevit præstigijs suis ad fallendum comparatis, multorum oculos perstringere, vt animaduertere est in *Magis Pharaonicis*, qui virgas suas visi sunt in serpentes commutare, *Exod.* 7. Sed *Virga Moysis* eas consumpsit.

*Vers.* 12. Corriguntur à Petro. *Observ.* Ignorantia ex animis extirpanda, antequam veritas inseri possit, vt in terræ agricultura videas, excolenda terra, & noxia quæque evellenda, antequam semen iniiciendum. Sic *Ier.* 2. Extirpes, destruas, plantas, ædifices. Longè alius modus aridet nostræ ætatis hominibus, qui non patiuntur se reprehendi, corrigi, & reformari. 2. *Obser.* Quod Domini proprium est, ipsi concedatur, quod facit Ioannes Baptista indignum sese dicens soluere corrigias calciamenti Christi. Idem præstitere Paulus & Barnabas, *Act.* 14. curato Claudio, cum admirabundus populus cum Sacerdote *Ionis* volebat ijs sacrificare, dicens; humana specie cœlitus descende

*Isai* 55.  
*Heb.* 4.

*Zach.* 13.



disce Deos. *Paulum Mercurium, & Barnabam Iovem*. Ita etiam Angelus *Apoc. 22.* non vult honorari ab *Ioanne*: Sum inquit cōseruus tuus, glorifica Deum, adoraq; Longè secus faciunt Papistæ, qui honorem Deo, Christoque debitum, Mariæ, sanctisque transcribunt, & *Nebuchadnezar*, qui solium voluit in Septentrione collocari, & assimilari altissimo: sic *Herodes, Act. 12.* qui orationem habens veste ornatus Regiâ, populum in tantam rapuit admirationem, vt qui diceret vocem fuisse Dei, non hominis; sed immediate ab Angelo dei percussus, vermibus absumptus est, quod gloriam Deo non dederit. 3. *Obfer.* Operum vel supra, vel contra, vel præter naturam, deus est author; quare non ascribenda viribus humanis: impij ædiderunt nonnunquã miracula, vt *Indas*, & multi extiterunt Pij, qui nullum vnquam protulerunt miraculum. 4. *Obserua.* discrimen inter Deum & instrumenta: Deus per instrumenta operatur, quibus aliqua vtpotè domini seruis affigenda comendatio, sed propter Deum qui hoc eos honore ornauit. Dum vocat Deum *Abrahami*, Tria vult eos expendere. 1. est fœdus gratiæ cum *Abrahamo*, Patribusq; initum. 2. Quos Patres imitari debeant (nam nimium sese maioribus astrinxerunt, eorumq; constitutionibus, à quibus Christus eos avocat plerisque locis). 3. Se non nouam aliquam invehere religionem, sed quam Sancti hi Patres amplexi & professi sunt, qui Christum fidei oculis viderunt, *Ioan 8.* *Abraham* vidit diem meum (inquit Christus) & gauisus est, & in eo salutem agnouere. *Observatio.* Glorificatio filij est miraculorum finis, & Patris, Filijque gloria, coniuncta sunt *Ioan. 11.*

13. 14. *Vers.* Impingit Iudæis accusationem per gradus. 1. Quòd prodiderint Filium Dei. 2. quòd abnegarint Sanctum illum, & Iustum. 3. quòd ipsi Barrabam Latronem prætulerint. 4. quòd Dominum vitæ occiderint. *Observatio.* Bonæ causæ conscientia magnanimum reddit concionatorem, studeamus ergo habere fidem, & bonam conscientiam. 2. *Obserua.* Nemo fit repente pessimus, sed quibusdam gradibus ascenditur ad impietatis culmen, vide in Saule, & in hoc populo Christum ad mortem persecuto, iustum, & infontem, sed nostrâ causâ crucifixum. 3. *Obserua.* Sanguinis innoxij proditio est horrendum scelus quod Dominus inultum non præterit, *Num. 35. 33. Psal. 55. & cœ.*

cœlitus deuocat vindictam, *Gen. 3.* illudque Christi adijciendum, qui gladium acceperit gladio peribit. 4. *Obserua.* Mundus præfert latronem, & sceleratum pio, & religioso. *Gadareni* sues præponunt Christo, sacrilegi hac ætate sacrilegiû Euangelio, impiusq; plures habebit fautores, quam pius apud mundum in maligno positum. 5. *Obserua.* Inconstantissima, & maximè fluxa est populi approbatio, & tanquam ventorum transeuntium flatus. Proinde studeat sese quisque probatum Deo sistere, nam comendatur vere, qui probatur Domino. 6. *Obserua.* Quos impij ignominia afficiunt, Deus glorificat: hoc animadvertere in Christo ignominiosè crucifixo divina virtute ad gloriam excitato: Item in  *Davide* ab ovibus accersito, & in Regem  *Israelis* euecto: contra, quos populus vult eminere, & in Dei locû quasi euehere, hos Deus deijcit; exemplum in  *Herode*, cuius vocem populus dixit fuisse Dei, à vermibus arroso: & in  *Absalomo* conspiratore seditioso aduersus patrem populo multo assentiente primum de quercu suspenso, & tandem per  *Ioabum* transfixo.

*Vers. 16.* Habes miraculi authorem. 2. Instrumentû apprehendens nimirum fidem. Nomen vel Christum ipsum potest denotare, *Exod. 23.* vel ipsius potentiam. In nomine Christi est salus, scilicet Iesu, quod ab Angelo ipsi fuit inditum, rationem etiam assignante, quod esset populum suum à peccatis seruaturus: nudo nomini nihil meriti, & virtutis tribuendum, etsi Papistæ hoc loco abutantur, legantque ἐσερεώσε τὸ νόμα αὐτῆς in accusatiuo, ac si hoc miraculum confirmaret virtutem aliquam nomini ipsi inesse, quod non est putandum vtcumque  *Thyrræus*, affirmet, vel mera, nudaque pronuntiatione nominis Iesu Dæmonas profligari, interim valde deroget rei per nomen significatæ vtpotè satisfactioni CHRISTI, cui humanas satisfactiones coniungit, & intercessionem, cui adijcit perperam Mariæ, & Sanctorum intercessionem. Sed alias ista refutauimus. Instrumentum apprehendens salutem in Christo est fides ex auditu verbi assurgens, quæ non est nuda notitia mentis, sed certa cognitio, & persuasio diuinæ misericordiæ in Christo, eiusdemq; applicatio, cuius author est Deus, *Ioan. cap. 6.* est hoc opus Dei, vt credatis in eum, quem misit. Ab hoc creatore fidei incrementum expetamus cum non sit in natura nostra, medijsque vtamur legitimis ad hoc effectum



ctum producendū, verbo scilicet & Sacramentis. Per hanc Christo inferimur, vnde perfecta corporis animæque sanitas promanat, nam Christus lux mūdi dat lucem menti, rectitudinē rationi sapientiam cordi, affectionibus sanctificationem, voluntati propensionem obtemperandi legi Divinæ, Conscientiæ pacem, ex sensu fauoris DEI quæ hic inchoata futuro seculo perficientur, sed hoc ordine, Anima hominis electi, cum corpore excesserit, in primis & secundis facultatibus perfectè sanctificabitur, Corpus verò perpurgabitur, & conformabitur glorioso Christi corpori in illustri illo aduentu ad iudicium, *Phil. 3.* quo tempore multo firmior electorum status est futurus, quam fuerit Adami ante lapsum, quia Christi gratia nos nunquam deseret, tametsi ipse natura in se sit mutationi obnoxia: Quare opus restorationis nostræ erit absolutū. *Vers. 17.* Iam viam ipsis præsternit ad respicientiam, & spem facit salutis in Christo obtinendæ, si verè convertantur. Vbi *Observa*, cum dicit *καὶ νῦν ἀδελφοὶ διδάσκει καὶ ἀγνοίαν ἐπραξατε*, nolle eos excusare fūco ignorantia, aut prætextu, vel extenuare eorum peccatum, sed apostolum loqui comparatè hos cum ijs comparans, qui scientes, volētes, & ex proposito Dominum vitæ crucifixerunt. Est instar illius, quod habet Apostolus, *1. Cor. 2.* Si Dominum gloriæ cognoscent, non crucifixissent, & videtur respicere illud Christi dictum, *Lue. 23.* Condone illis Pater, nesciunt enim quid faciunt. Quod ignorantia excuset neminem, præsertim in negotio Iehouæ, hinc perspicuum evadit, quod homo creatus sit, vt Deum cognoscat, & glorificet. Illud peccatum quod admittitur ex cognitione, proposito, & destinata malitia aduersus Christum, eiusque gratiam, est irremissibile, *Heb. 10. 26.* Si vltro peccauerimus post acceptam cognitionem veritatis, non adhuc pro peccatis reliqua est hostia, sed horrenda quædam expectatio iudicij, & ignis feruor, qui deuoraturus est aduersarios. *Observa.* Duplex est ignorantia. 1. coniunctam habet rebellionem, vnde sequitur obduratio, & est incurabilis, quæ contrahitur partim agendo obstinatè, & contemptim contra voluntatem Dei, partim patiēdo interminationes, iudiciaque Dei præterire sine emendatione. Huiusmodi fuit in *Phariseis*, & populo Israelitico, *Ier. 44.* & in multis nostræ ætatis ceteris, qui ita obfirmant animos vt oblatam in Euangelio syn-

cerè

cerè prædicato, gratiam amplecti recusent: de tali ignorantia hic non sentit. Est alia quæ prætextum habet gloriæ Dei de qua hoc loco, & talis Pauli persecutoris Sanctorum, atque blasphemi ante conuersionem, *1. Timoth. 1.* Quia feci (inquit) per ignorantiam, ideò veniam sum consecutus: Hæc est curabilis, & tamen per se peccatum, neque veniam meretur, remitti nihil ominus potest per gratiam si corrigi sese patiatur, sed si degenerarit, in illam incurabilem, eidem iudicio, & pœnæ subiacer. *Vers. 18.* Ratio, qua spem facit peccantibus per hanc ignorantiam sumpta est à Dei prouidentia. Ita enim providit Deus vt omnia evenirent quæ præsignificauit per Prophetas de Christo passuro. Ignorantia hæc eos arguit reos, sed tamen Deum ordinasse vt per mortem filij sui salus æterna ad multos perveniret. Vide & expende totum caput *Isa. 53.* & *9.* 1. *Observa.* Quodcunque prædicat Dominus, implebitur siue sit Misericordiæ, siue Iudicij verbum: vt quædam misericordiæ præstitit, ita reliqua definito tēpore præstiterit, & vt nonnulla iudicij, sic determinata & decreta omnia confecta reddet, discamus certitudinem pro nobis confirmandis, impij iudicium prænunciatum expectent, nisi ipsis detur diuinitus serua respicientia. 2. *Observa.* Seruorum Dei honor præclarus, vtcunque existimet peruersus mundus; sunt enim ad populum os Domini, proinde sint sapientes, & fideles: hinc elucet amor singularis in genus humanum, qui per homines dignatur nos alloqui, cum gloriosum eum vultum nemo homo sustinere possit. 3. *Observa.* Ex passionibus Christi discamus patienter ferre crucem, & quam detestabile sit peccatum, quantaque erga nos sit divina gratia, qui in salutem credentium filio suo non percipit. *Obser.* Omnia Dei prouidentia includuntur, imò illa quæ putantur fortuita, *Exod. 21. 13.* *Deut. 19.* *1. Reg. vlt.* De *Achabo*, qui vestem mutauit ab *Aramitis* tamen occiso. Hoc contra Epicureos, & Stoicos militat, qui ex nexu causarum fatalem necessitatem statuunt. Verum peccatum & peccatorem minimè excusat Divinæ prouidentia decretum, cum Deus tantum decernat peccatum & esse velit *κατὰ τὴν ὁρμὴν ἀπλως*, quatenus scilicet est pœna peccati. Necessitas quæ peccantibus imponitur est immutabilitatis, sed non coactionis, etenim non coguntur à supremo numine, sed partim à Diabolo, partim à malitia & corruptione



extimulantur ad peccandum, Non, vt Deum glorificent, sed vt peruersas expleant cupiditates. Domino supremo per mala instrumenta benè, & iuste operante ad gloriam nominis sui. Vbi & illud addendum, Dominum hominum malorum peruersas actiones in bonum finem dirigere, vt in crudeli fratrum *Iosephi*, & nefando facinore videre est.

*Vers. 9. Μετανοήσατε ad 22.* Consilium Petri ad obtinendam gratiam, atque salutem in Christo. *Hi versus* rationes habent duas. *μετανοία* duo complectitur. 1. Peccati agnitionem. 2. Contritionem cordis, *Ioel 2.* Scindite corda vestra, *Isa. 57.* de corde contrito. *Ἐπιστρέψατε. Ierem. 31.* conuerte me, & conuertar. Duo continet. 1. fidem amplectentem Christum. 2. vitæ emendationem, ex *Ier.* verbis 31. liquet conversionem non esse in potestate hominis, sed esse opus Divinum, dat destinatis ad vitam carnicum, & gratiam hanc convertendi, neque maior in homine *ψύχικη* potestas convertendi se ad Deum, quam resurgendi in Lazaro emortuo, & quatrimum in sepulchro foetente, Cui Christus dixit *Ioan 11.* Surge, cuius vox cõiunctam habebat gratiam, & potestatem perficiendi illud ad quod fuit ordinata. Ne itaque resistamus gratiæ Dei operanti, sed nostram salutem conficiamus cum timore, & tremore diuinitus cooperantes, *Philip. 3.* *αἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας.* 1. Ratio sumpta à remissionis peccatorum beneficio. *Obser.* Si pœnitentiã egerimus, peccatorum remissione quæ nos beatos reddit, *Psal. 32.* fruemur in hac vita per meritum sanguinis Christi ex diuinâ gratiâ, *Isa. 43.* Ecce ego sum, qui propter memetipsum deleo iniquitates tuas, & *Psal. 51.* Laua me inquit *David*, atque ero niue candior. *Lege Ezech. 18.* & *1. Ioan. 1.* *ὅπως ἂν ἔλθωσι χεῖροί ἀναψύξεως ἀπὸ τῶν σάπυ τῶν χύριδ.* 2. Ratio his verbis, quæ intelligenda veniunt hoc modo: Cùm venerint tempora refrigerij, vos quoq; hoc refrigerium sentietis, cùm venerit Christus ad iudicandum orbem, ipsum redemptorem, non Iudicem experiemini: cæterum vita æterna refrigeriũ dicitur, quia refrigerat fessos & lassos, sicut dicitur *Merces*, quia compensat labores, & miseras, quas habuerunt aliquando pij in hac vita. Ratio est efficax ad resipiscentiã cum resipiscantibus perfecta refrigeratio, & plena restitutio promittatur, lachrymis ab electorũ oculis absterfis, morteq; penitus abolita

abolita in hac redemptione de qua Christus loquitur *Luc. 21.* & *Apost. Ephes. 1.* Ante hunc diem non est, quod Creaturæ quæ iam subiiciuntur vanitati, habituræ sint liberationẽ plenã, *Rom. 8.* quo Christus cœlo emittetur, ad iudicis partes obeundas. Atq; hic aduentus differet à primo illo admodũ humili, quia erit valde illustris, *Mat. 25. 2. Thes. 1. 6.* Priore venit ad patiendũ forma serui accepta, sed posteriore ad iudicandũ cum Angelis potentia suæ iudicis gloriosi, æquiq; personam sustinens. *Obserua.* humana Christi natura est cœlo localiter cõprehensã, cõtra vbiquitarios & papistas asserentes localem præsentiam corporis Christi in cœna. 2. *Obser.* Restituentur omnia in statum immutabilẽ virtute Christi, & potentia, per quam in æternum subsistent, sicut fuit prædictum à Prophetis. *Iudas* dicit *Henochum* septimũ ab *Adamo* prophetasse de aduentu Christi, & *Psal. 110. Sanctorum Prophetarum.* 3. *Obser.* Serui Dei & ministri verbi sancti esse debent, atq; hæc eorum est cõmendatio dictante Spiritu, & nõ quod multa prædia, aut amplas possessiones cõquisuerint. 22. *Vers.* Quia hoc maximè prepedire potuit *Iudæos*, ne ad Christum seriã affecti pœnitentiã accederent legis nimirũ *Mosãica* desertio, cumq; graue videri posset eam religionis formã detrectare, quã à Deo per *Mosẽ* acceperant. Ideo *Petrus* hac cõcionis parte ostendit scopum legis esse Christum. Est enim lex pædagogus ad Christum, *Gal. 3.* eoq; omnes præmissæ prophetiæ collimant vt ad Christũ accedamus salutis nostræ ἀρχηγον, vitæq; Dominum. Et deniq; quia bonitati Christi diffidere poterant, cū tanto sint eum odio persecuti, & persecuti declarat salutẽ per Christum partã ijs quoq; sicuti patribus esse cõmunẽ, dummodo eam fide amplectantur. Habemus duo testimonia explicanda. 1. *Mosis ex 18. Dent.* Alterum aliorum omniũ Prophetarum vsq; ad vltimũ. Scopus *Mosis* est illo Cap. admonere populum ne superstitiosis, & diuinarijs artibus gentium assuescant, quæ quidẽ conantur indagare res futuras, per *Necromatiã*, *Auiũ* garritũ, perq; hepatis inspectionẽ. Verũ eos reuocat ad verbum Dei, quo instrui possent in omni re gerenda per Prophetam excipiant. Tametsi indefinita hic est Prophetæ metio, & intelligi possit de vniversali promissione Prophetæ constituti semper in ecclesia. *Petrus* tamẽ applicat ad eximiũ prophetã Christũ, in quo omnes promissiones sunt *Etiam & Amen.* In Christo enim fuerunt, & in eo complementum sortiuntur, *2. Cor. 1.*



*Obserua.* Humilis est Dei seruus *Moyfes*, qui non vult populum à se pendere, sed potius remittit ad Prophetam illum insignem, & egregium Iesum Christum *αρχι* prophetam, qui consilium patris de salute nostra, & vita æterna perfectè adaperuit, & eos qui hunc Prophetam eximium fastidiunt excisione è populo, & perditione afficiendos dicit. Modestia *Moyfis* vel hinc etiam liquet, cum esset illi renuntiatum *Heldadum*, & *Medadum* prepheta-re, Respondit, vtinam omnes prophetarent. Tria sunt expendenda in *Moyfis* testimonio. 1. Est descriptio Christi. 2. Mandatum ad eum audiendum. 3. Pœna transgressorum, & contemptium vocem Christi. Describitur CHRISTVS ab humana natura suscitatus enim fuit ex fratribus. 2. ab officio prophetico. Hunc dicitur Dominus excitaturus. *Obser.* Legitimi propheta à Domino excitantur, qui secum adferunt vtilitatē singularem ijs ad quos mittuntur, si recipiantur, vt par est, si verò non, & cesset visio, populus nudatur, *Proy.* 29. 2. *Obser.* Christi humana natura realis, non phantastica, nostræ similis per omnia excepto peccato, quam è cœlo secum nō attulit in terram, quæ transijt per vterum virginis tanquam per canalē. 3. *Obser.* Christi vox in Ecclesia audienda cum sit magnus ille propheta cui totū patris consiliū est communicatum, quod Ecclesiæ suæ perfectè patefecit. Idem vocatur *Isa.* 61. Doctor. Quæ ibi habentur, applicat sibi Christus in Synagoga *Nazaretana*, *Luc.* 4. Accedit Patris testimonium de cœlis, *Matb.* 3. & 17. hunc audite (scilicet) filium meum dilectū. Filius verò remittit nos ad scripturas. *Ioan.* 5. cum dicit, Scrutimini scripturas, nam testantur de me. Quare Christus in verbo scripto loquens est audiendus. Sed paulò post de Patris testimonio. Notæ comparationis inter Christum & *Moyfen*, *Moyfes* potius elegit affligi cum populo Dei, quam haberi pro filio filia *Pharaonis*. Sic Christus voluit sese consecrari potius per afflictiones, quam vt nos in miserando, & miserabili peccati conditione delitesceremus. 2. *Moyfes* reiectus à fratribus; sic Christus coram Pilato, eique *Barabbas* prælatus, Cæsarque pro solo Rege agnitus. 3. *Moyfes* populum *Ægypto* eduxit per mare rubrum, ita Christus liberavit nos à spirituali *Pharaone Satana*, peccatiq; vinculis soluit. 4. *Moyfes* populum per desertum duxit, sic Christus nos per heremum mundi in *Canaan* cœlest. 5. *Moyfes* distribuit

*Manna,*

*Manna*, percussitque silicem, vnde fluxit aqua ad refocillandum populum. Sic Christus panem vitæ nobis exhibet suum nimirum corpus ad nos alendos, sanguinemque suum bibendum, *Ioan.* 6. 6. *Moyfes* interpretis legis, sic Christus consilij Dei in salutem credentium. 7. Vt ad *Moyfen* res graues sunt perlatæ, ita Christus salutis mysteria reclusit. 8. Vt *Moyfes* fuit inter Deum & populum intercessor, ita Christus mediator Dei & hominum. 9. Vt *Moyfes* voluit expungi vitæ libro propter populi salutem, sic CHRISTVS pro electis factus est *χαρὰ*.

*Mandatum. Eum audite.* Testimonium patris de filio est desumptum ex tribus diuersis scripturæ locis, vt constet quantæ sit authoritatis sacra scriptura apud Deum. *Filius meus es tu*, ex *Psal.* 2. in quo oblectata est anima mea, *Isa.* 42. *Hunc audite. Deut.* 18. *Obser.* Christus est audiendus, atq; hæc auditio complectitur, reverentiam, attentionem, & obedientiam practicam. Beatus ille qui audit Domini verbum, & custodit illud, *Luc.* 11. voci Christi cunctæ siue misericordiæ, & gratiæ est obtemperandum, vt est hæc; venite ad me omnes qui onerati estis, *Math.* 11. siue crucis & afflictionum vt est illud Christi, qui vult sequi me, tollat crucem suam, & me sequatur, & qui cum Christo regnare cupiunt, ei compatiantur, est necesse, siue iustitiæ: quod maximè attingit magistratus, verbum auditū in praxim ducendum, *Iac.* 1. Comparatur is qui audit verbū sine emendatione homini seise in speculo contemplanti qui videns maculam in facie, eam detergere obliuiscitur, sed qui verbum præstat, est vera beatus. *Pœna contempto-* vers. 23.  
*rum, & respuentium gratiosam Christi vocem:* quæ est corporis, animæq; destructio, quam pœnam exprimit *Apost.* 2. *Thef.* 1. vocatq; æterni exitij pœnam à præsentē Domino, & potente ipsius gloria. Pœna ipsis infligenda est triplex. 1. Priuatio cœli, atque Dei conspectu iucundissimo, sanctorumque eius. 2. In inferno erunt cum *Satana*, damnatisque illis spiritibus. 3. In æternum torquentur corpore, & animâ, *Ioan.* 3. Qui non credit in filium, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum, & *Heb.* 10. qui legem *Mosaicam* sunt aspernati, *Deut.* 19. morte multati sunt sub duobus, aut tribus testibus, quanto grauiori affiendi supplicio, quod Dei filium conculcant, & sanguinem testamenti noui putant esse prophanum, auersanturque spiritum gratiæ. Proinde Pastoris

K nostri



nostri vocem audiamus ei que obtemperemus per praxim vt supplicium graue per diuinam gratiam in Christo evitemus.

2. Testimonium est aliorum omnium Prophetarum à *Samuele* ad vltimum: incipit à *Samuele*, quod eius scripta post *Moysem* extent. Est præclara Prophetia de Christo. *Numeri* 24. vbi vocatur stella *Iacobi*, & sceptrum *Israelis* tamen à *Balaamo* Pseudopropheta prolata. 2. *Sam.* 7. *Nathan* Propheta significat *Davidi* Messiam ex *Davidica* stirpe oriundum. *Isa.* 9. Vocatur *Gimmanuel* & 9. Puer nobis est datus, & quæ sequuntur notatu digna omnia, & *Isa.* 53. multa præclara de persona, officio que Christi. *Ezech.* Vocatur planta nobilis illa, *Dan.* 9. *Messias* princeps, quid dicam multis non est opus, cum omnes promissiones in Christo principe factæ, atque impletæ sint, imò temporariæ liberationes spiritualem nostram in Christo figurabant. Addo, *Zech.* 9. de *Messia* Rege equitantem a fello, *Malach.* 3. Vocatur Angelus fœderis, & tandem *Ioannes Baptista* Regis Christi antecambulo, *Ioan.* cap. 1. Ecce inquit agnus Dei, qui tollit peccata mundi. *Observatio.* Religio Christiana, quam secundum verbum profiteremur cuius summa est *Iesus Christus* crucifixus redemptor generis humani, & destructor regni *Satanici* iuxta Dei Patris vocem enuntiatam in Paradiso, vt est antiquissima, ita est & certissima. 2. *Observatio.* Qui volunt vetus Testamentum aboleri, præiudicium afferunt bonitati Dei, qui salutem nostram tot modis confirmandam, & confirmatam decreuerit: Proinde, qui aliud attulerit verbum, sit anathema. Nos verò huic Christo strictè, & arctè innitimus, heri, atque hodie eidem verò Deo, verò que homini Prophetæ, Sacerdoti, Regique nostro, qui omnes partes muneris sui in salutem nostram, & vitam æternam cum gloria perimpleuit.

*Vers.* 25. 26. Aliud impediēbat *Iudaos*, quo minus Christum amplecterentur nimirum sceleris sui conscientia in Christum admissi, hinc fore putare quinerunt omnem gratiam esse ipsis præcisam, veniæque spem ademptam: Tribus itaque rationibus conatur *Petrus* eos ad Christum adducere, atque in spem salutis erigere. Prima ratio est. Estis filij Prophetarum, ergo salus per Christum parata ad vos spectare potest, modo penitentiam egeritis, fideque eum salutis vestræ ἀρχηγὸν fueritis amplexi.

Sed

Sed quo nomine sunt Prophetarum filij hoc scilicet, ex eadem natione oriundi vnde Prophetæ, aut filij Patriarcharum, qui fuerunt eximij Prophetæ, salutemque generi humano in Christo prædixerunt, & prædicarunt: vocantur Prophetæ, *Psal.* 105. *Petrus* nihil tribuit carnali *Iudaorum* generationi, quæ nullam habet vim, neque momentum in degenere populo, sicut *Ioannes Baptista*, *Math.* 2. & *Christus* ipse, *Ioan.* 8. vos dicitis quod estis filij *Abraha*, potest Deus ex lapidibus excitare filios *Abraha*, Et *Ioan.* 8. Si filij *Abraha* estis, cur non facitis opera *Abraha*? Vult ergo prima hac ratione persuadere salutem in Christo obtinendam modo Patrum fidem imitentur, eamque doctrinam amplectantur, quam Prophetæ multo ante de Christo præmiserunt. *Obser.* Cum Prophetarum meminit, singulare designat beneficium, cuius eos vult esse memores, cum ijs sit vsui habere interpretes, & expositores diuinæ voluntatis. Verum nos in hac incidimus ætatē, in qua hominū Dei, Prophetarumque summus est cōtemptus nec non verbi prædicati, quod scelus attulit *Ierosolymis*, adferet & multis perniciem, nisi resipiscant, *Luc.* 13. prædicat *Christus* desolationem *Ierosolymorum* quod Prophetas interfecerint. Et *Math.* 10. *Christus* suum ipsius contemptum seruorumque cōiungit, & *Proverb.* 29. vbi visio cessat ibi populus *ij Pharaon*, 2. Ratio. Estis filij fœderis, ergo salus per Christum ad vos spectat: Phrasis est Hebraica vt & hæc filij iræ, qui iræ destinantur, filij mortis ad mortē ordinati, 2. *Sam.* 12. Primū duo hic sunt trutinanda, deinde forma fœderis. 3. Substantia eiusdem. Primum in hoc fœdere est hoc promissum, *Ero Deus tuus, & seminis tui*, *Gen.* 17. 2. In semine tuo benedicetur omnes familiae terræ. *Obserua.* Pactum est gratuitum, liberumque ex parte Dei contrahentis, pendetque ex Dei electione, & misericordia nulla meritorum, vel prævisæ bonitatis futuræ habita ratione. 2. *Obserua.* Contra *Anabaptistas* pueri non sunt secludendi à fœdere, cum non pendeat fœdus à carnali generatione, sed ex Dei electione. Absit dicamus duriores esse sortem noui Testamenti, quam sit veteris. Vetus admittit infantes octauo die circumcisos in album populi Dei, & *Math.* 18. *Christus* vocat ad se pueros, ad quos spectare ait Regnum cælorum. *Paulus* etiam, *1. Cor.* 7. de dispari coniugio non dubitat asserere puerum esse sanctum, qui genitus sit ex altero parente sancto & Christiano: non quod



sanctitas per naturalem propagationem deriuetur à parentibus in liberos, sed ratione fœderis, scilicet, quod semper Deus habiturus sit in fœdere cōprehensos, quibus pactum sit confirmatum, & promissio præstita. *Fœderis forma*, est per verbum, & iusiurandum, quæ sunt duo immutabilia, vt certitudo, & constantia pacti sanciretur, *Heb. 6.* Testamentum morte confirmatum, etsi hominis non potest violari, multò minus pactum, & Testamētum supremi Dei, *Jerem. 33.* Si pactum inicum cum die & noctè possit frangi, vt non obseruent sua stata tempora, tunc violari potest pactum cum seruo meo *Davide* inicum, *Rom. 11.* dona DEI sunt ἀμεταμελήτα & summè amat suos, ergo salus nostra est certa, firmaque, neque de ea dubitandum. *Substantia fœderis.* In semine tuo benedicentur omnes familiae terræ. Tria hic notanda. 1. Quid fructus, & commodi ex hoc testamento. 2. Per quem Mediatorem fructus percipitur. 3. quàm longè pateat hoc beneficium. Fructus benedictionis nomine vocatur, quæquidem complectitur exemptionem à maledictione legis, & omnis generis bona, quibus solet Deus ornare suos. *Observ.* Soluti sumus legis κατὰ illa pronunciata, *Deut. 27. 28.* & in Christo beamur omnis generis spiritualibus benedictionibus, *Ephes. 1. 2.* Mediator est Christus θεῶν ἰσχυρῶν semine Abrahami designatus, & à Deo ipso in Paradiso semine mulieris contrituro serpentis caput: hoc semen Abrahamæ, *Gal. 3.* disertè vocatur Christus. Iudæi collectiue volunt semen accipi, & reliquas gentes benedictione donari ad exemplum Iudæorum: Sed oportet vnū esse aliquem, qui omnis peccati sit expers, qui Mediatoris officio fungatur, & partes dissidentes renocet in gratiam. Hic est Dei filius, Deus & homo, & non alius, qui sese obtulit Patri hostiam suauem, gratamq; cuius sanguine hoc fœdus gratiæ obsignatur. *Heredes fœderis.* Omnes nimirum familiae terræ, id est, quotquot ex omnium hominum genere sunt electi si credant, & fidem Christi profiteantur, *Rom. 3.* est Deus non solum Iudæorum, sed & Gentium, *Act. 10.* Omnes populi, qui timent Deum, & operantur iustitiam, sunt Deo accepti: huc accedit Prophetia *Noachi* de *Iapheto* habituro in tentorijs *Semi*, *Ezech. 47.* de aquis limine Templi emanantibus adumbratibus etiam gratiâ Christi deriuatū iri ad gentes, *Mat. 10.* Christus testatur multos venturos ab *Oriente & Occidente*, cumque

Abrahamæ

*Abrahamo, Isaaco, Iacobo*, futuros in Regno cœlorū, & 11. Regnum cœlorum dicitur vim pati. *Luc. 2.* inquit *Simeon*: Dimitte seruuntuum in pace: nam oculi mei viderunt salutare tuū. Lucem gentibus revelandam, populiq; Israelitici gloriam. Duodecim portæ *Ierosolymitana* hoc figurant. Prima promissio facta fuit primis nostris parentibus, sic vult posteris eandem communicari. Atque hæc est ratio, quâ *Abrahamus* dicitur Pater multarum Gentiū, quia multæ nationes coniunctæ in Christo efficiuntur, per fidem hæredes æternæ salutis. *Observ.* Neminem aspernemur tanquam à gratiâ Christi alienum, cum ad Regnum Christi omnis generis homines vocentur, in eoque sint: neque pendeamus à prerogatiuis nationum, cum σωτήρ noster IESVS CHRISTVS salus, lux, & gloria, vitaque nostra ad omnes spectet nationes, confirmemur in fide, neque nos patiamur auelli à Christo, in quo omnes terræ nationes benedicuntur. 3. *Ratio.* A missi filij sine. Misit primum ad vos filium suum excitatum. Ergo, Salus per Christum ad vos pertinet. Excitatum, id est, exhibitum mundo, vel excitatum à mortuis, & in Regnum suum euectum. alludit ad id quod prius dixit *Moses* Dominum excitaturum Prophetam ex fratribus vestris. Primò venit ad Iudæos, Euangelizauit, & Euangelium miraculis confirmauit, fateturque ipse *Math. 15.* quod missus fuerit ad perditas oues Israelis. 1. *Observ.* Iudæorum prærogatiua est hæc, quod sint primogeniti in Regno Dei, tãto grauius eos manet iudiciū, si descuerint, quanto plura Deus in eos contulit beneficia. Cum emisit Apost. ad prædicandum Euangelium, *Math. 10.* præcepit vt sese continerent inter terminos nationis, neque in gentium viam abirent, cumque ascēderet, mandauit vt *Ierosolymis* prædicationem Euangelij inchoarent, & per Iudæam annunciarent, deinde ad gentes proficiscerentur, quare non est quod dubitarent isti Iudæi de gratia, nisi eam velint respuere, fidem tantum requirit & pœnitentiam, & certo promittit salutem ijs in Christo Dei filio mortuo, resuscitato, & iam gloriose in cœlis ad dextram Patris triumphante, regenteque ecclesiam. 2. *Obser.* Medium à Deo ordinatum ad certiorandum nos de salute, est Euangelium; neque alio modo ad nos mittitur Dei filius, nisi per verbum prædicatum. 3. *Observatio.* Christi officium est benedicere, quod præstat, vt Sacerdos, *Numer. 6.* sed obserue-

Vers. 26.

K 3

mus



mus discrimen: Sacerdos veteris Testamenti erat tantum benedictionis instrumentum eam pronuntians verbo, sed Christus re ipsa benedictionem, & gratiam applicat, confertq; quæ quidem posita est præcipue in iustificatione, id est peccatorum remissione, & imputatione iustitiæ Christi, vnde ab omni reatu, peccatiq; pœna liberamur. 2. in sanctificatione, qua inhærens corruptio purgatur. 3. in Sapientia, quâ, ex DEI verbo instituimur in cognitione Dei Patris in filio miserentis. 4. in Redemptioe, qua redimimur, atq; in filiorum Dei libertatem asserimur, quæ redemptio à reatu, & pœna est hic perfecta, altera, qua perfruemur hereditate cœlesti restat perimplenda, *Rom. 8. 23. Ephe. 1. 14.* Cuius spiritum habemus vt arrhabonem. Iustificatio absoluta est, Sanctificatio inchoata vt & sapientiâ: etenim ex parte regeneramur, & ex parte sapimus atque cognoscimus, *1. Cor. 13. 4. Observ.* Conuersio est opus Domini, nec est in manu nostra, *Ier. 31.* Converte nos Domine, & convertemur. & *Lament. 5.* Quare cum invitamur ad resipiscentiam, divinam gratiâ postulemus, vt serio nos pœniteat, & cum *August.* dicamus, Da Domine quod iubes, tunc iube, quod vis, & non frustra iubebis. 5. *Observ.* Ne sub Christi gratiâ permittamus nobis peccandi licentiam, vel impunitatem si in peccatis perrexerimus, *2. Tim. 2. 91.* ab iniustitia discedat omnis qui nominat nomen Christi: Memores etiam simus venisse Christum, vt destruat opera diaboli, inter quæ peccatum tenet primas.

## CAP. IIII.



Passiones, actionesq; Apostolorum, Ecclesiæq; incrementum in vnitate, & charitate, hoc Cap. describuntur. Passionum membra sunt hæc. 1. Apprehensio. 2. Traditio in custodiam. 3. Comparitio coram Synedrio, vbi quæstio mouetur à Cõcilio qua authoritate, potestate, & nomine claudum curarint, cui Petrus repletus Spiritu sancto, respondet magnanimiter sanatum esse nomine, & virtute Christi Nazareni. 4. est cū minis dimissio. Actiones sunt. 1. Euangelij prædicatio. 2. incrementum Ecclesiæ ad numerum 5000. hominum. Appre-

Apprehensionis circumstantiæ sunt: apprehensores (scilicet) Sacerdotes. 2. *σπαθύγ* templi. 3. Sadducæi. 1. *Observatio.* ad præpediendum Christi regnum, ciuilis potestas concurret cum ecclesiastica: disparis religionis, diuersarumque qualitatum homines coeunt ad malum opus peragendum, vt *Moab, Ammon,* montisque *Seiram* incolæ, *2. Cron. 20.* contra *Iehosaphatum,* & Dei populum, qui quidem hostes mutuis vulneribus conciderunt: Sic *Abimelechus* & *Sichemita* conspirarunt ad constituendum *Abimelechum* Regem qui 70. fratres *Ierubbaalis* filios contrucidauit, *Iud. 9.* qui quidem postea iusto Dei iudicio, flamma ab vtrisque egrediēte cõsumuntur. Ita videas in copijs *Hispanici Regis, Indos, Ethiopas, Italos, Iberos, Gallos,* aliosque diuersarum Nationum, conditionumque convenire inter se ad præpediendum Euangelij cursum, lucemq; Divini verbi extinguendum. Verum Iehoua ille exercituum Dominus, qui dissipauit ante Satanicum, atrocemque eorum conatum, si memores tanti beneficij fuerimus cum gratiarum actione, veraque pœnitentiâ, rediget in nihilum omnes illas machinationes, vertetque in ipsorum caput ad nominis sui gloriam, Ecclesiæque bonum. Simus grati, 2. *Observa.* Nulli sæpe inveniuntur infestiores Ecclesiæ hostes ijs, qui haberi, atque saluari volunt eiusdem Architecti, sed quo ardentius sæuiunt, eo constantius fideles Christi serui prouinciam, quam Divinitus nacti sunt gratiâ per prædicationem verbi exornant: atque hi hostes sunt Sacerdotes, Templi præfectus, & Sadducæi. Sacerdotes qui fuerint, liquet ex historia Euangelica, opposuere sese Christo, eiusque Apostolis. *σπαθύγ* verò, templi erat præfectus habuere Iudæi copias quasdam ad Templi, sacrorumque custodiam, *Math. 27. 65.* His præficiēbatur Dux aliquis, qualis fuit *Eleazarus Anania* Pontificis filius iuuenis, audax & superbus cum motum fuit bellum Iudaicum, *Ioseph. lib. captæ Iudæa.* vide *2. Reg. 10.* De Sadducæis vide *Epipha. hares. 14.* Dogmata habere intoleranda. vt est Angelorum negatio, immortalitatis animarum, Spiritusque Sancti; quod est maximè abominandū, vide *Ioseph. lib. belli. Iud. lib. 2. 7. 13. cap. 8. & lib. 18. 1.*

*Vers. 2.* Indicatur causa curprehenduntur, nimirum quod molestè tulerint Apost. docere populum, & annuntiare in nomine IESU, resurrectionem ex mortuis. Duo hic sunt expendenda. 1. Spe-



1. Spectat ad Sacerdotes, præfectumq; templi penes quos erat cõ-  
stituerent doctores, qui populum instituerent: atque hos duos non  
constituerunt, neque ad docendum misere: proinde grauiter fe-  
runt esse in templo doctores, quos illi non constituissent. *Observ.*  
Vt hi, sic Papa nihil legitime geri in Ecclesia autumat à Pastori-  
bus diuinitus vocatis, & excitatis, nisi Papali autoritate insi-  
gniantur, Cùm à Deo, filioque eius potestatem quam vsurpat,  
minimè habeat. 2. Est de resurrectione, & facit contra *Sadducos*  
hanc strenuè inficientes: de resurrectione diximus. Vide *1. Cor. 15.*  
rationes, quibus stabilitur: *Observatio.* Cùm certum sit nos resur-  
recturos, videndum nobis est sedulò in hac vita vt resurgamus à  
peccatis ad iustitiam, & sanctitatem, quo possimus frui resurre-  
ctione secunda ad vitam, gloriamque, *Apo. 20.* Etenim qui pec-  
catis immoriuntur, resurgent illi quidem, sed non beneficio re-  
surrectionis Christi, verum illius maledictionis vi, quo die co-  
mederis, morieris, ad condemnationem, vide *Ioan. 5.* de Resur-  
rectione duplici.

*Vers. 3.* Hic prohibetur violentia in Apost. exprompta. *Obser.*  
Impij rationibus destituti, causæq; æquitate confugiunt ad vim.  
Capiuntur Apost. in templo, quod asylum esse debuit, sed nulla  
circumstantia reprimere valet (Domino permittente) sãuas ho-  
stium manus. Deinde traduntur in custodiam. 1. *Obserua.* Christi  
vaticinium impletur, prædixit enim hoc fore, *Math. 10. Luc. 10.*  
*Ioan. 15.* & alibi. Quæ Christus prænuntiauit de rebus secundis,  
vt de Spiritu sancto accipiendo, de miraculis per eos edendis  
sunt & confecta. Proinde non est ambigendum, quin omne ver-  
bum Domini sit complendum siue fuerit iustitiæ, siue misericor-  
diæ illud verò maximè, quod cedit in summam nostram conso-  
lationem de altero filij Dei capitis nostri aduentu ad glorifican-  
dum plene electos. 2. *Obserua.* Hæc est fors communis seruorum  
Christi, vt propter veritatis diuinæ assertionem in custodiam  
tradantur, aut alijs multentur supplicijs, vide in prophetis Apo-  
stolis, alijsque omnis temporis Pastoribus fidis: feramus itaque  
equis animis qualemcunq; crucem propter nomen Iesu filij Dei  
*ἐρχηγὸς τῆς σωτηρίας ὑμῶν.*

*Vers. 4.* Effectus sermonis Petri est Ecclesiæ incrementum.  
*Observatio.* Potentissimus Dominus ita moderatur secreto modo  
hostium

conatus aduersus Ecclesiam, vt cum eam velint imminuere, ta-  
men augeant: etenim credentium factus est numerus virorum  
quasi quinquies mille. Vbi obserua etiam Euangelij syncere  
prædicati in salutem electorum efficaciam esse magnam per  
Spiritus Sancti operationem.

*Vers. 5.* Sequitur historia dimissionis Apost. quomodo nimirum sin-  
gulari Dei bonitate hisce discriminibus exempti sint. 1. Describit  
cõcilium per membra. Primores, seniores, & Scribas. Hi erant qui  
*Sannhedrim* constituebant, qui omnes erant ex tribu Iuda, antequam  
*Herodes atrocissimè in familiam Davidicam sauret*, adde *Annam Pontificem*  
*Caipham, Ioannem, Alexandrum*, & quotquot erant ex genere Pon-  
tificio, id est, ex quibus Pontifices legi fierique solebant, mutata  
annui muneris functione. Præsto ergo fuere *ἄρχοντες*, id est, ma-  
gistratus, presbyteri, legisque interpretes de quibus vide *Epiph.*  
in *Heres. 15.* & *Annas* de quo apud *Ioan. 19.* fuit is focer *Caipha*,  
qui & adest. Vide de vtroque, *Math. 26. Ioan. 11. 18. Ioseph. lib. 18.*  
*cap. 4.* debuit vnus, & perpetuus esse Pontifex, sed vt pleraque  
alia in abusum sic illud quodque abiit, vt hic animadvertere est:  
in vrbe non omnes fuere sed ex agris, vt fieri solet in rebus gra-  
uibus, huc confluunt. Similem pene conventum habes, *Ioan. 11.*  
& in hist. passionis. Vbi reobserua dissidentes partes multis mo-  
dis conspirare aduersus Christi regnum.

*Vers. 7.* Forma examinis paucis descripta est. 1. Statuuntur  
Apostoli in medio, id est, offeruntur synedrio, cætuique senio-  
rum vt cum reis agi solet: deinde habetur percontatio. Qua po-  
tentia, aut quo nomine vos hoc fecistis. Vbi duo quærunt. 1. Qua  
virtute claudum sanarint? Diuinane? an Magicis artibus? Res  
enim superabat humanas vires. 2. Cuius autoritate docuerint.  
Ergo non solum intenti sunt in miraculum, sed in Doctrinam  
quoque: vtrumque damnatum cupiunt, Doctrinam, quia non  
habent vocationem ab ordinario magistratu, penes quem, vt illi  
volunt erat vocationis ius: & hoc quidem magis arridebat,  
quod viderentur rudes, atque piscatores. Miraculum verò vo-  
lunt damnare, quasi non Dei digito, sed Magicis artibus sit præ-  
stitum. Optarent Apostolos dicere, (quod *Simon* aliquis) sua ope-  
ra non verò Christi potentia se edidisse. Sic rem astu tractant.  
Rogant res sibi satis antea cognitæ ex populo, homineque iam  
sanato



sanato. *Observatio.* Sapientiores existunt tenebrarum filij in generatione suâ filijs lucis. Omnem quam possunt astutam nauant operam, vt simplices Christi serui illaqueantur, verum DEI spiritus gratia, ita reguntur, & conservantur, vt nihil quod instituerunt, assequantur astuti, vatrique isti: vt Papistæ de personali successione gloriantes doctrinæ veros DEI Ministros oppugnant, vocatione; nque, etsi diuinitus excitati, missique sint, in dubium vocant; Imò asserunt Ecclesiæ Christi apud nos fidelissimos, & vigilantissimos primos instauratores sine missione, & auctoritate cucurrisse, cum ab Ecclesia Romana ordinationem non acceperint: verum vt consuevit Dominus priscis temporibus Prophetarum, & Apostolorum cum depravatus existeret Ecclesiæ status, Prophetas, Apostolos, lectissimosque, magnoque zelo ardentis diuinæ gloriæ à corruptis labefactatæ excitare, atque evocare ad sanctum ministerium redintegrandum, & obeundum: Ita Dominus in Germania, Gallia, Anglia, SCOTIA, aliisque partibus orbis tetrarum, diuino spiritu motos, impulsosque emisit, qui Ecclesiam tot, tantisque erroribus implicatam explicarent, tenebrisque ignorantia, idololatriæ, & superstitionis obfuscatam puritate lucis Euangelicæ, vt organa Sancti, purique Spiritus collustrarent. Proinde certo statuendum, quicquid garriant adversarij egregios, piosque illos viros diuinitus evocatos ad Domini opus restaurandum.

*Vers. 8.* Hoc habetur Petri responsio, cuius hæc est summa, quod ista præstiterint per potentiam sibi concessam ab IESU Nazareno, quodque ille à mortuis surrexerit, & sit Christus: In quo per praxin huius sanati Claudii quicumque salutem consequuntur, sint consecuturi. Describit personam cuius virtute miraculum est factum, deinde ostendit quantum boni alij in eo possent consequi: Hic occurrit primum quo impulsore hanc defensionem susceperit, nimirum Spiritu Sancto, qui miraculi extitit Author, adestque ei ex improviso: Sic Christus promiserat *Math. cap. 10.* Ne sitis solliciti, quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid responsuri sitis, *Luc. cap. 21. 1. Observatio.* Cum exigitur à nobis factorum aut religionis ratio ab ijs penes quos est summa rerum, ingenuam confessionem edamus exemplo Petri. Vide *1. Petri. cap. 3. vers. 15. Math. cap. 10. vers. 32. 33.* atque

atque hinc petamus consolationem, cum edenda est fidei nostræ confessio coram Principibus, aut Magnatibus illi adversantes, quod Spiritu Sancto simus replendi ad veritatem cœlestem rectè exponendam, & ex verbo Dei demonstrandam: hoc enim spondit Christus, *Luc. 21. 15. 2. Observa.* in Petro expende modestiam nobis imitandam, & ciuilitatem ἀρχοντες, inquit, & πρεσβύτερο, significans ordinarium Magistratum esse agnoscendum, quamvis iniquitate, impietateque sua contemptum sibi accersat.

*Vers. 9.* Repetit ζήτημα, in quo existeret controversia. Si hodie de nobis quæstio habetur super beneficio in hominem ægrotum collato in cuius nomine hic sanus nobis adstet. Hic expende quam prudenter causam cum censura conferat. Causa habet beneficium, quod non possunt inficiari hostes, Censura verò conatum puniendi, qui non esset in Magistratu iusto, vbi non intervenit culpa. Custos enim esse debet legum, & compensator benefactorum; punitor autem scelerum. *Obser.* nobis præsertim Pastoribus attendendum, vt si accusemur causæ bonitas nos sustentet, atque si citandi simus coram cœtibus humanis, eorum, quæ bene præstita sunt, virtute Christi testimonium habeamus.

*Vers. 10.* Quæstio solutio. *Notum sit vobis omnibus. &c.* Responditur. Quæstioni attentionem captat compellendo Iudices præsentem; deinde ad reliquos convertendo oratione: causa enim non est priuata, sed ad omnes spectans, atque ad perditas oves domus Israeliticæ imprimis erant missi. Subijcit deinceps, quæ quæstionem expediunt his verbis: *Per nomen Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus excitavit à mortuis, per hoc inquam istum adstare in vestro conspectu sanum.* Quid possit dici accommodatius ad quæstionem, quid liberius, quid acerbius contra Præsides istos, quos crucifixisse Iesum Nazarenum à mortuis diuina virtute excitatum planè asserit. *Obser.* Soli Domino, vt æquum est, ascribitur omnis gloriæ sanati claudii, organa tamè impulsæ à Dei spiritu agunt in actionibus proprie ad Dominum spectantibus, sed instrumentorum studia, atque praxeis in qualicumque maxime in salutis negotio nihil valent efficere, nisi Dominus manum suam admonerit efficacem: *1. Corint. 3.* Ego plâtaui (inquit) Apost. Apollus rigauit, L 2 sed



sed Dominus dat incrementum. & *Psal.* 127. nisi Dominus domum extruxerit, extructores frustra laborant. 2. *Observ.* Potentia Christi, eiusque meriti virtus satis efficax est ab omni morbo quo laboramus ad nos sanandos. vide *Isa.* 53. Proinde miseriae nostrae curandae siue naturali, siue habituali, aut acquisitae male agendo, aliunde remedium non est accersendum: Solus Christus cunctis infirmitatibus nostris mederi potest. In eum certam fide in salutem nostram recumbamus. 3. *Observ.* Publica peccata publicè sunt arguenda. Inpingitur ipsis aperte crimen crucifixionis filij Dei: exemplo hoc docemur, ut cunque sentiat peruersus mundus, absque omni personarum acceptione, vitia redarguamus, collimantes ad hunc scopum, ut in charitate reprehensi delinquentes ad poenitentiam reuocentur. Et certè Divino spiritu imbuti, reprehensionem à charitate profectam, & in bonum peccantis destinatam aequi, bonique consulent, ut *David Nathanis*, 2. *Sam.* 12. Plerique hac aetate exaestuarent, si aperte, uti par est, arguerentur hostes profecto salutis suae: verum ut cunque opinentur, fidi Pastores reprehendendi partes iuxta praescriptum Divini verbi, 2. *Timoth.* 3. atque Prophetarum, Apostolorumque praxin fideliter, & liberè obeant. 4. *Observa.* Iesus Christus Dei filius resurrexit à mortuis, proinde cum vis resurrectionis nostrae in hac sit inclusa, certo statuamus nos electos ad vitam, atque gloriam in illustri illo capitis nostri aduentu excitatum iri.

11. *Vers.* Probat Iesum esse Christum vaticinio, *Psal.* 118. quod in Dei filio sit impletum. Ratio est talis:

Lapis ille, cuius fit mentio *Psal.* 118. est Christus,  
Atqui Iesus Nazarenus, quem vos crucifixistis,  
est ille lapis.

*Ergo, &c.*

Reuocat totum negotium ad Scripturam, ostenditque quid Scriptura de Christo praedixerit, quid etiam censendum sit de illorum facto. Christus inquit est lapis, *Isa.* 8. 28. *Dan.* 2. *Zech.* 3. septem oculos habens propter spiritus plenitudinem, atque perfectionem quam habet Dominus noster. Vide *Isa.* 11. *Ioan.* 3. *Colos.* 2. Dicitur lapis ob robur, usumque quem praestat ecclesiae, quae illi innititur tanquam fundamento firmissimo. *Observ.* Christus est fundamentum Ecclesiae super quod per fidem aedificari oportet

ret omnes ad aeternam vitam destinatos, *Math.* 16. 1. *Cor.* 3. *Eph.* 2. 20. 1. *Pet.* 2. 4. non est aliud ponendum, nec agnoscendum ecclesiae fundamentum, nec Caput: Inio ne ministeriale quidem, cum id nulla nitatur Scripturae autoritate, sed maxime quod Dei filius I E S V S noster illuminandi, viuificandi que Ecclesiam sibi metipsum potestatem reseruarit, quam cum mortalium nemine comunicat. 2. *Observ.* electi animos colligant, etsi infestentur à Satanæ organis, agitenturque, lapidem habent fundamentalem cui si innitantur, non est, quod metuant atrocissimorum hostium machinationes, qui sunt atterendi, & in cineres redigendi ab isto lapide in Sione posito, *Math.* 21. expende 2. *Danielis*, quomodo lapis ille sine manibus monte excisus contriuerit imaginem illam terribilem figurantem quatuor summa mundi Imperia. Hic Lapis electis est salutis petra, sed reprobis offendiculi. Vide 2. *Luc.* in *Cant. Simeonis*. Est & reprobatus à contumacibus Iudæis, qui Christi opus divina virtute peractum Satanæ ascripserunt, quiq; coram *Pilato* dixerunt: Non habemus Regem nisi Caesarem: Sed nominatim reiectus est ab aedificantibus, id est, à Pharisaïs, Scribis, & Pontificibus, qui aedificantes haberi volebant: nam reapse fuerunt destructores. Veri aedificatores fuerant Moyses, Prophetæ, & Doctores; his succedere adulterini, quemadmodum veris architectis mali fabri, qui vtilia ligna, lapidesque idoneos ad fundamentum iaciendum repudiant, inepta autem adhibent ad viuum referunt papistas: nam illi repudiato Christo mediatore vnico, 1. *Timoth.* 2. eiusque verbo suis partibus absoluto alios mediatores intrudunt, traditionesque, & vera non scripta, ut vocant, obtrudunt. *Sed factus est in caput anguli*, qui disiectos coniungit parietes: ita Christus Synagogam Iudaicam, Gentesque conuinit in vnam Ecclesiam, etiam inuitis doctoribus Iudæorum. *Observ.* Contemnatur Christus, reijciatur, & pro nihilo putetur, primas tamen obtinebit, Ecclesiae ex Iudæis & Gentibus corroganda aeternus Princeps: omnibus hostibus tandem aliquando conculcatis. *Vers.* 12. Ostendit Christum hunc esse *σπῆρας τὸν ἀρχηγόν*, eumque vnicum: nihil igitur loci relinquitur meritis humanis. Verè dixit *Bernardus*, Meritum meum miseratio Domini: & iterum, Meritum excludit gratiam, vide *Math.* 1. De ratione huius Nominis, & *Apoc.* 7. *Eph.* 1. *Phil.* 2. Deus ipsum in sum-



nam extulit sublimitatem, donauitque ei nomen, quod est supra omne nomen, *Act. 10.* huic omnes Prophetæ testimonium dant, quod peccatorum remissionem accepturus sit per nomen eius, quisquis in eum crediderit, & *Act. 13.* facessant ergo vota Monastica, perigrinationes, indulgentiæ, celebrationes missarum, opus operatum, in perceptione baptismi media meriti Christi applicatiua, ut vocant, & quæcunque ab hominibus excogitata sunt in salutis negotio. Proinde solus Christus est author salutis nostræ quo ad meritum, nam illam solus nobis est promeritus morte sua: quo ad efficaciam illa communis est Christo cum Deo patre, & spiritu sancto.

*Vers. 13. ad 19.* Duo sunt horum verborum capita. 1. Complectitur causas admirationis huius Concilij ad *vers. 15.* 2. Consultationem. Causæ sunt duæ. 1. *παρρησία* Petri, & Ioannis hominum illiteratorum, rudiumque; 2. Ipsum miraculum præstitum in eo quem coram aspiciebant. *Obser. Παρρησία*, id est, libertas loquendi cum zelo gloriæ Dei maximè confundit hostes Christi, contra, ubi deest, insultant exemplum in *Moyse*, qui audacter annuntiauit verbum *Iehova Pharaoni & Aegyptijs*; in *Elia* qui apertè dixit *Achabo*, Tu turbas das *Israeli*, domusque; patris tui: in *Jeremia. 5.* qui rebelles Principes vocauit proditores, in *Amoz. 0.* qui *Ieroboamum* Regem apertè dixit gladio periturum: in *Micha* qui populi primarios spinarum, & sentium nomine notauit: hanc facultatem sibi concedi, velit *Apost.* rogatque; *Ephesios* ut precentur Dominum, ut ipsi detur sermo, *Ephes. 6. 19.* apertionem oris sui cum omni libertate ad prædicandum Euangelium Christi. 2. Obseruemus eum Christus delegerit obscure loco oriundos, utpotè piscatores, aliosque ad prædicandum Euangelium, nimirum, ut huius operis gloria insolidum concedatur Deo, & non videatur pendere ab humana sapientia, & potestate. De hoc *Apost. 1. Cor. 1.* ubi dicit non multi nobiles vocati, non multi potentes, verum, quæ stulta sunt in mundo, elegit Deus, ut pudefaciat sapientes, quæque sunt infirma in mundo, elegit Deus, ut pudefaciat robusta, & quæ ignobilia sunt in mundo, & pro nihilo habita, elegit Deus, & ea, quæ non sunt, ut ea quæ sunt, aboleat, ut ne gloriatur vll. caro coram eo. 3. *Obser.* Qui Christi sunt, bene in sapientiâ diuina ad salutem instituantur, ut idiotæ & ignari rerum videantur. Poniò idiota si opponi-

ponitur magistratui significat priuatum, in mentione artificiorum, studiorumque, indoctum, in mentione dignitatis, & præstantiæ humilem & inhonoratum. Verum indocti hi tali nonnunquam donantur cognitione, qualem non reperias in Philosophis ne in Platone quidem, & Philosophorum Principe Aristotele sic vocato, qui tametsi de scientijs insigniter scripserit, tamen eam non habuit quæ est de Deo in Christo sacram & salutiferam cognitionem, quam quidem *Apost. Philip. 3.* præfert omnibus quæis ornatus fuerit prærogatiuis, præque hac, omnia dixit *σκέβαλα*. Hanc sectemur, in hac cum *Apost.* gloriemur, qui dixit, absit mihi gloriari, nisi in cruce Domini. 2. Causa admirationis est opus præstitum in sanando claudo. *Obserua.* Post acceptum beneficium sequitur periculum: ex quo ad Christum sumus vocati, subeundæ sunt nobis tentationes atque discrimina. Postquam *Lazarus* est reuocatus in vitam, subsecutum est illi periculum: nam, ut scribitur, *Ioan. 12.* Sacerdotes prensarunt consilium de eo è viuis tollendo, quoniam per eum multi in Iesum crediderunt, simus quæso fortes, & constantes, ubi huiusmodi ingruerint. 2. *Observatio.* In medijs periculis Dominus tuetur suos, ne aliquid mali patiantur, exemplum in *Davide*, qui multis agitated discrimibus, sed maximè ad *Zicklagi*, combustionem ubi constituerunt eum lapidibus obruere, diuinâ manu evasit: dixitque; *Solamen mihi in Iehova.* 3. *Obserua.* Simus grati in eos, qui beneficijs nos affecerunt huius sanati exemplo, qui non deserit *Apostolos* per quorum ministerium, sed virtutum Christi est restitutus: facit se cum illis eiusdem periculi participem, multi accepto beneficio, obliuiscuntur, & cum vident collatores periclitari, vix agnoscunt, ne dicam illis cum periculis sese immiscent. 3. *Consultatio* habet tria. 1. Confessionem apertam de miraculo edito, eiusque evulgatione, notitiaque omnibus *Ierosolymitanis* incolis. 2. Decretum. 3. Executionem. Confessio arguit testimonium conscientiæ internum. *Obser.* Improbi tametsi conscientia testem aduersus sese habent, volunt tamen progredi in malo proposito, consiliumque capere de impediendo Christi regno, sed incassum: Magna vis est conscientia nam obseruat, accusat, testatur, indicat, & executoris partes nonnunquam præstat, ut in *Aehitophele*, *Iuda*, *Nerone*, alijsque; animadvertere est. Conemur retinere fidem, bonamque conscientiam.



2. *Observatio.* Christi gloria lucebit, splendebitque Sol ille iustitiae in Euangelio reluctans impijs, collustrabitque Ierosolymorum incolas: Stulti itaque censendi sunt, qui conantur remorari Evangelij cursum, Christi que gloriam obscurare, cum non potuerint eum mortuum detinere in sepulchro, tametsi lapis fuerit obsignatus sigillo Romani praesidis, quanto minus iam cum regnet in maiestate, & gloria impediens Ecclesiae propagationem. 3. *Observa.* Impij praeterito Deo, Christo que solos homines respiciunt, & lucri, famae que suae duntaxat habent rationem facta fidei, & conscientiae iactura.

*Decretum Concilij.* Interminatio, ne praedicent nomine IESU. Contra Christi mandatum ite praedicate, *Math. 28.* *Obfer.* Impij aperte contradicunt, & obnituntur Christo at frustra, 2. *Psal. 134.* conatus, & scelerosa consilia comparantur *Tele Aranea*, quae, ut sit subtilis, vix tamen integra sustinebit apiculae vim, nullum siquidem est aduersus Dominum consilium. *Observatio.* Autoritas sine Dei timore est exitialis, & quo quisque sanctiorem occupat locum, nisi sit verè pius, eo furiosius saevit. Expende in persecutoribus Ecclesiae primitivae, atque in alijs eiusdem hostibus.

*Executio sine mora.* *Observa.* Mala decreta actutum executioni mandantur ut videas, *Dan. 3. & 6.* de tribus pueris in fornacem iniectis, deque Daniele in Antrum Leonis coniecto. At decretum adversus flagitiosos difficulter in praxin ducitur, *Eccles. 8.* Quia decretum non mandatur executioni contra impios, idcirco corda filiorum hominum sunt proclivia ad patrandum malum. 2. *Observa.* Malum concilium profert decreta mala, itaque praclare agitur cum Ecclesia, & Repub. vbi pij & boni sunt consiliarij. *Proverb. 11.* vbi non est consilium, ibi populus dilabitur; vbi multi sunt consiliarij, ibi salus, & *Proverb. 29.* Cum iusti ornantur autoritate, latatur populus, sed cum regnant impij, ingemiscit. 3. *Observa.* Concilia errare possunt, & Ecclesia potest, & quodlibet eius membrum, cum nemo tam perfecte illuminetur, quin in mente habeat ignorantiae reliquias, in voluntate pravitate, affectionibusque, & quod cadit in singula Ecclesiae membra, id ipsum & in totam Ecclesiam. Quod particulares Ecclesiae errarint, perspicuum est. Ecclesia *Ephesina* erravit vide, *Apoc. 20.* descivit a pristina charitate, sic *Galatiana*, ad *Galat. 1.* Concilia verò

verò errasse hinc clarum. Concilium *Nicenum* sub *Constantino* Imperatore *Episc. 318.* erravit in negotio Matrimonij cui restitit *vnus Paphnutius*, qui curavit consultum illud de matrimonij interdictione rescindendum. Et tertium concilium *Carthaginense* erravit admittendo in Canonem authenticum *lib. Syrach, Tobia, & Maccabaeorum*, quos postea *Laodicense* exclusit. 4. *Obfer.* Improborum Satana malitia in ipsis non sistit, sed porrigitur ad quoscunq; ita ut non solum sese patiantur in peccatis interire, sed eadem damnationis poena volunt totum humanum genus involuere. Prohibent enim ne Apostoli loquantur, aut praedicent nomine Iesu Christi, quod non est aliud, nisi quantum in ipsis est, intercludere ordinatis ad vitam salutis viam: verum probatur illud tritum impios optare poenarum socios.

*Vers. 19.* Petrus, & Ioannes respondent cum rationibus ne videantur imprudentes, impudentes, & temerarij. Obseruemus in Apost. harmoniam, quo medio maxime promovetur Euangelium, opusque Domini. *David Psalm. 133.* praedicat esse bonum, & iucundum, si fratres cohabitent. Studeamus itaque vnitati conservandae maxime nos in Christo & officio fratres. 2. *Obfer.* Impij respondeamus, & silentium rumpamus, sed cum ratione. & 1. Ratio est Dei mandato est obtemperandum, sed hoc est Dei mandatum, ut in nomine Christi praedicemus. Ergo. Planè renuunt hac ratione obedire impio Concilio impia mandati. Propositio statuitur extra controuersiam per figuram concessionem qua, ut indubitatum quid eorum subijcit iudicio. Et hic est sensus. Nemo tam impie de Deo sentit, eiusque autoritate, quin velit omnem humanam creationem imò potestatem huic subijci, cum Deus sit supremus iudex, omnisque obedientia, quae praestanda alijs sub eo magistratibus sit limitanda, & coercenda hac conditione, *In Domino*, ut loquitur Apost. de obedientia filiorum erga parentes, *Ephes. 6.* Siquidem omnis potestas est à Deo, & non solum privatae personae sed etiam Reges, Principes, Imperatores, ut inquit sapientia, Reges per me regnant, & *Dan. 2.* detrudit hic Dominus ut *Saulem, Nebuchadnezareem*, erigitque Reges, ut *Davidem*. *Assumpt.* expressum extat mandatum, *Math. 28.* & *Marc. 16.* Ite praedicate omni creaturae, *Act. 1.* eritis mihi testes *Ierosolymis, in Iudaea, Samaria,* & vsque ad vltimas terrae partes. Ergo hoc huius concilij decre-

M tum

who knows not that the answer is better to us by god's man's not to be made but to these w<sup>h</sup> we were obliged to obey if y<sup>e</sup> com<sup>mand</sup>ment made were contrary to the com<sup>mand</sup>ment of god per<sup>son</sup> Reply to the same Homines qui d<sup>e</sup> obedienda d<sup>ist</sup>inct Rom. 13. Ar. 5. 29 sed quando non pugnant Deo Rivet in Ex. 1. p. 27.



tum apertè reluctatur mandato Christi, idcirco non est obtemperandum. *Observatio.* Obedientia, quæ magistratibus, & gubernatoribus debetur, est certis cancellis constringenda, ne nimium vsurpent, & plus, quam par est, ipsis tribuatur. Multi Principes arripuerunt sibi absolutam potestatem in rebus divinis, quod peperit Ecclesiæ non exiguum damnum, & ignari putant ita obediendum esse, vt nullus locus relinquatur conditioni. Verùm hæc erit conditio, obtemperandū in Domino, cuius sunt *δὲ ἀρχαὶ* *Rom. 13.* & *Psal. 82.* Stat Dominus in Concilio Deorum iudicatq; Habemus inobedienciæ legitimæ exempla in tribus illis pueris in fornacē coniectis, *Dan. 3.* itaq; etiam in ipso *Daniele* detrectanti, obedire impio statuto, de non nuncupanda vlla petitione ad 30. dies nisi Dario, *Dan. 6.* & in obstetricibus illis *Ægyptiacis*, quæ noluerunt infantes Israeliticos opprimendo extinguere, denique in multis præclaris martyribus vtpotè *Polycarpo*, *Ignatio*, *Dorotheo*, *Lamentio*, alijsque innumeris, qui recusantes impiorum impijs & nefandis decretis obtemperare vitam strenuè, & constanter veritatis ergo posuerunt. *Observatio.* Neesse est Euangelium prædicari in salutem omnium ordinatorum ad vitam. Nunquid ergo loquetur Dominus, & minimè Prophetabimus, si leo rugierit, nunquid omnes bestię Agri contremiscent. *Amozi 3.* & *1. Corinth. 9.* Necessitas mihi imponitur, inquit Apost. atque vā mihi nisi Euangelizaro: Quare, etsi Sathan conspiret aduersus nos cum suis, ne intermittamus Euangelizare, neque vos receptam Euangelij lucem auersari, 2. *Ratio*, non possumus non loqui, quæ audiuiimus, & vidimus. *1. Ioan. 1.* Audiuiimus prædicantem, vidimus miracula edentem, resurgentem, & ascendentem, simus itaque testes oculati, & auriti. Proinde nefas silere, nisi exosos nos Deo, Dominoque nostro velimus reddere, *Proverb. 6.* *Obser.* Testes restari discant quæ audiuerunt, & viderunt candidè, & syncerè.

*Vers. 21.* *Eventus impij Concilij.* Est interminatio. *Obserua.* Deus arcana potestate, ita coercet rabiem impiorum vt non solum quod volunt, non possint exequi, verumetiam eo ipso, quod illis vult licere, ad amplificandam suam gloriam vtitur. 2. *Obserua.* Persecutio, seruorumque Christi afflictio est temporanea: hinc petamus consolationem, feramusque crucem patienter, cum  
leues

leues & momentaneæ sint afflictiones æternum pondus gloriæ nobis conficiant, 2. *Corinth. 4. 17.* dimissionis causæ. 1. Nihil in illis inueniunt dignum supplicio, & tamen minantur. Peccant ergo contra conscientiæ lucem: proinde peruersorum impietas est incurabilis. 2. Causa, timent populū. *Obserua.* Qui quibusdam timorem incutiunt Satanica ferocitate impulsī; multos timere coguntur: vbi certè in hoc conscientiæ terrore summa Dei potestas, sapientiæq; elucet. Nonnulli Reges & Principes hoc horrore percussī, cuiusmodi corporum noluerunt committere hominibus, sed bestijs, vt scribitur de *Masinissa* Rege *Numidiæ*, qui filios habuit. 54. corporis sui tutelam commisit canibus, quod se mage tutum speraret, quam si hominibus, quos offenderat, quiq; eum è viuis tollere potuerunt. Sic legimus de *Dionisio*, qui curauit filias doceri artem tonsoriam, quæ possent ipsi crines resecare, metuens, ne, si in manus viri tonsoris incideret, guttur illi præcideret. 3. *Observatio.* Triumphus seruorum Christi est sub cruce, vide in *Elia*, qui postquam curauit *Balaamitas* occidendos eum *Iesabel* impia est persecuta: vt vnda vndam trudit, ita crucem crux sequitur electorum. In *Davide*, alijsque Ecclesiæ membris. 4. *Observatio.* Ex scelerosis impiorum factis & conatibus elicit Dominus gloriæ suæ nouam materiam vt hic: finisque actionum Dei est nominis sui gloria. 5. *Obserua.* Nullum morbi genus tam diuturnum, & desperatum opinione hominum, quod non sit curabile, si Dominus manum admouerit. *Vers. 23.* 6. *Obserua.* Non est censendum quid seditiosum, si sanctorum cœtui, quod actum sit ab impijs evulgemus.

*Vers. 24.* Iam quid agunt Apostoli his auditis. Nimirum precantur. Ad *vers. 31.* hæc veniunt trutinanda. 1. Precatio. 2. Duo precationis fundamenta, scilicet potentia Dei, atque promissum. 3. Narratio de hostium conatibus aduersus Christum, eiusque regnum typicè. 4. Applicatio ad Christum diserta. 5. Petitio tria continens. 1. Vt coerceat reprobos interminatores. 2. Det ipsis cum *παρρησία* loqui verbum Dei. 3. Vt sanationes, signa, atque Miracula edantur per nomen sancti filij tui. 1. *Obserua.* Iniquitas impiorum, & crudelitas occasio esse possit pijs confugiendi ad Deum vt considerare est in populo *Israelitico* *Pharaonica* tyrannide oppresso.



tum apertè reluctatur mandato Christi, idcirco non est obtemperandum. *Observatio.* Obedientia, quæ magistratibus, & gubernatoribus debetur, est certis cancellis constringenda, ne nimium vsurpent, & plus, quam par est, ipsis tribuatur. Multi Principes arripuerunt sibi absolutam potestatem in rebus divinis, quod peperit Ecclesiæ non exiguum damnum, & ignari putant ita obediendum esse, vt nullus locus relinquatur conditioni. Verùm hæc erit conditio, obtemperandū in Domino, cuius sunt *δικαιοσυται* Rom. 13. & *Psal.* 82: Stat Dominus in Concilio Deorum iudicatq;. Habemus inobedienciæ legitimæ exempla in tribus illis pueris in fornacē coniectis, *Dan.* 3. itaq; etiam in ipso *Daniele* detrectanti, obedire impio statuto, de non nuncupanda vlla petitione ad 30. dies nisi Dario, *Dan.* 6. & in obstetricibus illis Ægyptiacis, quæ noluerunt infantes Israeliticos opprimendo extinguere, denique in multis præclaris martyribus vtpotè *Polycarpo*, *Ignatio*, *Dorotheo*, *Lamentio*, alijsque innumeris, qui recusantes impiorum impijs & nefandis decretis obtemperare vitam strenuè, & constanter veritatis ergo posuerunt. *Observatio.* Neesse est Euangelium prædicari in salutem omnium ordinatorum ad vitam. Nunquid ergo loquetur Dominus, & minimè Prophetabimus, si leo rugierit, nunquid omnes bestię Agri contremiscent. *Amozi* 3. & *1. Corinth.* 9. Necessitas mihi imponitur, inquit Apost. atque vix mihi nisi Euangelizaro: Quare, etsi Sathan conspiret aduersus nos cum suis, ne intermittamus Euangelizare, neque vos receptam Euangelij lucem auersari, 2. *Ratio*, non possumus non loqui, quæ audiuius, & vidimus. *1. Ioan.* 1. Audiuius prædicantem, vidimus miracula edentem, resurgentem, & ascendentem, simus itaque testes oculati, & auriti. Proinde nefas silere, nisi exosos nos Deo, Dominoque nostro velimus reddere, *Proverb.* 6. *Obser.* Testes testari discant quæ audiuerunt, & viderunt candidè, & syncerè.

*Vers.* 21. *Eventus impij Concilij.* Est interminatio. *Obserua.* Deus arcana potestate, ita coerces rabiem impiorum vt non solum quod volunt, non possint exequi, verumetiam eo ipso, quod illis vult licere, ad amplificandam suam gloriam vtitur. 2. *Obserua.* Persecutio, seruorumque Christi afflictio est temporanea: hinc petamus consolationem, feramusque crucem patienter, cum leues

leues & momentaneæ sint afflictiones æternum pondus gloriæ nobis conficiant, 2. *Corinth.* 4. 17. dimissionis causæ. 1. Nihil in illis inueniunt dignum supplicio, & tamen minantur. Peccant ergo contra conscientię lucem: proinde peruerforum impietas est incurabilis. 2. Causa, timent populum. *Obserua.* Qui quibusdam timorem incutiunt Satanica ferocitate impulsis; multos timere coguntur: vbi certè in hoc conscientię terrore summa Dei potestas, sapientiãq; elucet. Nonnulli Reges & Principes hoc horrore perculsi, cuiusmodi corporum noluerunt committere hominibus, sed bestijs, vt scribitur de *Masinissa* Rege *Numidiæ*, qui filios habuit. 54. corporis sui tutelam commisit canibus, quod se magis tutum speraret, quam si hominibus, quos offenderat, quicq; cum è viuis tollere potuerunt. Sic legimus de *Dionisio*, qui curauit filias doceri artem tonsoriam, quæ possent ipsi crines refecare, metuens, ne, si in manus viri tonsoris incideret, guttur illi præcideret. 3. *Observatio.* Triumphus seruorum Christi est sub cruce, vide in *Elia*, qui postquam curauit *Balaamitas* occidendos eum *Iesabel* impia est persecuta: vt vnda vndam trudit, ita crucem crux sequitur electorum. In *Davide*, alijsque Ecclesiæ membris. 4. *Observatio.* Ex scelerosis impiorum factis & conatibus elicit Dominus gloriæ suæ nouam materiam vt hic: finisq; actio-num Dei est nominis sui gloria. 5. *Obserua.* Nullum morbi genus tam diuturnum, & desperatum opinione hominum, quod non sit curabile, si Dominus manum admouerit. *Vers.* 23. 6. *Obserua.* Non est censendum quid seditiosum, si sanctorum cœtui, quod actum sit ab impijs evulgemus.

*Vers.* 24. Iam quid agunt Apostoli his auditis. Nimirum precantur. Ad *vers.* 31. hæc veniunt trutinanda. 1. Precatio. 2. Duo precationis fundamenta, scilicet potentia Dei, atque promissum. 3. Narratio de hostium conatibus aduersus Christum, eiusque regnum typicè. 4. Applicatio ad Christum diserta. 5. Petitio tria continens. 1. Vt coerces reprobos interminatores. 2. Det ipsis cum *παρηγορία* loqui verbum Dei. 3. Vt sanationes, signa, atque Miracula edantur per nomen sancti filij tui. 1. *Obserua.* Iniquitas impiorum, & crudelitas occasio esse possit pijs confugiendi ad Deum vt considerare est in populo *Israelitico* *Pharaonica* tyrannide oppresso.



Rom. 8.

Quare diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. *Observatio.* Cum externi precandi modi varij sint, omnes vnum docent, vt in summa humilitate, ardoreque spiritus fiant supplicationes nostræ. Christus est precatus magno cum Spiritus fremitu, *Ioan. 11.* sublatifque oculis, *Ioan. 17.* Paulus iubet puras manus extendi, *1. Timoth. 2.* Et ipse flectit genua pro *Ephesiu. 3.* Preces nuncupandæ sunt Deo, non Angelis, non Sanctis defunctis, ne Mariæ quidem virgini vt perperam faciunt Papistæ. Ipse *Iehova* dicit, *Psal. 50.* Inuoca me, liberabo te, & glorificabis me: Christus etiam discipulos suos docuit precari, *Pater noster.* Preces denique sunt arma fidelium *ὁμοθυμαδον.* *Observatio.* Concordia, & vnanimitas maximam habent vim in precibus, si vnus oratio feruida tam extet efficax, vt *Elia, Iac. 5.* cuius precibus est impetratum, vt non plueret per triennium, & semestri spatium, & denuò obtentum precando vt plueret, terraque fructum proferret, quanto futuræ sunt efficaciores multorum preces etiam iustorum, si simul effundantur ad Deum patrem, exemplum in populo *Iudaico Esthera, & Mardochai* tempore. *Esth. 4.* & *Iehosophati 2. Cron. 20.* Duo precatationis fundamenta in descriptione Dei comprehenduntur. Vocatur in qua Dominus supremus, cuius imperio terreni omnes Domini subiacent. Describitur ab opere creationis, vnde maxime emicat eius potentia. Nam dicitur fecisse cœlum, terram, atque mare cum omnibus, quæ in ijs sunt. Ergo hinc Domino subiiciuntur omnia, ita vt hisce vti possit ad voluntatem, ea etiam mutare, contra quoque agere ac feruntur naturâ, imò hominis cor, quo vult flectere. Igni vsus est *Iehova* ad *Nadab, & Abihu* consumendos, aère ad suffocandum *Absolomum*, terra ad absorbendum *Dathanem Coreum, & Abiramum*, aquâ denique ad obruendum *Pharaonem*, eiusque exercitum. Proinde hinc nobis assurgit consolatio, quod, etsi impij minitentur nobis omnia mala, nihilominus tamen diuina providentia ita nobis incumbit, vt salui, tutiq; in medijs periculis permaneamus. *Observa.* Cœlum non est æternum contra Philosophum, & subsannatores illos, *2. Pet. 3.* Iam sequitur promissum. Locutus est per *Davidem* puerum suum quod est impletum. Ergo. Porro *David* seruus Spiritus motu Deo seruiens ad gloriam, *Nebuchadnezar* verò & impij serui etiam, sed per coactionem: nam quicquid faciunt non vt Deum glorificent sed vt prauis

prauis suis indulgeant cupiditatibus, præstant. *Obfer.* Reges sunt tantum Dei pueri, id est serui, vtinam Deo fideliter inseruiant. *2. Obfer.* Cum Dei seruus vera loquitur, Deus ipse loquitur, quod si hac ætate homines apud sese expenderent, vbi diuini ministri maioris fierent. *Quare fremuerunt gentes, 2. Ps. praxin* videas, *2. Sam.* fere nouem primis capit. Consilio *Abneri Istbbosethum Saulis* filium Regem esse volunt: *Philistai & Ammonita* contra *Davidem* inflammantur, eumque curant deijciendum, quem euexit Dominus: at incassum. *Obserua.* Qui sunt sine Christo, & gratia destituti, alienique à vita Dei furere & insanire dicuntur contra Christum. Comparantur Bestijs. *7. Dan.* hostes filij Dei Ecclesiæque. Verum quicquid moliuntur est vanum, *Psal. 7. & 59.* cum facillimè cœli Dominus omnes conatus, studia, & actiones impiorum dissipet qui sunt tantum Reges terræ: obnoxij intritui supremique Domini potestati subiecti. *Obserua.* Impij moribus dispares nimis bene conueniunt aduersus Christum & Ecclesiam vt videre est in plerisque hac ætate.

*Vers. 27.* Applicatio ad Christum, qui dicitur sanctus. Ac primum quidem ratione Deitatis, *Lev. 19.* Estote sancti vt ego sanctus, & *Isa. 6. 2.* humanitatis. *Luc. 10. Isa. 53.* non est dolus in ore eius inuentus. Et quis eum arguet de peccato? *3.* Effecti ratione, quia est nostra sanctificatio nos scilicet electos sanctificans per spiritum & sanguinem suum. Qui coierunt. *Herodes Antipas Ioannis Baptiste* obruncator. *Pilatus*, qui bis absolutum Iesum tandem morti adiudicauit, qui quidem Pontius sibimetipsi constituisse mortem scribitur, ab *Euseb. 2. lib. cap. 6.* hic aut talis esse solet atrocissimorum hostium Christi exitus.

*Vers. 28.* Hic ostenditur quorsum conspirarint, nimirum, vt decretum domini exequantur; vbi per manum intellige potentiam. *Obfer.* Nihil fit à sceleratis non decernente, aut invito Deo, imò ne ipse quidem diabolus quicquam potest nisi determinate Deo cum potestatem habeat diuina manu circumscriptum, *Iob. 1.* proinde pro certò tenendum dominum omnes actiones decernere, atque agendo concurrere suo sancto modo, & vt loquuntur Theologi cooperari quando peccatum est in (fieri) sed non in, *Esse*, eiusdemque actionis qua est actio, *Deus est Author*, sed non prauitatis, & malitiæ, quæ initium suum habet intrinsecum à malo in-



strumento, & extrinsecum à Satana impulsore omnis peccati, quatenus peccatum est, auctore. Deo puro & sancto bene operante per instrumentum malum, per quod decretum suum exequitur, quod habet quandam boni rationem quæ scilicet est præcedentis peccati pœna: exempli gratiâ vt ex proposito dicitur Dominus dedisse Concubinas *Davidis* filio *Absalomo* ad puniendum *Davidis* adulterium. In omni actione mala concurrunt tres agentes causæ, diuersos habentes fines præstitutos. 1. Agit Deus quâdo actio est in fieri, atque benè agit finem habens gloriam suam vt in passione s. i. j, ecclesiæque salutem. 2. Satan potenter agit in Reprobis in eorum exitium. 3. Instrumenta Satanica, vt Iudæi, gentesque in hac filij Dei crucifixione ad explendam cordis malitiam, statumque suum, vt putant continuandum, sed falluntur, cum sibi, statuique suo celeriore hac praxe accersant interitum. Concludo in omni actione deum purum, sanctumque permanere, & quicquid ordinari fieri, confectum iri, siue decreuerit ex necessitate absoluta, siue conditionali decretum reprobationis executioni mandabitur propter impœnitentiam: Ita decretum conditionale iudiciorum perimplebitur, nisi resipiscant, vt in *Ninivitis*.

*Vers. 29. & 30.* Tria sunt in *Petitione*. 1. Domine intueri minas. 2. Concede seruis tuis in *παρρησία* loquantur verbum tuum. 3. adde signa, Sanationes, & Miracula. *NUNC. Observatio.* Isti interminatores habere suum tempus, Nunc Dominus suo gaudet, quo reprimat, coerceatque eorum conatus. *Intuere*, non putandum hoc esse dictum, quasi Dominus non aspiciat reprobos, perspectaque habeat eorum corda, sed quod videatur more hominum conuiuere, dum eum invocant pij propter auxilium. *Observatio.* In afflictionibus & persecutionibus, minarumque tempore, recurrendum ad Dominum Iacobi, qui opituletur: Sic fecit *David*, sic *Ezechias*, 2. *Reg. cap. 19. Isa. cap. 37.* Cum *Rabsaces*, *Sinnacheribi* Regis *Assyriorum* Legatus convitia in Deum, & blasphemias evouisset, nec non Rex ipse abominabilem hanc vocem edidisset; Ecquid Deus tuus è manibus meis te liberabit: *Ezechias* Rex expandit coram Iehoua libellum, precatusque est conditorem cœli & terræ, & Regem Regum omnium, vt *Sinnacheribi* verba expenderet, cui annuit Dominus, 1 & 5. milibus ex eius exercitu per Angelum interfectis; *Sinnacheribo* ipso à filiis trucidato, dum Idolum suum coleret.

2. *Concede. Observatio.* Dominus potest dona conferre qualiacunque: Proinde, si cui desint, vt nemini non desunt, petat à Patre luminum. *Seruis tuis Apost.* Omnes Christiani vocantur Serui, cum deo seruiant, quod quidem Seruire, est Regnare: sunt enim Reges, & regnât iam in capite Christo, olim in sese, sed per Christum regnaturi, atque plenè triumphaturi supra diabolum, peccatum, mortem. Sed quid petunt vt in *παρρησία* loquantur verbum domini, non petunt honores mundi, diuitias, applausumue popularem, sed quod maximè dei gloriæ inseruiat, propagandoque Christi regno: nimirum liberam verbi divini annunciationem, quæ est Dei donum. Iuxta illud dictum *Moyfi*: Quis finxit os homini? Nonne ego. Et *Ier. 1.* Ponam verba mea in ore tuo, noli timere, quia ego tecum sum. Porro, verbum dei tribus modis expendendû. 1. est substantiale æterna æterni dei sapientia, *Ioan. 1.* 2. Revelatum scriptum & pronuntiatum. 3. vocatur operarium ratione spiritus agentis, subiectique in quod recipitur. *Heb. 4.* atq; etiam sine omni subiecto, iuxta illud *Iehouæ, Gen. 1.* Dixit Iehova, fiat lux, & fuit ita. *Observ.* Prædicandum est DEI verbum, nec admittendæ sunt humanæ traditiones, docendum quidem cum omni libertate, 6. *Ephes.* Apostol. postulat vt pro hac libertate ipsi concedenda precentur, qua instructi fideles dei serui Prophetæ non dubitarunt cum vitæ periculo hoc verbum Regibus, Principibus, toti que populo annuntiare. 3. *Συμεία* sunt præter consuetudinem, vt Sanatio febricitantis in instanti, sed *τέρατα* sunt præter naturam, vt resuscitatio *Lazari*, vbi *Observa*, omnem gloriam Miraculorum, renovationis vitæ, instaurationisque generis humani Domino ascribenda, siquidè potestas est ab Authore Deo filio tradita, quæ nobis per Spiritum Sanctum communicatur.

*Vers. 31.* Locus commotus est in quo erant. Testatur Deus ecclesiæ suæ se esse talem, qui cœlum, terramque concutiendo, sit eam confirmaturus.

*Vers. 32.* Precationis effecta ratione Apostolorum replentur Spiritu Sancto, quod est alterius effecti causa, loquuntur verbum Dei *μετὰ παρρησίας*. effecta ratione multitudinis credentis, sunt hæc: *vnius sunt anima*, id est, idem habent propositionem ad amplificandum Dei regnû, quod exeritur in opus, cum nihil ducant suû & proprium,



proprium, sed omnia habeant cōmunia. Porrò, signum præsentiæ divinæ hisce effectis præmittitur, scilicet cōmotio terræ quādoq; signum potentis præsentiæ in misericordia ad protegēdum suos quandoque in iustitia ad concutiendū, & terrendum hostes. Adfuit *Elia* hoc signo, *1. Reg. 19.* Atque in liberatione Pauli ex vinculis, *Act. 16.* Concussa sunt fundamenta carceris vincula que soluta. Et *Mons Sinai* quatiebatur, cum populo lex promulgaretur irati Dei iudicium, vt *Amos. 1. Ioel. 3. & Ose. 13.* hocque terræ motu vsus Dominus ad *Laodiceam* evertendam, *Colossam*, & *Hierapolim* tres *Asia* civitates vt scribit *Horosius*, & *Eusebius*. Nec non indicat hoc signum Deum tremorem incussurum Euangelij hostibus, quod fit per eiusdem prædicationem, vt de Felice legitur, *Act. 24.* quidam Apost. disputaret de iustitia, temperantia, iudicioque futuro contremuit, *Baltassar*que viso digito verbum scribente, sic totus fuit concussus, vt tibix corpus vix potuerint suffulcire, & *Caligula*, qui dici voluit Cæsar DEVS exhorrescere est solitus cum aliquod iudicium sese exerceret divini iudicij. 3. Verbi divini hostes subuertentur, vide in subuersione *Ierosolymorum* facta à *Tito Vespasiani* filio, 40. vt quidam putant post Christum passum anno. Multi ex Iudæis extincti, & in Romanorum seruitutem redacti, qui verbum ab Apost. prænuntiatum fastidierunt. 1. *Obser.* Verbū Dei semper est efficax vel ad gignendam fidem quā apprehendatur gratia in Christo, vel ad obdurandum rebellum corda, ad destructionem eorum, qui oblatam gratiam sunt aspernati: vbi, itaque locus verbo primo Domini nuntio non conceditur, locū esse oportet iudicij, plagisq; vt liquido cōstat in multis Prophetarum locis. 2. *Observatio.* Dona Spiritus semel, & simul non conferuntur, quare spiritum in nobis lucētem ne extinguamus, sed oblatam gratiam suscipiamus, concessamque sedulā curā piæque meditatione foueamus. 3. *Obser.* Libertas verbi asserenda neque ferendum, vt eiusdem vel minimū imminuatur, vtcumq; nauent, quam possunt homines operam ad mutilandam & concidendam, vel saltem coarctandam hanc *παρησίαν*. Studeamus nos etiam sartam rectam in fide, puraque conscientia retinere, atque ad posteritatem, sicut accepimus à maioribus fidiilimis, & vigilantissimis transmittere.


*Pers. 33.* Attingit præcipuum verbi Articulum. Nempe, Resurrectionem

rectionem Christi cui sese testes præbuere cum magna potentia: est & salutis complementum, primusque ad gloriam gradus, in qua est inclusa nostra fidelium resurrectio ad vitam, quam *Sadducæi* pernegarunt contra ac Christus, eiusque Apost. *1. Corinth. 15.* Dicit multitudinē credentium hac affectione prædictam. *Obser.* Caritas est effectum fidei, & indiuulse coherent, proinde dicat, nemo se fide iustificante præditum, nisi officia charitatis obeat: 2. *Observatio.* Concordia maximè laudanda in Ecclesia: qua conseruatur, & amplificatur. Ad *Phil. 2.* hortatur, vt omnes vnum sentiant, expende *Ephes. 4.* & *Psal. 133.* 3. *Obserua.* Pauperum habenda ratio, & antequam fame, aut inedia pereant, quæ in nos Deus contulit bona, in eorum vsum sunt eroganda vt expendere est in pia hac primitiæ Ecclesiæ praxe, quæ bona, quæ possidebat vsum, & voluntate sed non lege communia fecit, verum ne putes locum hinc relinqui stabiliendæ, Platonis aut Anabaptistarum opinioni de communione omnium bonorum, abrogandaque rerum proprietate, quā opinionem supra refutauimus, atque ostendimus non sentire Deum, vt nostra omnia in confusionem abeant, ita, vt nihil relinquatur proprium, sed vt ex nostris in vsum pauperum hoc modo conferatur ne intereant fame, istaque ratio habeatur, ne iuxta divinum statutum Mendicus sit in Israele, *Deut. 15.* Verum longè alia est ætatis nostræ conditio, à sorte huius primitiæ Ecclesiæ: nam Euangelij professores linguâ, quid dicam an sua volunt vendere in vsum pauperum, imò quæ ad egenos spectant, sacrilegi ad sese rapuerunt. Contra quos, (nisi reliquerint, dum tempus est gratiæ) stabit testis *Pharao* ille Rex Ægyptius, *Gen. 47.* qui Sacerdotum terras famis tempore *λειτούργων* non emerat, sed ordinariam, qua alerentur, ipsis assignauit portionem. Accedit huc illud, *Proverbiorum 20.* à *Salomone* evulgatum, tendicula est homini deglutire sacrum: vt ita sit, huius seculi homines non solum dicata Deo, sed etiam proximorum bona, quacunque possunt ratione ad se transferunt. Quod si diuina lege maledictus sit, qui proximi limitem mouet, dicatque omnis populus Amen. *Deut. 27. Proverb. 22.* atque vix in illum ab *Isaia* diuinitus, qui iniuste domum domui coniungit, enunciatur, quāto grauiore, & certiore sunt afficiendi supplicio, qui in bona Ecclesiastica inuolant. Additur, deposuerunt pretium ad Apost. pedes.



*Observa.* Vbi charitas obtinet, & Euangelij gratia, hæc, quæ pluri-  
mi fiunt ab hominibus bona ψύχικοις tanquam σκυβαλά ducun-  
tur à pneumaticis. Expende hoc in praxe hac *Barnaba*, id est, per  
μεθέρμηνειαν filij consolationis, qui agrum suum vendidit, alla-  
tamque pecuniam deposuit ad pedes Apostolorum. *Observatio.*  
Hoc ei nomen diuinitus impositum cum egeni eius facto insi-  
gnem habuerint consolationem. Danda est nobis opera, vt no-  
minum diuinitus inditorum significationem vita, actionibus, &  
moribus referamus vt Ioannes Baptista, qui gratiam DEI ex-  
prestitit, & ille Timotheus Pauli discipulus, qui Deum sedula mu-  
neris sacri functione honorauit. *Observatio.* Leuites erat sic & *Cy-  
prius* genere. Habet Christus ex quolibet hominum ordine, &  
statu electos, qui non solum synceram Euangelij fidem verbo,  
sed facto expriment. 4. *Observa.* Vfus sic esse debet diuitiarum le-  
gitimus, vt Dei gloriæ, Ecclesiæque commodo inseruiant. Bo-  
norumque in pauperes moderata esset dispensatio, ne quis egestate  
vltra modum prematur.

## CAP. V.



VIVS cap. partes sunt tres. 1. Complecti-  
tur *Anania*, & *Sapphira* peccatum, pœnamque  
ad *vers.* 12. 2. Ecclesiæ statum ad 17. 3. No-  
uam Ecclesiæ persecutionem. Summa pecca-  
ti *Anania*. Vendit possessionem, vxore con-  
sciã, interuertit aliquid ex pretio. Videtur no-  
men divina ordinatione vtriq; inditum, nam  
*Ananiah*, vel significat humilitatem Domini, & hunc Dominus,  
eiusque ambitiosum spiritum humiliavit, vel afflictionem Do-  
mini denotat huius prauum cor afflixit, vel tandem designat  
responsum, quod Dominus ei dederat meritis dignum. *Sapphira*  
speciosum importat, atque illa quidem exterius, quam interius  
formosior. Sed videri possit, quod *Anania* non peccarit: cum  
possessionem vendere sit licitum, & retinere, quod sibi videbatur  
ex pretio, tribuereque in pauperum vsus secundum placitum, cur  
peccatum; cum dicat Apost. 1. *Timoth.* 5. Qui negligit familiam  
est

est infidelis deterior, & ablegauit fidem, & 2. *Corinth.* 8. non enim  
erogandum vt alijs relaxatio sit, vobis autē oppressio ἀλλοις ἀνεσις  
ἡμῖν δὲ θλίψις, & addo illud, *Math.* 10. qui dat potum frigidæ no-  
mine Christi, referet mercedem. Resp. expende quatuor concur-  
rentia in hoc facinore vitia, quorum. 1. Est hypocrisis, plus enim  
profitetur, quam præstat: totum deponeret, sed partem tantum  
deponit. 2. Sacrilegium. Totum vult videri conferre in vsus  
pauperum, at partem surripit. 3. Diffidentia. Nam metuit, ne  
ipse persecutionis tempore egeat. 4. Est ambitio, vult siquidem  
apud Apostolorum pedes locare, eodemque gaudere nomine  
cum ijs, qui iustum pretium deposuerunt. 1. Hypocrisis est vi-  
tium, quo maximè homines referunt Satanæ naturam, cuius  
pœna est sempiternum exitium: sæpius in Euangelio vā vobis  
hypocritæ. Hac ætate regnat in omnibus hominum ordinibus,  
qua verificatur illud Apost. 2. *Timoth.* 3. ἔχοντες μορφωσιν εὐσε-  
βειας ἢ δὲ δυνάμιν αὐτῆς ἡρνημένοι. & ad *Tit.* 1. profitentur Deum  
se scire, sed factis negant, cum sint abominandi, & rebelles & ad  
omne opus bonum reprobi reiectanei. De sacrilegio quædam  
supra. Vbi eum reperias hominem, qui hoc scelere non sit coin-  
quinatus, tamen vel testante Apost. Sacrilegium sit idololatriã  
gravius vitium: *Rom. cap.* 2. Tu qui idola abominaris, sacrilegium  
committis. Etenim cum idoli cultu, habet coniunctam scele-  
rosam auaritiam. 3. Diffidentia est vitium multis commune qui  
per fas, nefasque coaceruant huius mundi peritura bona, contra  
quos Christus, *Math. cap.* 6. & Apost. 1. *Timoth. cap.* 6. Hi necis suæ  
authores extitere expende in *Achane*, *Ios. cap.* 7. & *Gehasi* lepra in-  
fecto, 2. *Reg.* 5. denique in *Achabo*, & *Iesabele* conspirantibus de  
vita *Nabotho* propter vineam eripiendam, tandem pœnas luenti-  
bus meritissimas iustissimo Domini decreto de eorum sanguine  
à canibus lambendo. 4. Ambitio periculosa pestis, in quem in-  
teritum perduxit *Hamanem* perpende, qui voluit vno die disper-  
sum DEI populum per *Assueri* Regis provincias contrucida-  
ri, patibulumque erigi ad *Mardocheum* DEI hominem suspen-  
dendum, vt solus ipse emereret, sed versa vice divinã pro-  
videntiã, & atroci proposito contra *Israelem* & *Mardocheum*  
everso, & præpedito *Haman* ipse patibulo à sese erecto, suffi-  
xus est.



1. soli Evangelio res possunt dici sancti vs. b. n.  
 2. sic dicere nostrae non sunt 3. sin. gravi scelere non  
 possunt de hactenus non sine gravitate sumptis q. si alterum

COMMENTARIUS CAP. V.

1. soli Evangelio res possunt dici sancti vs. b. n.  
 2. sic dicere nostrae non sunt 3. sin. gravi scelere non  
 possunt de hactenus non sine gravitate sumptis q. si alterum  
 fecerit 2. d. u.  
 f. u. i. u. q. u. o. d.  
 illius cur sa-  
 tunas uppleu-  
 ra f. muste  
 hoc genus ho-  
 minu multu-  
 ndu non cen-  
 sari notan-  
 du 6. morte  
 a. ta impio-  
 uscu ne lucu-  
 cet hinc tan-  
 to sceleru ex-  
 plandu 7. h-  
 ueli h. im-  
 missa. And-  
 Cunc: pro  
 Cluz: pro  
 gradu Doctum  
 p. 17

Vers. 3. Petrus per interrogationem accusat primumque Au-  
 thorem tanti sceleris Satanam designat. Sed vnde Petro hac sci-  
 entia: vnde Prophetae praecognitio illa de Iosia nascituro 330.  
 annis ante eum natum sacrificaturo in altari Sacerdotes idolo-  
 latras, 1. Reg. 13. Nimirum & haec, atque illa a Domini spiritu: Et  
 Eliso reuelatum illud conclusum in Regis Aramitici conclauis ad-  
 uersus Samaritanum Regem, 2. Reg. 6. Jeremia etiam diuinitus pa-  
 refacti 70. captiuitatis Babylonicae anni, & Amos 1. 3. Nullum se-  
 cretum quod Dominus se suis suis Prophetis non retegat. Rerum  
 abstrusarum, & reconditarum notitia est a Domino, Job. 32. Dicit  
 Petrus ei; Cur impleuit Satanus cor tuum, vt mentireris Spiritui  
 Sancto? Satan aduersarium significat, qui nonnunquam intrare  
 dicitur, vt in Iudam, quem incitauit ad abominandam illam pro-  
 ditionem patrandam aduersus dei filium, quandoque possidere,  
 aut obsidere, vt in Euey8p8povis, in quibus esse dicitur definitiue,  
 vt loquuntur, sic, vt non sit eo tempore alibi. 3. quandoque stare  
 ad dexteram, vt Iosua, Zach. 3. quae omnia arguunt varios Sata-  
 nae modos, quibus adoritur genus humanum. Quare cordi atten-  
 dendum maxime, ne id repleat adeo, vt nihil loci relinquatur  
 gratiae divinae, atque diabolo est strenue resistendum, quo a no-  
 bis fugiat, 1. Io. 4. 1. Pet. 5. *Observa.* Diabolus neminem non ten-  
 tat, & continuo circumit ad perdendum, sed reproborum corda  
 implet non suggestionibus & prauis motibus solum, sed opera-  
 tione quidem efficaci instigat, inflammatque ad scelera admit-  
 tenda hypocritas, quos vincit tenet, & quod vult, agit precipites  
 in perniciem. Hic aduersarius spiritus sancti bonis motibus abu-  
 titur ad quorundam interitum: prima motio in Anania fuit Spiri-  
 tus Sancti, verum Satan iniecit eius cordi multa vitia ad agen-  
 tis perditionem.  
 Vers. 4. Non est mentitus hominibus sed Deo. *Observa.* Spiri-  
 tus Sanctus est deus verè contra eos qui flatum esse dicunt. qui  
 mentitur, peccat in hunc Spiritum, sed alio modo quam is cuius  
 peccatum dicitur irremissibile, Math. 12. Heb. 6. & 10. cum tot do-  
 nis talem peccatorem imbui oporteat, vnde sequitur omnem re-  
 sipiscentiae locum ipsi esse praclusum, si totus, de toto, & in totum  
 labatur. vide Heb. 6. 2. *Observa.* Spiritus Sanctus adest, praest que  
 catibus pijs, ipseque Christus spondet se affuturum, non quidem  
 corpo-

CAP. V. IN APOSTOLOR. ACTA.

corporali praesentia, sed spiritu illi coetui vbi duo vel tres coacti  
 fuerint eius nomine. Vers. 4. His auditis, cecidit Ananias, effla-  
 uitque animam. *Observa.* Repentinum exitium manet hypocri-  
 tas, & inuitabile. 2. *Observa.* Magna est vis verbi divini, Isa. 55.  
 & Heb. 4. Vide huic simile, Act. 13. de Elyma Mago, vias Domini re-  
 ctas peruertere conanti caecitate impraesentiarum percusso, vti  
 Paulus praedixit. Et 2. Reg. 1. de Ducibus illis, & centum militi-  
 bus igni coelitus demisso absumptis ad votum Prophetae, & Felix  
 ille Proconsul contremuisse dicitur, Act. 24. Cum audiret Paulum  
 disputantem, de iudicio illo venturo, Baltassar etiam viso digito  
 in pariete scribente, ita legitur cohorruisse, vt tibiae corpus vix  
 quierint fulcire, Dan. 5. absit, verbum coeternatis instar illorum  
 stultorum proverb. 1. quibus interitus ingruit vt Turbo, & sub-  
 sannatorum qui pepigisse foedus feruntur cum morte & inferno,  
 acsi ab omni supplicio immunes essent, qui cum primis omnium  
 sunt puniendi, Isa. 28. Punitio, Anania est repentinus interitus. Re-  
 pentino extincti sunt Pharaon in mari, Antiochus Epimanes viscerum  
 morbo incurabili, & foetente emortuus: Herodes vermibus arro-  
 sus, Act. 12. Proinde fugienda vobis studiosè sunt peccata, quae hu-  
 iusmodi interitum accersunt. *Observa.* etiam hominem esse vapo-  
 rem, Iac. 4. cuius halitus naribus est inclusus.  
 Vers. 5. Effectus. Timor omnes occupat. *Obser.* vsus iudiciorum  
 Dei est hic vt timor, & reverentia hominum animis incutiatur.  
 Vers. 6. Sepelitur Ananias, hoc est vltimum humanitatis officium.  
 A Vers. 7. ad 12. habetur Sapphira peccatum, eiusdemque puni-  
 tio: cuius hic est vsus, nimirum vt impij deterreantur ab affligē-  
 da & diuexanda ecclesia: cum Domini manus possit momento  
 prosternere potentissimos, & in cineres redigere. Rursum etiam  
 consolatione erigantur pij atque hac persuasionem stabiliatur de-  
 um ecclesiam suam conseruaturum, protecturumque contra om-  
 nes hostium atrocissimas machinationes. Haec sunt hic perpen-  
 denda. 1. occasio. Vers. 7. vbi considerandum quomodo even-  
 rit. 2. Quando. 3. Quo. 4. Quod nihil cognouerit eorum quae  
 gesta sunt. Euenit diuinam providentiā & dispensationem. deus enim  
 finem intuens decernit media, quae ad finem ducunt. In hoc pec-  
 cato habuit Dominus suam operationem bonam & sanctā, sco-  
 pumque praestitutum gloriam nominis sui atque Ecclesiae primi-  
 tiuae

This text is  
 not that pe-  
 ter intended  
 any such thing  
 as Ananias  
 death in his  
 admonition  
 nor is it pro-  
 babl. that  
 Peter had  
 any hand at  
 all in the death  
 of Ananias  
 or Sapphira  
 Goodwin Ha-  
 yomashx p  
 29. 20.



tiua commodum. In omni peccato cooperatur Deus in fieri, sed non in esse vt loquuntur Theologi, in bonum finem. *Observatio.* In omnibus actionibus, operibusque siue bonis, siue malis, diuinam providentiam semper intueamur, & quicquid euenit, sciamus euenire certissimo Dei decreto illudque omne amplectamur siue prosperum siue aduersum tanquam à Domini manu profectum.

2. *Quando*, scilicet post. 3. horis. *Obserua.* Domini est consuetudo tempus quoddam conuersioni relinquere. Sic egit cum originali mundo 120. annos concedens ad resipiscentiam: sic cum *Sodomitis* totum ipsis dedit prædicatorem: & in colloquio cum *Abrahamo*, *Genes.* 18. disertè profitetur, si decem boni reperiantur in ciuitate se ei parsuram. Item cum *Ægyptijs*, quos prius admonuit verbo primo nuntio, vt dimitterent *Israelem*, deinde decem admirabilibus plagis eosdem percussit, antequam in profundum demersit ad extremum omnium interitum & tandem ita cum *Ierosolymis*, *Luc.* 13. inquit Christus, *ô Ierusalem* quoties volui congregare te, vt gallina pullos, sed noluisti: verum itaque relinquatur Domini dictum, per *Ezech.* 33. vt viuo inquit, nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, viuaturque. Utamur ergo hoc gratiæ tempore commodè, & fructuosè agnoscentes Domini longanimitatem pœnitentiæ nostræ inseruientem, *Rom.* 2. Ne abutamur patientiâ tam benigni patris, ne, vt inquit ille supplicij procrastinationem grauitate compenset.

3. *Quo*, est scilicet ingressa aliud expectans, quam reperit. Existimaret *Ananiam*, maritum summo honore affectum, ecclesiamque primitiuam præclare de eo sensisse, sed repentinò fuisse mortuum, ne id quidem cogitaret. *Obserua.* Impij malæque conscientia rei proposito suo frustratur. *Pharao* persecutus populum ad mare rubrum cum magna caterua non est assecutus propositum, sed illud, quod minus expectabat, suum, scilicet suorumque interitum, *Exod.* 14. sic *Sinnacherib* Rex *Assyriorum* superbissimus, aduersusque *Iehovam* insultabundus magnis copijs cinxit *Ierosolymam*, quam non solum expugnare, sed funditus delere est conatus, sed longè secus euenit, conseruata est diuinitus *Ierosolyma* eius ex *Phalange* à Dei Angelo vna nocte 95. milibus occisis, ipsoque *Sinnacheribo* à filijs *Adramelecho*, & *Saraxero* dum in templo adoraret idolum suum

suum trucidato. Expende idem in *Aramitis* *Eliseum* Prophetam, persequentibus primum scotomate percussis, & in *Samaria* medium perductis hostiumque in manus traditis, & tandem, ne multis in *Hamane* populi Dei hoste atrocissimo quem totum vno die interimendum decreuit, sed deceptus ille populo *Israelitico* conseruato in viuis, ipse actus est in patibulum quod erexit pro *Mardocheo*. Quare in actionibus, vitæque conuersatione fruamur bonâ, purâque conscientia, quocumque fuerimus profecti puros in rebus agendis nos seruemus. 4. *Sapphira* est ignara rei gestæ. Cognouit illa pretij interuersionem, remque mala fide gestam, at mariti repentinum interitum non intellexit. *Observatio.* Plerique peccati initium & media nouerunt, ipsumque volentes, scientes patrant, sine nequaquam expenso, quem si trutinarent mortem nimirum peccati esse stipendia, *Rom.* 6. cauerent ab illo exitiali: *Adam*, & *Eua*, si mortem subsecuturam peccati pœnam præuidissent an *Satanæ* consensissent. Proinde piè nobis est viuendum vt benè, & beatè, pacificèque defungamur. Bonam vitam sequi solet tranquilla mors, finisque hominis Deum verè timentis est pax, *Psal.* 38.

*Vers.* 8. Petrus quærit de pretio. Ecquid tanti prædium vendidistis, satis præsciuit, quod aliquid de pretio interuenterint spiritu sancto id revelante, sed vt convictio sit aperta, & ex ore iudicetur suo mouet quæstionem. Vbi obserua medijs esse vtendum ad apertam convictionem facientibus, nec non delinquentes minime præteriri sine admonitione, si non grauiori pœna. Deus *Adamum* post transgressionem alloquutus conuicit, per *Noachum* originalem mundum, per tubam terribile legis suæ populum *Israeliticum*, ciuitatem *Ierosolymitanam* per varios Prophetas, quibus cum non obtemperarint, induratione primum rebellionis iustissimo supplicio, & tandem finali submersione puniuit. *Sapphira* resp. Etiam tanti, apertè mentitur. *Obser.* Quantum malum est auaritia, quæ facit vt interitus sui homines existant authores: primum mentiendo, deinde accersendo sibimet perditionem.

*Vers.* 9. Convictio per alteram interrogationem, cur conuenistis, vt tentaretis Domini spiritum? q. d. voluistis experi, ecquid Domini Spiritus sit veritatis, & omnipotentia necne cõtra Domini præceptum, *Deut.* 6. Non tentabis Dominum Deum.

*Obserua.*



*Obserua.* Mendaces, & hypocritæ, qui excogitatis vtuntur artibus, ac si Dominus non cognosceret, non solum accersunt sibi instantem damnationem, sed aduersum sese laceffunt Dei iram, cum probare volunt sit ne **D E V S** necne iustus & omnipotens.

2. *Obserua.* Vbi est piorum cæsus, ibidem est Dei spiritus, *Math. 18.* Interminatio repentini interitus: ecce pedes eorum, qui inhumarunt maritum tuum, stant ad fores, teque efferent. *Obser.* Dominus habet in promptu instrumenta, quæ suam voluntatem exsequatur. Scilicet Angelos, cælum, ignem, aërem, terram, aquam bestias terræ, adeoque omnes creaturas ad impios destruendos, piosque protegendos, *Ose. 2. 18.* dicitur Dominus fœdus pepigisse cum volatilibus cæli, bestiisque agri in bonum populi sui. Ne offendamus tam potentem creatorem, sed ei seruire conemur cum timore, & tremore, *Psal. 2.*

*Vers. 10.* His auditis concidit, animamque efflauit. 1. *Obser.* Pariter peccantes pari supplicio afficiuntur. Omnes Angeli, qui cociderunt eiusdem sceleris socij affecti sunt æquali pœna. 1. In natura sua corrupti. 2. Cælo exclusi. 3. In vinculis reseruati ad grauius supplicium, in magno illo die ipsis infligendum, ita *Achab & Iesabel Nabothi* sanguinem curarunt effundendum, eorum sanguis iterum est effusus, quem canes lamberunt iuxta Prophetiam *Elia, 1. Reg. 22. 2. Reg. 9.* 2. *Obserua.* Verbi vis est magna prædicati à seruo Dei legitimè vocato, quanto maior eiusdem efficacia futura cum in illo illustri aduentu Christus ipse viuam vocem editurus est, quo morte repentina corripientur impij, & tanto percellentur terrore, vt dicant montes cadite, atque nos occulcate ab ira Agni. 3. *Obserua.* Impij antequam sciuerint, decidunt, atque extinguntur. Vide in *Athalia* interitu, *2. Reg. 11. Antiochi, 2. Mach. 9. Herodis, Act. 12.* aliisque multis. Verum evadit illud *Iobi* dictum, qui viuunt in voluptatibus momento in infernū descendunt, qui dicunt Deo nolimus cognitionem viarum tuarum: sed addo, non esse omnes illos in impiorum numerum reiiciendos, qui repentino moriuntur, cum *Iosias* Rex pius in bello subito fuerit occisus, & *Zuinglius* in *Helvetico* occubuerit: alijque multi viri pij subita morte sint extincti. Proinde hic concludendū beatos esse qui in Domino moriuntur, quocumque mortis genere defungantur. Porro dictum Petri impletur, effertur, enim *Sapphira*, atque sepelitur

sepelitur apud maritum. *Obserua.* Verbum Domini nunquam non implebitur, cuius ne vnum quidem jota in terram deciderit minus perfectum, siue misericordie illud sit, siue iustitie. Quare, qui ad gratiam in Christo participandam vocantur, & ad gloriam destinantur, certo sciant illud promissum confectum iri: & iterum, qui in peccatis versantur, sine vlla syncera ad Deum conversione, sibi persuadeant illud *Isaiæ* verificandum peccatori vel centum annos agenti, tandem divinam maledictionem esse infligendam. 2. *Obser.* Corporis locatio in terræ visceribus aut inhumatio admonere nos debet peccati. Etenim est ignominiosum creaturam tantam, atque talem in terram iniici, nisi peccatum id procurasset à iusto Deo, vt sepeliatur, atque in putredinem dissoluatur. Quod tamen Christi sepultura beneficio cedit in nostrorum corporum vtilitatem, quæ quidem in illustri illo aduentu expurgabuntur omni corruptibilitate, & ornata incorruptibilitate glorioso corpori filij dei evadent, conformia, *1. Corint. cap. 15. Phil. cap. 3.*

*Vers. 11. Effectum.* Timor Ecclesiam, & omnes audientes occupat; Ecclesia afficitur filiali timore, reverentiaque Divini Numinis, mali terrore percelluntur, Et qui nondum erant in Ecclesiam asciti perpellantur huc sese recipere. *Obserua.* Disciplina in officio retinet bonos, malosque: grati simus Deo propter disciplinam in Ecclesia Scotiana stabilitam, quam Satan, eiusque organa scelerosa velint profligare. 2. *Obserua.* verificatum illud *Iobi 20.* eximium dictum: Gaudium impij citò finitur, lætitiaque hypocritarum durat tantum ad iactum oculi.

*Vers. 12. Act. 17.* Gloriosus status Primitiæ Ecclesie describitur, per Miracula, signaque, & effecta. Miracula iunguntur Evangelio, vt promissum Christi adimpleatur, *Marc. 16. Ioan. 14. Math. 28.* Ecce ego vobiscum sum ad sæculi consummationem.

2. Vt Authoritas concilietur Apostolis, eorumque fides stabilietur, attentiores sint auditores, & Evangelij veritas elucescat, eiusdemque divinitas comprobetur. Porro, *Συμεία* sunt quæ Divinam potentiam adumbrant in ijs quæ curari possunt *τεράτα* sunt, quæ fiunt præter naturæ cursum, vt resuscitatio *Lazarii* demortui, *Ioan. 11. & ευτυχῆ Act. 20.* à Paulo Domini instrumento facta. Et hæc sunt duum generum. 1. Quædam officio



Christi propria ut quæ sanitatem adferunt: venit enim, ut sanat, non destruat. 2. Accidentalibus, ut ita dicam, ut percussio *Ananiae* & *Sapphiræ* morte repentinâ. Omnia huc tendunt aut ad præparandum populum, qui Euangelium amplectatur, aut amplexum confirmet. Primum proponuntur in genere, postea in partibus distinguuntur ratione locorum in quibus, & personarum, quæ curantur. 3. *Quomodo*. οὐρανῶς per manus scilicet Apostolorum *Observa*. Apostoli tantum sunt superioris manus ac potestatis organa, cap. 4. & 3. Inquit Petrus, *In nomine Iesu Nazareni, Surge, & ambula.* & cap. 4. attribuit operationem illam sanati *Claudi* Christo. *Obser.* Pij dant gloriam Deo operis cuiuslibet boni, & effecti. Impij vero viribus suis gloriantur, de quæ se multum vibrant, ut legere est *Act. 8.* de *Simone Mago*, qui voluit dici virtus Dei magna, & ut est apud *Iustinum*, & *Epiphanium*, sibi statuam Romæ erigi, ac præstitui. 4. *Vbi*. nimirum apud populum. *Obser.* Veritas non quatit Angulos, sed qui malè facit, odit lucem, *Ioan. 3. 5.* effecta, vel attingunt fideles, aut à fide Christi alienos. Primum effectum in fidelibus. est. ὁμοθυμαδὸν perseverant in porticu *Salomonis*. Notemus in illis tria, scilicet, Perseuerantiam, Concordiam, Zelum, & quamuis Euangelij hostes sint ipsis interminati, non desistunt, sed conveniunt in porticu *Salomonis*, quo docemur nullo discrimine, nullis hominum minis ab officio obeundo desistendum. Cæterum, Summa Curia erat tripartitò distincta, 1. *Reg. 6. 2. Cro. 4.* Lapidibus pedolatis, mensisq; Cedrinis. Prima Curia ad Occidentalem vocatur Tèplum. 2. Curia interior, in quâ solebant Sacerdotes ingredi, ubi erat Altare holocausti 20. cubitorum altitudine, totidem latitudine, Decem lebetes, & Mare. 3. appellabatur magna Porticus, & sic *Salomonis*, per quâ solebat *Salomon* ingredi in Templum: Còsuevit vsurpari pro Templo, apud *Math. & Ioan. 2.* Hinc eiecit Christus Vendentes & Emétes. *Obser.* Tamen si locus Religionis consecratus, prophanetur, & polluat idololatriâ, possit tamen à pijs frequèntari, ibiq; verbum prædicari, pietatisq; exercitia celebrari. Sed si conferas hac tempestate professores cum hac Ecclesia primitiua, reperias paucos, qui eam adæquent in Constantia: omnes penè laborant hypocrisis, putantque Religionem esse quid ἀδιαφοροῦ maximè hij, qui Idololatriæ corporum præsentiam faciunt, inquietes reseruire se cor Deo. Còtra sen-

tit Deus apud Apost. *Rom. 10.* Corde creditur ad iustitiam, ore fit confessio ad salutem, *Math. 10. & Marc. 8.* Qui me negarit coram hominibus, Ego eum coram Patre meo, qui est in cælis. Horum praxin habuimus non abhinc diu, Quod si sub capitis pœna sagris conventibus nobis interdiceretur, quanta tum raritas, & supinitas, cum ad imminentis periculi leuiusculam rumusculum, simus adeò terrore perculsi: Addat nobis Dominus animos nulla ut habita ratione circumstantiarum piè & fideliter munus nobis impositum in sacris conventibus & comitijs maximè obeundum adimpleamus. *Observatio*. Concordia maximè necessaria ad ampliandum Christi Regnum, atque zelo gloriæ Dei, quo hi flagrant, dum in locum publicum sese recipiunt, ut verbum audiant, & ædita miracula videant. Contra fit à plerisque nostri temporis pristinum zelum deserentibus. Verum longè aliter sese res habuit in reformatione & instauratione ecclesiæ. Tãto concursabāt & còfluebant numero ut templum vix quiverit auditores capere. Iam diebus hebdomadarijs vix ne ceteris quidem videas in domo Dei, verificatur illud hac ætate, quod de *Ephesina* & *Laodicensi* Ecclesia prædicat Christus cœlitus, Pristinum amorem & zelum reliquisti, & evasisti χλιάρῳ in religione, *David* secus existimavit, cum gaudius dicatur, cum dicerent, adeamus domum DEI, *Psal. 122. & Psal. 84.* quam amabilia duxit Iehouæ tabernacula. 2. *Observatio*. Anabaptistæ hic refutantur, qui sacros conventus auersantur, quos si tollas, nullus locus relinquetur visibili Ecclesiæ in terris, cum in ijs verbum purè doceatur, Sacramenta legitimè administrantur, Disciplina syncerè exercentur.

*Vers. 13.* Effectum, ratione alienorum à fide Christi: non audent κολλᾶσθαι αὐτοῖς, id est, ipsis adhærere: ἀλλ' ἐμεγαλυνεῖ αὐτοῖς ὁ λαός, magnificabat eos plebs, id est, magnis laudibus efferebat. Vide *Luc. 1. 46. 1. Observatio*. Christo tantum agglutinari solent, qui electi, & divinitus sunt vocati ad gratiã. 2. *Obser.* Tanta in pijs relucet maiestas, qua Dei imaginè referunt, ut impij coerciti ne ijs quidè possint nocere: Sic *Saul* formidavit *Davidem* propter Domini in eo coruscantem imaginem, sed *David* *Saulè* propter Satanæ quam ferebat imaginè. Vide tempore *Traiani* persecutoris opera *Plin. secundi* multis pijs parsum, *Euseb. lib. 3. 3.* Qui sunt Christi, ita agglutinantur, ut dissolui nequeant villo nomine, *Ephes. 5.*



Dicitur de marito & vxore, ita etiam de Christo atque Ecclesiâ. Itaque ista coniunctio est æterna, cum omnes aliæ terrenæ sint dissolubiles: Hanc itaque fidei nexu strictè, arcè que retineamus ad salutem vitamque æternam. 4. *Observat.* Vera Ecclesia non habet hypocritas, vt membra sunt quidem in Ecclesia, sed ex Ecclesia nequaquam, *Ioan. 2. 2.* effectum. Laudibus efferunt Apostolos. *Obser.* Illud Iehouæ dictum apud *Samuelem 2. cap* comprobatur verum, honorantes, scilicet, Iehouam honoratum iri, contemptores verò Iehouæ leues fieri. Exemplum est in *Da-uide*, Deum honore afficiente per diuinam gratiam ad Regnum Israeliticum tandem euecto: Alterum exemplum in *Nabuchadnezare* Iehouæ fastiditore è Regio throno deturbato, & ad Bestias ablegato septennium. *Obser.* Legitima functio vocationis nostræ, est apertissima via ad honorem.

*Vers. 14.* Ecclesiæ incrementum, vbi observa iterum vim & efficaciam Evangelij, quod verè ab Apost. dicitur, *Rom. 1.* Potentia Dei in salutem omni credenti. 2. *Obser.* Regnum Christi est vtriusque sexus capax, patetque fidelibus omnibus, cuiuscunque sint status, ordinis, aut conditionis, *Gal. 3. Colos. 3.* 3. *Observatio.* persecutio non potest retardare Evangelij cursum, cum Spiritu Sancto per verbum operante, minimè subiecto tyrannorum atrocitati promoueatur.

Signa quæ ab Apostolis eduntur per partes, & miracula di-  
viduntur locorum, atque personarum ratione. *Ierosolymis* produ-  
cuntur egroti grabbatis, lectulisque. Sed quod dicitur de Petri  
umbra, ne putes vllam vim ægrotos sanandi vmbtæ illi inuisse,  
at Christum vsus hoc leuissimo medio, vt intelligamus, quo-  
nam modo in huiusmodi leuiusculis suam potentiam queat exe-  
rere. Papistæ perperam hic colligunt multo magis sanare posse  
Petri ossa & vestimenta, attribuentes medijs, quod proprium est  
virtutis Christi, *Luc. 6.* Dicitur non ex Christi Tunica, sed ipso  
Christo emanasse vim egrotæ sanatricem: volunt præterea hæc  
adorari in domini nostri gloriæ summum præiudicium. Verum  
hæc præstita Christi virtute non arguunt, Potentiam vllam in  
Apost. aut medijs quibuscunque, sed Evangelij potentiam indi-  
cant, confirmantque talem in dei filio Mediatore, ac Redemp-  
tore nostro, quâ omnes nostras infirmitates, & languores cum  
animi,

*COVIN: in locu  
agnoscit in cur  
rationibus  
vmbra Petri  
persecution  
fuisse operato  
cu esset pri-  
uatio sed præ  
sentia Petri  
propter quam  
curabantur  
infirmi tunc  
R. 20. in 2. x  
g. p. 1. p. 186*

animi, tum corporis possit sanare. Sic de Sudario Pauli, *Act. 19.* ex vicinis ciuitatibus in urbem, illata sunt duo ægrotorum genera. Quidam enim morbo, quidam spiritu impuro vexabantur. Impuro verò spiritu vexantur partim qui per prauas cupiditates tentantur, & suggestiones Satanicas ad patrædum malum. Partim *ἐνεργωμένοι*, id est obsessi, *Act. 19.* In quibus Dæmon ita residet definitiuè, vt eo tempore non sit alibi, vtrique curantur, vt videre est in Euangelio, & postea in *Actis.* *Obserua.* Summa. Christus est is, qui in totum nobis medetur, imaginem illam iustitiæ & sanctitatis animis restituendo, corpora conformando glorioso suo corpori, *Phil. cap. 3.* in illo illustri aduentu: & est ille Dominus gloriæ, qui regnat in inimicorum medio, propagatque regnum suum in vitis, & reluctantibus hostibus, quod quo magis premitur, instar palmæ magis attollitur, crescitque.

*Vers 17. ad finem.*

Noua intenditur persecutio aduersus Apost. & Primitiuam Ecclesiam. Apostoli traduntur bis in custodiam, liberantur consilio *Gamalielis*: Extrema in eos crudelitas expromenda reprimi-  
tur, & coercetur. Cæsi tamen verberibus, cum graui intermina-  
tione dimittuntur, ne nomine *I E S V* loquantur amplius; dimis-  
si gaudent, quod digni sint habiti pati pro Christo, à 17. *Vers.* ad  
21. habemus Apostolorum incarcerationem. 2. liberationem. 3.  
obsequium Angelo mandanti vt in templo prædicent verba vi-  
tæ. Incarceratio habet has circumstantias. 1. instrumenta. Sunt  
Sacerdos summus, alijque multi præcipuè, qui erant ex secta  
Sadducæorum. 2. causam impulsiuam internam. Repleti enim  
erant zelo, externa subticetur, verum eadem est quæ *Io.* status  
sui continuatio. 3. modum incarcerationis. Sadducæi à *Tsadukim*,  
nomen sortiti his erroribus fuere implicati ex *Epiphanio*, nega-  
bant resurrectionem mortuorum, vt constat ex Euangelio, An-  
gelos esse spiritus subsistentes inficiabantur, auctoritatem Pro-  
phetarum nisi Moysis admittebant nullam, singularem profite-  
bantur iustitiam. Hi dissentiebant à summo Sacerdote in reli-  
gionis capitibus, morumque dissimilitudine; conveniunt tamen  
in mala praxi, nimirum Apostolorum incarceratione. *Observat.*  
distracti, multisque modis diuisi conspirare solent in facinoribus  
patrandis, vt supra obseruauimus, aduersus Christum, eiusque  
seruos,



seruos, 2. Psalm. Iud. 8. 9. *Abimelechus*, & *Sichemita* ad euerfionem domus *Ierubbaalis*, *Moabite*, *Ammonite*, & *Seirani* aduersus *Iehosaphatū*, populumque dei coierunt, sed Domino dante in mutuam eorum perniciem, 2. *Cron.* 20. Ita etiam *Hispāni*, *Itali*, *Barbari*, *Indi*, *Æthiopes* Religione, moribusque dispares concurrunt aduersus Evangelium, christique regnum prædicatione, disciplinâque amplificatum in *Scotia*, per diuinam gratiam. Papani etiam dissident inter sese multis capitibus, nihilominus tamen concordarunt nimis bene de Protestantibus trucidandis, vt expendere est in perniciosissimis, & luctuosissimis illis insidijs Parisiensibus quibus ex proceribus multi, cum magno numero plebeiorum professorum occubuerunt, quam barbaram, ac nefandam stragem vlcisci cœpit Dominus in Rege illo *Carolo*, cuius corporis omni meatu, vt scribitur dum moriretur sanguis emanauit, quem truculentus ille non potuit concoquere. 2. *Obserratio*. Qui primarij Christi essent fautores, hostes hi esse consuerunt: vt hic videre est atque in papistarum cœtu, illi enim & Iesuitæ nostri temporis pretendunt religionem & sanctitatem, cum tamen sint infesti hostes sincèritati Euangelij, & *Ierimia* tempore, quis inimicior *Ierimia*, quam *Pashur* Sacerdos, & *Ananiah*, *Ierem.* 28. quis *Amozo*, quam *Amozia*, *Amoz.* 7. Impulsiua interna causa. Sunt repleti zelo. Zelus quandoque bonus iuxta illud à Christo citatum, *Ioan.* 2. ex *Pf.* 69. Zelus domus tuæ exedit me, quandoque malus, qui ab *Apost.* *Rom.* 10. vocatur zelus sine scientia, non longè distat ab inuidia, & indignatione, 1. *Corinth.* 3. de hoc hic est sermo. *Obserratio*. Facinorosi suis nefarijs sceleribus, nefandisque causantur zelum, & quisque, quo peccatum oblegat, rationem adinuenit: hostesque Euangelij pietatis fucum, religionisque prætextum.

*Factum*. Incarceratio fit hoc modo. Inijciunt manus, non vtuntur scripturarum autoritate, aut ratione aliqua idoneâ, sed vt factum est Christo, ita & hi faciunt Apostolis, venerunt cum baculis, & fustibus ad apprehendendum Christum. Sic hic. *Obser.* Rationes hostium Christi, sunt manuum iniectio violenta, armisque non rationibus disceptare solent. Vide in *Michaia* Domini propheta in carcerem coniecto paneque afflictionis pasto imperante *Achabo*, lethaliter in conflictu *Aramitico* vulnerato, 1. *Reg.* 22. In *Ieremia* de carcere in carcerem traducto, in *Ioanne* Baptista

Baptista ab impio *Herode Antipa* incarcerato, & tandem mulieris impia sollicitatione scæria & atroci obruncato, deniq; in *Petro* ab *Herode Agrippa* quem Angelus exoluit, & liberauit, *Act.* 12. Adde hanc esse sortem Ecclesiæ, seruorumque Christi, vt nimirum tradantur in carcerem propter veritatis assertionem. Hoc est considerare omni ætate etiam maximè Apostolorum & primitiua Ecclesiæ, qua decem ille grauissima, & atrocissima exorta sunt persecutiones à *Nerone* ad *Constantini* magni tempora anno 300. hoc tempore, *Ignatius Martyr* *Ioannis* Discipulus, à bestijs discerptus sub *Traiano* persecutore tertio, *Polycarpus* igni absumptus & *Dorotheus* 107. annos habens Martyrium passus cum plerisque alijs lege apud *Tertullianum* in Apologetico contra gentes, quæ quantaque, sed omnia falsa in Christianos hostes illi, tyranniq; commenti sunt. Legimus in historia de *Ioanne Husso Pragensi* atrocissimè combusto scientiâ hostium in pium illum martyrem & constantem adeo redundante, vt maiestas Imperatoris, piorum rogationes, *Bohemiorum* minæ atroces illos ab infando illo scelere deterere, & auertere nequiverint: verum itaque imprimis existit illud; cor crudele non satiatur nisi piorum sanguine, quod cedit aliquando in ipsorum hostium perniciem, cum illud verificetur à psalmista exaratum malitiam scilicet, impellere atrocem in suum ipsius interitum.

*Vers.* 19. *Liberatio ex Carcere.*

Instrumentum liberationis est Angelus creatus non Archangelus ille fœderis de quo, *Exod.* 23. & *Malach.* 3. hic est substantia incorporea, inuisibilis, subsistensque contra *Sadduceos* cuius officium est cura Dei, thronum laudis Dei omnipotentis canere, *Isa.* 6. *Dan.* 7. *Apoc.* 4. Nec non actutum exequi imperata *Iehova* ac primum hostium Ecclesiæ ratione immorigerum, rebellemque populum diuina potentia prosternere vt legere est, *Exod.* 11. de primogenitorum *Ægyptiorum* cæde, & exercitus *Sinnacheribi* Regis *Assyriorum*, de *Herodu* repentina morte vernibus corpore erepentibus arrosi, *Act.* 12. Respectu Ecclesiæ has obeunt partes Angeli boni in hac vita periculis educunt, vt *Lothum Sodomâ*, tuentur, & conseruant pios vt *Danielem*, *Dan.* 6. à rabie Leonum circa Sanctos Deique dilectos tentoria figunt, *Psalm.* 34.



In morte piorum animas in cœlum concomitantur, *Luc. 16.* & in illa Domini ἐπιφάνεια potentes illi Spiritus veniunt cū Christo, cogentque electos à quatuor mundi plagis, *Math. 25.* *Observatio.* Dominus nunquam non suorum gerit curam, etsi in arctis rebus videantur Divina ope destituti: Qui custodit Israelem non dormitat, secreta sua virtute adest, ad ipsos, si incarcerentur, & vinculis implicentur, explicandos & expediendos. 2. *Observ.* *Aperuit fores.* Nihil naturale, aut arte factum divinæ potestati valeat obistere, sed omnes res creatas Creatori ad nutum oportet cedere: Mœniâ *Ierechuntina* urbis per Divinam potentiam clangore buccinarum arietinarum facto ceciderunt. Mare rubrum populo *Israelitico* Dei gratiâ cessit pergenti securè, quod rediens Domini manu *Ægyptios* adobruit. Aquæ *Jordanis* retro properarunt, ut tutè transiret populus Dei. Petra etiam in deserto percussa effudit aquam. Longum esset recensere omnia. Expende trium illorum puerorum in fornacem coniectorum liberationem, *Dan. 3.* & ipsius *Danielis* conservationem à sæuis illis Leonibus, *Dan. 6.* Quare in hanc Creatoris summam, supremâ, & absolutam potestatem, certa fiducia recumbamus. Huic praxi habes similem 12. *Act. de Petro. eduxit.* 3. *Observ.* afflictiones Ecclesiæ, seruatorumque Dei sunt temporaria; Non finit Dominus impiorum virgam in pios diu requiescere, ne ad malum extendant manum, *Psal. 125.* Ite. Idem dicit Angelus, quod Christus *Math. 28.* Ite, *Prædicate Evangelium*, si aliam vocem ederet, esset Angelus, iste Anathema. *Observatio.* Evangelion est prædicandum per Pastores legitime vocatos, *Ephes. 4.* & vel hoc nomine, cū fides sit ex verbi auditione, quæ Christum apprehendit, eiusque iustitiam acquisitam ad salutem, & vitam æternam. Appellatur verò Evangelium hic verbum vitæ, Cuius Iesus Christus ipsissima vita est Author, & subiectum, *Ioan. 14. Colos. 3.* Dicitur & virga oris Domini, quia Evangelio ut sceptro Rex gloriæ Regnum suum spirituale gubernat; Brachium etiam Domini, *Isa. 53.* quia per Evangelium tanquam per porrectum brachium ex omnibus locis, & ordinibus hominum colligit primum in Ecclesiam electos suos, postea in cœlis glorificandos. Regnum quoque cœlorum, *Mat. 13.* cū viam ad regnum sit: Evangelium etiam Regni, *1. Marc. Potentia Dei, 1. Rom. 16. Verbum reconciliationis, 2. Cor. 5. Verbum gratiæ*

gratiæ, *Ephes.* & gloriæ, *1. Timoth. 1.* Vbi. In Templo, loco prædicationi verbi, & orationibus Deo nuncupandis idoneo, quem pij frequentarent stas temporibus ad audiendum verbum salutis, atque precandum. *David* maximo desiderio capiebatur Tabernaculorum Domini, *Psal. 84. & 122.* At quanto dolore afficiebatur quod exul in tentorijs Cedarinis habitaret, *Psal. 120. 21. Vers.* Obtemperant Apostol. fide & *παρρησια* freti: ingressique Templum docent. *Observatio.* Soluti vinculis, liberati que periculis pastores munus sibi divinitus impositum obirent. *Moses* fideliter Iehouæ mandatum est executus ad *Pharaonem* quem nō timuit, propterea quod viderit eum, qui est invisibilis. Item *Elias*, tametsi atrocissima *Iesabel* ipsi Prophetæ gravissimè fuerit interminata, horum, aliorumque Prophetarum praxin pij & fideles Pastores imitentur. 2. *Observ.* Piorum preces exauditæ. Ut *Anna, 1. Sam. 1. Ezechia 48. Isa. Iosua 10. Cananitidis Math. 15.* Multū itaque valet deprecatio iusti efficax *Iacob. 5. 16.* 3. *Observ.* Christi priuilegium est singulare, Regnat enim ille in medio inimicorum, atque regnabit donec posuerit inimicos scabellum pedum, *110. Psal. 4.* *Observ.* Impij & scelerosi sunt incurabiles, ut *Pharao*, hique hostes Christi, seruatorumque eius. 5. *Observ.* consolatoria eramus omnes quondam diabolo, & peccato mancipati, detentique in carcere, donec Angelus ille fœderis Iesus Christus filius Dei nos redemit, pretiumque redemptionis nostræ persoluit patiēdo, legemque perfectè præstando.

*Vers. 21. ad 27.* Pergunt inimici Regni Christi, Pontifex nimirum Maximus, & cum eo ex secta Sadducæorum concilium conuocant, & vniuersum Senatū filiorum Israelis, determinantque quid faciendum (scilicet) mittendos esse ministros, qui apporent incarceratos, at eos in carcere non inveniunt, quo audito, dubitant, quo res sit evasura; Tandem adest alius nuntius, qui in Templo eos populo prædicare refert: Tunc præfectus templi, & officiales sine violentia adducunt Apostolos, quia metuunt, ne à populo lapidibus obruantur. *Observa.* Penes Pontificem, statumque Ecclesiasticum manet jus conuocationis, & quanquā iurisdicção ecclesiastica passa sit corruptionē multis modis, manet tamen quadantenus potestas summi Sacerdotis: vide *Deut. 17. & Numer. 11.*



2. *Obsery.* Externa gubernationis forma nequaquam efficit iudicationem legitimam. Itaque Papistarum administratio non est legitima, tametsi formam retineant. Proinde illi nihil administrationis puræ attribuendum, cum iudiciū ferendum de ecclesiasticis gubernationibus sit penes verbum. Et quod nonnulli vrgent de generalis concilij conuocatione ad dirimendum cōtrouersias inter veram Ecclesiam & papisticā nobis arrideret, modo legitimè convocaretur, personæque coactæ essent sanctæ, erroribusque minus implicatæ: Sed concilia papistarū sunt multis erroribus obnoxia, necnon personæ spurcæ, & abominabiles, Decretaque atrocia, vt Concilij *Tridentini* acta præ se ferunt de conuocandis omnibus Iesum Christum verè profitentibus, quod est executioni mandatum in nefanda illa strage Protestantū *Parisij* ædita, quam Dominus in Regibus Fræcorum vlcisci cœpit, alijsque non obscuro loco, sed atrocissimis persecutoribus, pergetque vindictam exercere in reliquos constituto tempore *xgr. v. d. oxlar.* *Determinatio*, mittunt pro incarceratis, vt adducantur: Sunt illis similes de quibus *Isa. 29.* qui somniantes comedunt, & cum euigelarint, stomachum reperiunt cibo vacuum, sic sunt illi, qui dimicant contra montem Sionis. *Serui mittuntur. Obserua.* Sunt in promptu Satanæ organa, ad exequendum quod malum est; vide in apprehensione Christi. Sed divinā gratiā plerunque non assequuntur quod instituire; nam in carcere offendunt neminem, ita impiorum conatus recidit in nihilum. Sic *Pharaonis* populum Israeliticum persequentis, & *Symacheribi* magna phalange *Ierosolymam* cingentis; sic *Antiachi*, qui conclusit apud se *Ierosolymam* locum esse destinatum corporibus inhumandis; sic *Herodis Antipa*, qui Petrum incarcerauit vinculis ab Angelo solutum, & denique *Aramitarum Eliseum* Prophetam persequentiu, primum occæcatorum, perlatorumque *Samaritam*, & traditorum in inimicorum manus: Solet ita Iehoua deridere, atque deludere improbos improborum conatus. 22. *Vers. Renuntiant*, vt res se habet: carcerem inueniunt quā tutissimè clausum, sed ibidē neminē: nulla arte, nullo astu, nullo deniq; hominis ingenio liberatur, sed diuina potentia per ministeriū Angeli. *Obserua. Breuis.* Omnia creata oportet cedere Creatori. 2. *Obser.* Testes efficiuntur veritatis, virtutisq; diuinæ, quibus hostes sunt vsi ad suum institutū perficiendum: ita evenit seruis missis à Phariseis, *Ioa. 7.* ad Christū apprehen-

hendendum: quos Christus ita apprehendit vt renūciarint se nūquam audiuisse talem: ita satellitibus deputatis ad custodiendum sepulchrum Christi, *Mat. 28.* Ita *Pharaoni*, apud quem *Moyse* populi liberator est educatus: Ita *Balaaco Moabitarum Regi*, *Balaamum* conducenti ad maledicendum populo, qui cōtra eundem benedixit, *Num. 23.* & deniq; *Achabe*, qui *Eliam* ipsi maximè exosum reueritus est. Proinde dei providentiam reuerentur, & hinc rebus in arctis petamus consolationem. addo Deum ex mera gratia hominum corda aperire, vt qua diaboli seruitute eximantur, iustissimeq; indurare obfirmatorum corda, qui diuinæ gratiæ, voluntatiq; exequendæ omnem aditum rebellionē sua præcludunt. *Vers. 24.* Dubitatio Concilij, quo res sit evasura. *Obser.* Mirabilia Dei opera reddere solent impios saltem prima fronte attonitos, & dubitabūdos, vt *Pharaonem*, qui contumacior aduersus Dei voluntatem, tandem in profundum est demersus. 2. *Obser.* vt impiorum accrescunt peccata, sic proportione diuina iudicia pleno cyatho in rebelles, & peruicaces effundēda. *Vers. 25.* Alter adest nuntius grauiora narrans Apost. nimirum prædicare in Templo. *Obser.* Verbum dei (nequit) vinciri: corpora Dei permisso tradi possent in manus impiorum, sed verbū Domini semper manebit liberum, 2. *Timo. 2.* *Vers. 26.* A Duce, alijsq; afferuntur Apost. sine vi. *Obser.* Impij non retardantur, vt multa diuina videant, sed in malo proposito persistunt; & quo magis relucet Christi virtus, eo magis insaniunt, & furore exæstuant, aut blandè irretire student bonos. 2. *Obser.* Qui Deum creatorem non timent, coguntur metuere creaturā: quiq; omniū iudicem non verētur, coguntur vereri subditos. 3. *Obser.* Servi Christi non sunt seditiosi, & truculenti, sed mites, atq; modesti. *David* noluit in *Saulem* manus iniicere, tametsi eum potuerit sapius è vivis tollere. Sic *Ambro. epist. lib. 5. epist. 23. ad Auxent.* longè aliter sese habet, quàm vulgò loquitur. Dei serui & verbi Ministri, abhorrent à seditione, atq; factionibus. sequunturq; Agnum illum dei immaculatū Iesum Christū, qui instar ovis ductus fuit ad maetationē. 4. *Obser.* Impij operibus suis scelerosis legem, formāq; iustitiæ & sapientiā prætexunt, vt hi hostes regni Christi, sic *Pharao* inquit, *Agamus* sapiēter, sic *Haman* cōsiliū prensat in Cōcilio Regio de conuocandis Iudæis omnibus vno die. Sic *Iesabel* de *Nabotho* occidendo propter vineā:



2. *Obserrv.* Externa gubernationis forma nequaquam efficit iudicationem legitimam. Itaque Papistarum administratio non est legitima, tametsi formam retineant. Proinde illi nihil administrationis puræ attribuendum, cum iudiciū ferendum de ecclesiasticis gubernationibus sit penes verbum. Et quod nonnulli vrgent de generalis concilij convocatione ad dirimendum cōtrouersias inter veram Ecclesiam & papisticā nobis arrideret, modò legitimè convocaretur, personæque coactæ essent sanctæ, erroribusque minus implicatæ: Sed concilia papistarū sunt multis erroribus obnoxia, necnon personæ spurcæ, & abominabiles, Decretaque atrocia, vt Concilij *Tridentini* acta præ se ferunt de contrucidandis omnibus Iesum Christum verè profitentibus, quod est executioni mandatum in nefanda illa strage Protestantū Parisijs ædita, quam Dominus in Regibus Fræcorum vlcisci cœpit, alijsque non obscuro loco, sed atrocissimis persecutoribus, pergetque vindictam exercere in reliquos constituto tempore *χρτ' εὐδοξίας*. *Determinatio*, mittunt pro incarceratis, vt adducantur: Sunt illis similes de quibus *Isa. 29.* qui somniantes comedunt, & cum euigelarint, stomachum reperiunt cibo vacuum, sic sunt illi, qui dimicant contra montem Sionis. *Serui mittuntur.* *Observa.* Sunt in promptu Satanæ organa, ad exequendum quod malum est; vide in apprehensione Christi. Sed divinâ gratiâ plerunque non assequuntur quod instituere; nam in carcere offendunt neminem, ita impiorum conatus recidit in nihilum. Sic *Pharaonis* populum Israeliticum persequentis, & *Symacheribi* magna phalange *Ierosolymam* cingentis; sic *Antiochi*, qui conclusit apud se *Ierosolymam* locum esse destinatum corporibus inhumandis; sic *Herodis Antipæ*, qui Petrum incarceravit vinculis ab Angelo solutum, & denique *Aramitarum Eliseum* Prophetam persequentiu, primum occætorum, perlatorumque *Samariam*, & traditorum in inimicorum manus: Solet ita Iehoua deridere, atque deludere improbos improborum conatus. 22. *Vers.* *Renuntiant*, vt res se habet: carcerem inueniunt quâ tutissimè clausum, sed ibidè neminè: nulla arte, nullo astu, nullo deniq; hominis ingenio liberatur, sed divina potentia per ministeriū Angeli. *Observa. Breuis.* Omnia creata oportet cedere Creatori. 2. *Obserr.* Testes efficiuntur veritatis, virtutisq; divinæ, quibus hostes sunt vsi ad suum institutū perficiendum: ita evenit seruis missis à Phariseis, *Ion. 7.* ad Christū apprehen-

hendendum: quos Christus ita apprehendit vt renūciarint se nūquam audiuisse talem: ita satellitibus deputatis ad custodiendum sepulchrum Christi, *Mat. 28.* Ita *Pharaoni*, apud quem *Moses* populi liberator est educatus: Ita *Balaaco Moabitarum Regi*, *Balaamum* conducenti ad maledicendum populo, qui cōtra eadem benedixit, *Num. 23.* & deniq; *Achabe*, qui *Eliam* ipsi maximè exosum reueritus est. Proinde dei providentiam reuereamur, & hinc rebus in arctis petamus consolationem. addo Deum ex mera gratia hominum corda aperire, vt qua diaboli seruitute eximantur, iustissimeq; indurare obfirmatorum corda, qui divinæ gratiæ, voluntatiq; exequendæ omnem aditum rebellionē sua præcludunt. *Vers. 24.* Dubitatio Concilij, quo res sit evasura. *Obserr.* Mirabilia Dei opera reddere solent impios saltem prima fronte attonitos, & dubitabūdos, vt *Pharaonem*, qui contumacior aduersus Dei voluntatem, tandem in profundum est demersus. 2. *Obserr.* vt impiorum accrescunt peccata, sic proportione divina iudicia pleno cyatho in rebelles, & perucaces effundēda. *Vers. 25.* Alter adest nuntius grauiora narrans Apost. nimirum prædicare in Templo. *Obserr.* Verbum dei (nequit) vinciri: corpora Dei permisso tradi possent in manus impiorum, sed verbū Domini semper manebit liberum, 2. *Timo. 2.* *Vers. 26.* A Duce, alijsq; afferuntur Apost. sine vi. *Obserr.* Impij non retardantur, vt multa divina videant, sed in malo proposito persistunt; & quo magis relucet Christi virtus, eo magis insaniunt, & furore exæstuant, aut blandè irretire student bonos. 2. *Obserr.* Qui Deum creatorem non timent, coguntur metuere creaturā: quiq; omniū iudicem non verētur, coguntur vereri subditos. 3. *Obserr.* Servi Christi non sunt seditiosi, & truculenti, sed mites, atq; modesti. *David* noluit in *Saulem* manus iniicere, tametsi eum potuerit sapius è vivis tollere. Sic *Ambro.* epist. lib. 5. epist. 23. ad *Auxent.* longè aliter sese habet, quàm vulgò loquitur. Dei serui & verbi Ministri, abhorrent à seditione, atq; factionib. sequunturq; Agnum illum dei immaculatū Iesum Christū, qui instar ovis ductus fuit ad mactationē. 4. *Obserr.* Impij operib. suis scelerosis legem, formāq; iustitiæ & sapientiā prætexunt, vt hi hostes regni Christi, sic *Pharao* inquit, *Agamus* sapiēter, sic *Haman* cōsiliū prensat in Cōcilio Regio de cōtrucidandis Iudæis omnibus vno die. Sic *Iesabel* de *Nabotho* occidendo propter vineā:



sic aulici apud *Darium* de *Daniele* extinguendo, ita *Iudai* de *Domino* vitæ crucifigendo. Ut ut ita sit, Ecclesia tamen liberatur, & sub cruce triumphat in principe illo gloriæ crucifixo, qui cum si patiamur, regnabimus, 2. *Timoth.* 2. 5. *Obfer.* Temporibus maximè deprauatis diuinâ gratiâ habet Ecclesia suos fautores *Achab* idololatræ miserando tempore extitit *Obadiah* Prophetarum fautor, atque nutricius, *Pharaonis* populi Dei persecutoris Regis filiam, quæ *Moyfen* in viuis conseruatum, curauit educandum, obstetrices etiam, quæ diuino instinctu infantes Israelitarum in vita conseruarunt: necnon *Plinium Secundum*, qui *Iudex* sub *Traiano* persecutore tertio scruitiam aduersus Christianos retardauit, imò tantus existit Dei amor in Ecclesiam, ut hostium iram non modo ab eadem auertat, sed in eam eorum animos leuiter inclinet: expende in praxe *Nebuchadnezaris*, seruique eius in *Danielem*, & tres illos pueros: & etiam cum cæli volatilibus, bestiisque; agri in gratiam suorum fœdus inire feratur, *Ose.* 2. 18. *Apportantur.* *Observatio.* Hæc est communis fors membrorum Christi, seruorumque eius, ut ab afflictione vna transferantur in alteram. Sic est actum cum Prophetis, Patriarchis, piisque; omni ætate; adeò ut vnus afflictionis finis sit alterius initium: feramus itaque hunc statum æquis animis præsertim cum hoc modo mortificetur Caro, extinguatur peccatum sensum, rerumque mundanarum miseranda sitis, conformemurque Christo capiti, cum quo si moriamur, viuemus, 2. *Tim.* 2. *Sistuntur*, uti prædixit Christus. *Obserua.* Verbum Christi stat firmum, fixumque. Vnde petenda consolatio cum omne Dei verbum sit implendum, & ut promissum *περι ενσαρκωσεως* filij Dei est perfectum, ita præstabitur de illustri eius aduentu ad nos glorificandum, *Ioan.* 14. Quicquid etiam de remissione peccatorum, de resurrectione, vitaque; æterna spondit Dominus, ne dubitemus completum iri.

*Vers.* 28. Duo Apostolis impinguntur crimina. 1. Est contumacia. Nunquid inquit Pontifex *παραγγελια παραγγελαμεν*, ne doceretis nomine isto nimirum Iesu Christi. 2. Est grauis seditio. His verbis, sed ecce repleuistis *Ierosolymam* doctrinâ vestrâ, & vultis super nos inducere effusum sanguinem hominis istius. 1. *Obserua.* Hic Pontifex tyrannum se præbet, quod in Apostolos vsurpet absolutam potestatem, quid is imperandi siue verbi regula:  
huius-

huiusmodi facere consueuerunt Papistæ, qui arrogat mirabilem quandam potestatem vel detrudendi animas in tartara, vel ab eisde retrudendi. Habent hoc in ore legum vinculis soluti Principes sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Quid abominabilius hoc mandato, ne scilicet prædicent nomine Iesu. 2. *Obfer.* Malitia huius est singularis, cum eodẽ exitio conentur inuoluer genus humanũ, cum cursu prædicandi Euangelij præpedito, via vitæ, æternæque; saluti præcludatur: in hoc enim nomine salus continetur, iuxta illud Angeli dictum, vocabis nomen eius Iesum, quia seruatorus est populum à peccatis: hinc nominatur familia, quæ est in cælis electorum: hoc nomen est dignitatis, *Philip.* 2. dedit ei nomen supra omne nomen, ut omne genua flectatur, id est, ut omnes hunc pro Principe agnoscant, coram cuius tribunali sunt sistendi, *Rom.* 14. *Repleuistis Ierosolymam vestra doctrina.* Hic crimen seditionis notatur. *Obserua.* Impij amplificationem Regni Christi per synceram Euangelij prædicationem vocant seditionem. 2. *Obserua.* Verbum Dei est efficax, atque viuum, *Hebr.* 4. *Isa.* 55. & eo, quo vult Dominus, flectit corda, aut iustâ rebellionis pœna indurat peruicaces: addo Ecclesiam hac doctrina, & non alia esse replendam, & vnumquodque membrum mystici corporis Christi hac salute, & gratiâ per Christum parta esse implendum, *Ephes.* 4. omnia replet scilicet gratia non corporali præsentia, *Galat.* 4. Parturio, donec in vobis formetur Christus, oportet vnumquemque ad vitam destinatum impressione huius Iesu, id est, filij Dei merito fide apprehenso seruari. *Et vultis.* *Obserua.* Ante Christum crucifixum cædis nullum sensum habuere occæcati à Diabolo, sed post patratum scelus excitatâ conscientiâ immunes esse volunt. Hinc disce atroces nefandorum peccatorum patratores antequam peccarint, nihili facere, quantum mali incurrant, dummodo crudele institutum assequantur, verum ex quo commiserint, excitata conscientia, nihil habent magis in votis, quam, ut exoneretur. Sine omni sensu *Adam*, *Eua*que peccant, sed ex quo deliquerint, illud conantur obtegere, cumque; patrati sceleris ratio exigitur, *Adam* in *Evam* culpam reijcit & *Eva* in *Serpentem*. Audias homines nonnullos dicere hac tempestate velle se esse in inferno modo potirentur voto atque vltionem reportarent de ijs, quos oderunt: verum post commissum faci-



nus, quanto torquentur angore, conscij nouerunt. Agnoscuntque sanguinis effusores certum ipsos supplicium manere. 2. *Obserua.* Pretium peccatorum est sanguis filij DEI, imò ipsius DEI per *χοιρώνιας ἰδιωμάτων*: proinde nihil loci relinquitur meritis humanis assertis à Papistis, qui etiam in salutis negotio iungunt opera: At hic sanguis agni Dei immaculati, purgat nos ab omni peccato, 1. *Ioan.* 1. figuratus per sanguinem hircorum, & vitulorum effusum in sacrificijs veteris testamenti.

*Vers.* 29. Petri, atque Apost. responsum ad primum crimen, vbi notandum vnitatem toti Christi Ecclesie esse necessariam, sed maximè seruis eius. Sed responsum est potius obediendum Deo, quam homini: regula obseruanda in subiectorum obedientia erga Reges, filiorum erga parentes, seruorum erga Dominos: hanc *Moses* tenuit apud *Pharaonem*, tres etiam pueri, *Dan.* 3. & ipse *Daniel*, *Dan.* 6. Et *Eleazar*, 2. *Maccab.* 6. septemque filij torminibus affecti, quod suillam carnem contra legem Dei comedere noluerint, Mater denique quæ constantissimè passa est, atque exhortata filium natu minimum ad patiendum constanter. *Obser.* Duo sunt crimina præcipua, quibus grauari solent Euangelij Ministri, contumacia nimirum, & seditio, ita *Moses*, *Elias*, *Jeremias* alijque Prophetæ, & vt est apud *Tertullianum* in *Apologeticum*, Christianis impactum est crimen seditionis, atque tumultuum excitatorum, sed quam falso nouit Dominus: quamquam ab huiusmodi calumniâ absint fidi & pij pastores.

*Vers.* 30. 2. Responsum ad 2. Crimen, quod Apostoli non sunt seditiosi in Doctrina, neq; facto. In doctrina, quia non est noua, siquidem hunc Iesum prædicamus, quem Deus patrum nostrorū excitauit, quasi dicat, hic *I E S V S* *σωτήρ* est communis patribus cum quibus Deus fœdus ferijt, nobiscum. *ἕνεκεν*. Iuxta Phrasin scripturæ intelligi possit de emissionem ad opus Domini; vt dicuntur excitati Iudices & Prophetæ. Vnus ergo est Christus in Paradiso promissus, *Abrahamo*que ex eius semine, clarius ex tribu *Iuda*, specialius *Dauidi* ex fructu lumborum eius, *Psal.* 132. & *Isa.* 7. filius virginis qui vocabitur *Gimmanuel*, quem Angelus, *Math.* 1. cuiusq; matrem disertè designat, & quem *Abraham* oculis fidei videns, gauisus est, *Ioan.* 8. idem Iesus Christus heri, atque hodie & in æternum. Accipi itaque potest, *verbum excitauit*, vel de incarnatione

ne Christi, qui humanam assumpsit naturâ ex fructu Lumborum *Dauidi*, vel de excitatione ad officium propheticum, *Deut.* 18. vult significare hoc responso doctrinam quam proponit, non detrahere legi, & prophetis, sed eandem esse quam patres professi sunt. Proinde relinquitur Apostolos per doctrinâ non esse seditiosos, potest & accipi de excitatione Christi à mortuis. In facto. *Hic verbis*, quem vos suspendentes in ligno interemistis. Planè impingit ipsis innoxij sanguinis iultum crimen. *Observatio.* Disertè, verbisque perspicuis atrocità scelera sunt redarguenda. Vt *Isa.* 1. Principes Israelis rebelles vocantur *Sodoma*, & *Gomorra*, *Ier.* 5. proditores. *Mich.* spin. x. Vt, vt ita sit, nihilominus tamen deprauatissima ætas in quam incidimus, non patitur apertam reprehensionem: sed potius assentatoria audire cupiunt, vt illi *Iudai* apud *Isaiam* 30. & illi apud Apost. 2. *Tim.* 4. qui habentes aures prurientes à vero auertunt, fabulisque dediti coaceruant sibi Doctores. *Obserua.* Vt Serpentis exaltati in deserto intuitu sanabantur à Serpentibus vulnerati, ita Christus suspensus in ligno sanat nos vulneratos à Diabolo, peccatoque, liberatq; à maledictione, factus pro nobis maledictio, sanguine etiâ crucis suæ purgat nos, purificatq; conscientias inchoatinè, post perfectè. Sit in hac cruce Christi cum Apostolo nostra gloriatio, quæ est gentibus stultitia, & *Iudais* offendiculum: cuius tamè virtute in Dei patris cõmunionem admittuntur. *Vers.* 31. Sequitur exaltatio filij Dei. Pater eum *ὁψωρε*. *Obser.* Deiectionem sequitur exaltatio: diuinitus est constitutū, vt glorificandi humiliatione primū conformentur Christo, pergendum siquidem nobis est per afflictiones multas in regnum cœlorum, *Act.* 14. hinc consolatio, quod tametsi diuexemur, varijsq; procellis turbarum agitemur, latum, iucundumque exitum sumus habituri, principisq; societate in æternum gauisuri, qui quidem Princeps, pacis & Rex gloriæ imperium habet in omnia diffusum iure, vt ita dicā, naturali, & titulo, quo est filius æternus ab æterno patre genitus secunda trinitatis persona per totius diuinæ essentia cõmunicationem: ita hæres dicitur omniū & mundi, *Heb.* 1. ne *Satanas* quidē hoc Christi imperio eximi debet. Aliud habet regnū titulo magis peculiari in Ecclesia: atq; hoc partim gratiæ in hoc mūdo, partim gloriæ hic inchoatæ, futuro perficiendæ, & cõtinuandæ in omnē æternitatē. Huius regni subiecti sunt tantum



tantum electi, in quibus Dominus agit efficaciter per verbum & spiritum, & hoc Regnum est spirituale, caput solum habens Christum, qui dat Ecclesie lucem, vitamque, salutemque: in salutis negotio socium, sociamne patitur neminem, non Mariam matrem, non Angelos, non Sanctos defunctos, non homines vellos cum suis meritis, quæ putida sunt. Sequuntur beneficia ab hoc principe in Israellem collata. 1. Est Pœnitentia non ex sensu pœnæ, ut fuit *Caini*: non hypocritica, ut *Esau*: non temporaria, ut *Achabi*: non desperata, ut *Iuda*: non coacta, ut existit eorum, qui deficiente natura peccare desinunt, sed vera, seriatimque his circumscripta. 1. Cura, ἀπολογία timore, desiderio, indignatione, zelo, ultione, 2. *Cor. ca. 7. Ier. 31.* Secludimus hinc resipiscentiam papisticam, quæ sacramentum esse nequit, cum non sit divinitus visibili signo institutum. Quam ita definiunt, est inquit quando quis habet in corde contritionem propter peccata, quæ confiteatur, & recitat in aurem Sacerdotis missatici; à quo accipiens absolutionem, ei iniungitur, ut talem satisfactionem præstet, quæ accipiens vim à Christi meritis satisfaciat Dei iustitiæ, sed hoc est Christi gloriæ, meritoque; derogare, cum eius meritum sit personale, totaque laus iustificationis, salutisque nostræ ipsi in solidum sit attribuenda. Syncera pœnitentia intrinsecam, & extrinsecam conversionem ad Deum complectitur: atque Dei donum est. *Ier. 31.* Convertite me, atque cœvertar. 2. Beneficium est peccatorum Remissio, quæ merito sanguinis Christi datur duntaxat agentibus pœnitentiam, omnium quidem peccatorum originalis nimirum, actualisque siue omissionis sint, siue commissionis, quare operibus ut causis nullus locus relinquitur in negotio iustificationis: atque hoc beneficio electi tantum gaudent Israelis nomine hic designati, qui vocatur *Rom. 9.* Israel secundum promissum.

*Vers. 32.* Approbatio Evangelij per Christum prædicati, nimirum per Apost. testes, qui à Christo vocati, & constituti sunt, videruntque, & audiuerunt quæ dixit, & gessit: proinde fideles sunt, verèque; testari possunt. 2. Per Spiritum Sanctum in die nominatim Pentecostes dilapsus in Apost. cuius efficaci virtute effectum ut Ecclesie adderentur 330. *Act. 2.* Addo insignes illos tres testes, 1. *Ioan. 5. 1.* Patrem cuius testimonium est partim in ordi-

natio-

natione filij, partim in transfiguratione æditum, hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, hunc audite: ex tribus diuersis scripturæ locis conflatum cuius pars prima est ex, *Psal. 2.* Secunda, *Isa. 42.* Tertia, *Deut. 18.* unde facile apparet quanti sit verbum scriptum apud Deum. 2. Per λόγον, 1. *Ioan. 5. 6. 8. 10.* 3. Per spiritum præsertim tempore Baptismi Christi quo in eum Spiritus Sanctus columbæ specie descenderat. In terra per tres, aquam, sanguinem ex Christi latere lancea percusso emanantem, qua aqua sanctificatio nostra, quo sanguine iustificatio significatur. Et tandem per Spiritum ministerium Spiritus, id est, Euangelium, 2. *Corint. 3.* hisce sex disertè probatur Dei filius Messias Evangelij subiectum.

*Vers. 33.* Effectum in ipsis procreatum. Hoc verbo διεπρίοντο, id est, fredebant: & stridebant instar serræ περιῶν enim est *Serra.* *Observa.* Reprobi sunt incurabiles nullis minis, nullisque modis desistere volunt ab atroce instituto, sed continuo cursu utcumque; secus ipsis videatur astu Satanæ in suum tamen ipsorum caput fabam cudunt, ut animaduertere est in *Pharaone, Antiocho, Herode, Nerone, Diocletiano,* aliisque Ecclesie persecutoribus: iraque irrita impiorum conamina, quæ huc tendunt, ut boni, & fideles serui Christi tollantur è medio, ut in *Achabi* aduersus *Eliam* praxe obseruare possis. Moliantur Satanæ instrumenta vel Christi veros seruos affligere, vel vita priuare, aut solem iustitiæ clarè splendentem in Euangelio nedum obscurare, sed extinguere hoc regno, si fuerimus grati, & obediens, perdet operam, sin minus, metuendum certè ne merito quibusdam è locis regni Christi sceptrum extrudatur: ut olim evenit Ecclesijs orientalibus propter Evangelij contemptum.

*Vers. 34.* Hic habetur *Gamalielis* consilij pars. 1. Qui describitur à nomine, *Gamaliel*, id est, retributio mea Deus fortis. 2. A professione est *Phariseus.* 3. A functione muneris est Doctor legis. 4. Ab honore adiuncto, quo ab omni populo afficiebatur, & denique ab authoritate, qua imperauit, ut seorsum secederent aliquandiu Apostoli. 1. Obseruatiuncula, quisque in vocatione obeunda debet esse sedulus. 2. Qui fungitur fideliter officio, honorabitur. 3. Qui valent authoritate, donisque pollent, sunt idonei ad officium gerendum. 4. Domino facile est ex inimicissimis exci-

Q

citare



citare eos, qui existant fautores, atque patroni causæ suæ, seruorumque. Tempore *Achabi Obadiam*, qui maximè Prophetis fauere: *Ebedmelechum Ieremia* patronum à carcere in carcerem detrusi: ita fecerat *Iehova Reubenem Iacobi* filium natu maximum *Iosepho* inimicum eum tamen in viuis conseruare. Sic *Philistæos* mouit aduersus *Saulem* infensissimos populi DEI hostes propter serui sui *Davidis* liberationem vnde quaque *Saulinis* militibus cincti, 1. *Sam.* 23.

Oratio *Gamalielis* complectitur propositionem, confirmationem, & conclusionem. Propositio vel principalis status est, ne date locum iræ, sed ab his abstinete, ira vt inquit ille furor breuis est, malusque consiliarius: & ira hominis inquit *Iacobus*, non operatur iustitiam Dei. *Augustus* Imperator secum habere consuevit *Athenodorum Philosophum*, qui ei suavit, vt viginti quatuor, literas Alphabeti recitaret, antequam quiduis in ira mandaret executioni. Philosophus etiam quidam noluit seruum iratus percutere ne omnem modum excedere videretur. *Ambrosius* ex quo absoluit excommunicatum *Theodosium* Imperatorem propter horrendam illam cædem *Theffalonica* patratam, iniunxit ei, ne vllum statutum exequendum curaret, antequam triginta dies effluerent: frænemus hanc affectionem, est crudelis inquit *Salo.* *Præverb.* 27. quam si laxaueris, in multa flagitia præceptis abire possis. Præfatio orationis est in verbo attendite. *Observatio.* Malum propositum habentes attendere debent, ne sibi met malum accersant. Confirmatio. Concilium, opusque hoc est aut ex hominibus, aut ex Deo si ex hominibus, dissoluetur, probatio per duo exempla *Theuda* nimirum atque *Iuda*, si ex Deo non potestis in nihilum redigere nisi velitis reperiri *θεομάχοι.* *Vers.* 36. Ante hæc tempora exortus est *Theudas*. Quid fuerit, variant: quidam putant esse eum, de quo *Iosephus* lib. 18. *Antiq. cap.* 20. qui sese venditabat pro Propheta, qui etiam possit *Jordanem* siccare, vt populus valeat transire. Alij hunc *Theudam* Christo antiquiorem dicunt: & alij hunc referunt inter illa exempla seditiosorum apud *Ioseph.* lib. 17. *cap.* 12. quos partim *Varus*, partim *Sabinus* deleuit vtrumque sit constat hunc extitisse, & sine vocatione legitima corrogasse sibi hominum numerum, qui quidem prostratus, & disgregatus est. *Observa.* Auersatores Christi, eiusque veritatis, impostores, & Antichristos recipere, erroresque amplecti

plecti coguntur Deo id iustissimè permittente, *Ioan.* 5. veni inquit Christus nomine patris, sed me nolulistis recipere: venerunt & alij nomine suo, atque hos estis amplexi, & 2. *Theff.* 2. immititur ijs Spiritus efficax delusionis, vt credant mendacio, propterea quod amorem veritatis non receperint, vt salui fierent.

Historia refert *Theudam à Cassio Phado* occisum. *Observa.* Supplicium certum manet turbatores Ecclesiæ Christi. *Iudas* hic *Galileus* etiam periit, numerusque, qui illi adhæsit, disgregatus tempore *Cyreni*, quo *Iudæa* descripta est eiusque filij *Iacobus*, & *Simon* propter idem crimen in crucem acti. *Observa.* Vitemus insurrectiones contra legitimos magistratus: ne plectamur vno, aut altero modo deplorabili vt *Absalon*, qui pendens in ramo transfixus, & suffocatus est *Achitophel*, qui sibi mortem consciuit; sic *Adonias* contra *Salomonem* prodicionem machinatus periit. Historia denique illa de rusticorum seditione in *Germania* arguit quam sit exitiosum insurrectionem mouere cōtra legitimos magistratus. 2. *Obfer.* Consilium humanum aduersus Deum eiusque Christum dissipabitur, *Psal.* 2. exemplum in *Saule*, qui toties contra *Dauidem* in eius locum surrogandum cædem est molitus, 1. *Sam.* 18. 19. 23. Proinde diuinitus susceptum prosperabitur, illudque Dei institutum nullis *Technis*, nulla vi præpediri potest, *Proverb.* 21. Nullum consilium aduersus Dominum, *Isa.* 14. & 46. Loquitur Dominus & quis infirmabit. *Iob.* si ædifico, inquit Dominus, quis diruet: si diruam quis reædificabit. Decevit Dominus veritatem sacris consignatam literis conseruare, tametsi multi multis vicibus conati sint eam extinguere (nimirum) non potuere. Vide *Irinaum* lib. 5. *Eusebium* lib. 5. *cap.* 8. vbi videbis diuino instinctu impulsus fuisse *Ptolomeum* filium *Iagi*, vt Biblia verterentur à 70. Senioribus *Ierosolymis* missis, qui omnes seorsum locati in versione consenserunt: & quo alio modo, nisi diuino consilio verbum scriptum est reseruatam, atque ad nos transmissum, cum multa prophana scripta perierint. Quare vel in hoc diuinum amorem eumque singularem erga nos agnoscamus, qui veritatem cœlestem ad nos saluam permanere voluerit instituentos in via salutis ducente ad æternam vitam. *θεομάχοι.* Scribitur in fabulis Poëtarum de *Gygantibus*, qui montes montibus cumulare sunt adnixi ad deturbandum *Iovem* de cælo, sic de *Nembrotho.*



Verum vñ illi qui contendit cum factore suo, *Isa.* expende praxin in *Pharaone*, *Sinnacheribo*, *Nabuchadnezare*, *Antiocho*, alijsque cum Divinæ maiestatis ecclesia, armis & convitijs disceptantib. *Quaritur*, quid sentiendum de *Gamaliel* consilio. Ecquid fuerit rectum necne? *Resp.* Rectum quidem ratione scopi, atque finis, æquitatisque causæ; sed minus rectum, quod videatur præcludere viam reprimendi insurrectiones, & tumultus, adimere etiam locum Magistratibus. Progreditur *Gamaliel* ex principijs non omnino malis, verum videtur de qualitate causæ dubitare. *Observa.* *In fine.* Salus nostra est firma, fixaque, cum eam certo consilio Deus determinarit; non erit itaq; typhus, nec arrogantia, vt *Papistæ* volunt, si nos de salute certos esse dicamus, *Rom. cap. 8. πεπίσται &c.*

*Vers. 40.* Hic habetur effectum Orationis *Gamalielica*, nempe quid concilium fecerit, & quid Apostoli passi, quidque peregerint. *Conclusio.* Conatus de occidendis Apost. reprimatur, nihilominus tamen odium animis alunt, quo impelluntur, si non occidere, saltem verberibus cæfos dimittere. *Observ.* Hostium, adeoque impiorum hæc est nota, qui se quadantenus retardentur, & divinitus coarceantur, non tamen rabiem & furorem aduersus Christi servos omnino deponunt: vnde ad minus volunt eos aut damni, aut ignominie stigmatem signare instar Pilati, qui innocentem bis Christum pronunciauit, tamen flagellatum voluit. Non est novum Christi servos, & Prophetas affigi. *Isaias* disfectus ferra à *Manasse*, vt refert historia: *Zacharias*: filius *Iehoiada* obrutus lapidibus opera *Ioæ* Regis conseruati in vita *Iehoiada* ope, cum atrox *Athalia* conaretur Regiam delere stirpem. O ingratum *Ioam* postea à suis trucidatum. Vide in hanc rem *1. Pet. 4.* de illa ignea exploratione ad finem. *4. Observatio.* Quod sit te consulto, ipse illud facere diceris, pramiumque referes, vt *David*, qui mandato occidit *Vriam*. *5. Observ.* afflictiones non sunt signa malæ, & iniustæ causæ, sed bonæ, vt hic, & sæpè immittuntur à Deo patre vt castigationes ad reprimendum peccatum, exercendamque fidem, & conformandum nos Christo, reducendumque nos in viam, si erremus, *Psal. 119.* Denique ad nos beatificandos *Iob. 5.* Beati sunt quos Deus castigat, &c. **MANDATVM** perniciosum, Ne (scilicet) loquantur nomine **I E S V.** Vbi non solum sese priuatum

uatum iri volunt salute, sed & totum genus humanum: nam si non predicetur Christus, fideque apprehendatur, nihil nisi perditio. *Observ.* Nomen **I E S V.** vt est pijs suaue, & amabile, ita est impijs maximè exosum, vt de illis impuris spiritibus legitur in Euangelio, dicunt Iesu, Recede à nobis, Quorsum venis vt nos affligeres ante tempus: Ita hi volunt Iesu Nomen profligare, sed aliquando videbunt eum magno cum dolore, quem transfixerunt, *Zech. 12.* Dicentque montes cadite super nos, & occulite nos ab ira Agni. *2. Observ.* Mandatum impiorum ex diametro pugnat cum mandato Dei, vt *Nabuchadnezaris*, *Dan. 3.* de adorando Idolo, cui non obtemperauere tres illi pueri in fornacem coniecti, sed sunt divinitus illæsi. Illudque *Darij Dan. 6.* De non facienda petitione ad 30. dies si non Regi, cui Daniel restitit, & tyrannorum omnium, quæ contra Dei gloriam promulgantur.

*3. Observatio.* Dimittuntur ergo piorum afflictiones non sunt sempiternæ, *Psal. 125.* & *34.* Virga improborum non incubabit perpetuo pijs, ne convertantur ad impietatem, sed Dei manus semper est extenta in reprobos, qui hic puniuntur pœnaliter, vt sic dicam, vt post puniantur æternaliter, propterea, quod in peccatis moriuntur, qui etsi in æternum viverent, semper peccarent. Sed quid faciunt Apost. *Gaudent.* *Observ.* Ignominia, & crux pro Christo parit gaudium spirituale. *Quæst.* an sunt instar *Stoicorum* qui homines esse volunt *ἀπαθείς.* *Resp.* Minimè verò. Cum *12. Heb.* habeatur nullam castigationem impræsentiarum videri afferre gaudium. Apost. gaudent (tametsi non amiserint omnem sensum passionum, & dolores) quod digni sint habitipati pro Christo: Id quod Dominus pro sua clementia eorum peccatis debitum conuerterit in passionem pro nomine Christi. Ac si Rex ignosceret latroni, eumque in acie constitueret ad defendendum imperium: hinc liquet dignitatem esse pati cum Christo, & pro Christo, præsertim cum Deus Pater nobiscum patiatur, *Isa. 63.* & ipse Christus *Act. 9.* Saul quid me persequeris? *Col. 1. 24.* Suppleo quæ deerant, &c. Spiritusque Sanctus, *1. Pet. 4. 14.* Funguntur Apostoli suo munere publicè, privatimque. *Observ.* Afflictiones non minuunt animos seruorum Christi, sed augent: proinde nos Pastores horum exemplo, cum periculis eximimur, officio nobis commisso defungamur probè, crucem patienter tolere-



mus, affert enim honorem, commodumque, quæ duo homines hoc seculo maximè appetunt: commodum quidem, cum peccatum extinguat sensum, vt Spiritus medium, nosque capiti reddat conformes. *Honorem.* Nam pollicetur Christus nos fore Reges, si patiamur, constanterque perseverando vincamus; *Revel. 3.* Qui vicerit dabo ei sedere in throno meo, & coronam gloriæ spondet, *1. Pet. 5.* iustitiæ, *2. Tim. 4. 8.* vitæ, *Iac. 1. 12.* idcirco feramus patienter quascunque huius vitæ ærumnas, & meminerimus nos non posse cantare canticum *Moyse* & servorum Dei, Agni que, nisi prius natemur per mare ardentis vitri, *Revel. 15.* Ultima *Observa.* Cap. Materia totalis Euangelij est Iesus Christus crucifixus, cuius cognitio est excellentissima, apprehensioque per fidem salutaris. *Phil. 3.* Apostolus omnia duxit *σχυβαλά* præ hac sciētia, quæ est de Christo. Itaque in hac *γνώσει* maximè proficiendum ijs, qui regnum cælorum velint ingredi.

*the use as well of the sacrament as of the Oblation:  
the use of the Apostles was*

*the use left out the mention of the sacrament, in y*



**D**V. O complectitur. 1. Electionem Diaconorum, id est eorum, qui curam pauperum habent. 2. Accusationem aduersus Stephanum plenum fide, atque potētia. In electione habes occasionem, & temporis circumstantiam. *Vers. 1.* Deinde modum electionis. Occasio est *γογγυσμῶ* murmur quorundam Græcorum aduersus Hebræos, quod viderent Viduas suas neglectum iri in quotidiana ministracione. Hi Græci maiores habuere Iudæos græcè loquentes. Hebræi verò ab *Hebero* filio *Sale* in linea *Semi. Abraham*, *Gen. 14.* Vocatur *Hebræus*. Murmurant Græci suspiciosi; quod in distributione quotidiana Græcarum Viduarum ratio non sit habita, atque hoc suo *γογγυσμῶ* dedere initium distractioni huius Ecclesiæ Primitiæ. *Observ.* Ecclesiam non est invenire his in terrarum solis omnis maculæ, culpæque expertem: In Regno Christi non esset *πρόσποληψια*, hic tamen Græci Græcis: Hebræi Hebræis consulunt. Vanum est putare Ecclesiam in hoc mûdo esse sine nauo, vt Anabaptistæ somniant, plena purgatio, atq; sanctificatio Ecclesiæ reseruetur futuro mundo. 2. *Observa.*

*serva.* Peccatum cui maximè obnoxius est Populus, Murmuratio, vide in Israelitico queritante, & toties obmurmurante in deserto contra Dominum, eiusq; seruum *Moyse*. 3. *Observ.* Maxima existit huius populi in Apost. ingratitude hac sua praxe. Etenim in dubium vocant fidem, atque autoritatem Apost. quasi extarent iniqui ararij ecclesiastici diribitores: vnde potuit consequi teterissimum malum, nimirum ecclesiæ scissio, & laceratio. *Circumst.* Temporis, scilicet, ecclesia crescente. *Observ.* Satan maximè oppugnat ecclesiam dum est in incremento, & propagatione, vide *Zech. 3.* Satanam ad stare dextræ Iehouæ ad resistendum ei, atque prapediendum Dei opus proinde pro certo statuendum non de fore hostes ecclesiæ, quoad hic militat, neque eam hic perfectionem consequuturam: habet tantum æternitatis, & perfectionis initia, quæ suis gradibus complebuntur: Interim accrescit Ecclesia per Euangelij prædicationem. Quicumque ergo vult remorari progressum Euangelij, certè, quatum in se est gloriam Christi in eo lucentem conatur extinguere, quod ne ipse Sathan præstiterit, nisi ingratitude, contemptusque gratiæ id procuret à iustissimo Domino tantæ impietatis vindice, vt factitatum legimus in Orientalibus orbis partibus: exemplo hoc nobis sapiendum, ne idem iudicium accersamus, quod auertat Dominus. 2. *Observ.* Viduarum piarum in distributione habenda ratio, vide *1. Timoth. 5. Iac. 1. vlt. vers.*

*Vers. 2.* Habetur modus procedendi ad electionem & ordinationem Diaconorum. Apostoli. 12. cogunt multitudinem Discipulorum, qui nimirum amplexi sunt Christum, atque in eius ecclesiam asciti, & dicunt *ὄχι ἀρεσόν*. Non est æquū deseramus Dei verbum, & ministremus mensis, id est, conuiuis, eisq; huc spectantibus vt est pauperum curâ. *Observa.* Principijs malis obstandum, atque abstinendum ab omni specie mali, *1. Thes. 5.* Prudētes serui Christi animaduertunt fundamentum distractionis esse positum, sapienter malum impendens atq; subsecuturum anticipant, præciduntque summa cum modestia. 2. *Observatio.* Apostolorum est Ecclesiam convocare, in qua nihil agendum priuata alicuius autoritate. Volunt hi Apostol. Ecclesiam delectum facere: contra Papa, qui absolutam potestatem quid libet agendi in Ecclesia sibi arrogat. 3. *Observa.* Ministerium verbi magni faciendum, quod,



quod, vt totum requirit hominem, ita in eo obeundo toti occuparemur, neque rebus à vocatione nostra alienis immisceremur, sed spartam hanc sanctam, quam diuina ordinatione nacti sumus, exornaremus.

*Vers. 3. Fratres.* In Christo. Hæc fraternitas omnes coniunctiones multis parasangis superat, quæ posita est in communionem nostram cum Deo patre per Christum mediatorem noui fœderis, cuius dignitas hac vita non percipitur, verum in futura. Vide *1. Io. 3.* Videte vos ex numero vestro. 7. Viros hisce qualitatibus ornatos. *Obserua.* Non permittunt illis potestatem nominandi, & deligendi, quos volunt sed describunt, declarantque suis notis eligendos, sibi que reseruant ordinandi potestatem: neque ex hoc numero designato putandum in Ecclesia semper retinendum esse numerum septenarium, sed plures aut pauciores delegi possunt, prout est è re Ecclesiæ, qui sunt vitæ inculpatæ, bonique nominis donisque Spiritus instructi, præcipue vero fidelitate, atque veritate, sapientiaque: vide *1. Timoth. 3.* eadem inessent magistratibus idoneis ad munus obeundum.

*Vers. 4. Præcipua materia,* in qua occupantur serui Christi hic describitur, videlicet in precibus, atque verbi ministratione. Administratio sacramentorum, & disciplinæ, tametsi sint partes vocationis pastoritiæ, non tamen æquæ sunt essentialia membra. Præmittuntur preces, quia verbi prædicatio à precibus est inchoanda, vt sit ad salutem efficacem operatione diuina omni credenti: quiquidem gratiam postulat, quæ verbo cooperatur, *Iacob. 1.* si cui deest sapientia, petat à patre luminum, dabit, si non hæsitauerit neque exprobrabit. Proinde vt nos auspicamur à precibus, vt suo spiritu adsit nobis Dominus, ita & vos, vt adaperiat corda vestra ad susceptionem diuinæ gratiæ: etenim neque nos concionando, neque vos audiendo profeceritis nisi Dominus spiritu suo operi benedixerit. Vide *1. Cor. 3.* & *Psal. 127.* 1. *Obserua.* Pastor bonus, & fidelis in duobus hisce presertim sese occuparet, neque extra vocationis suæ cancellos egrederetur, quos Deus ipsi circumdedit itaque mere ciuilia non sunt functionis nostræ, & certè si trutinemus æqualitate huius prouinciæ Euangelicæ grauitatem, nemo huic par inuenietur, legere est in *Chronicis Scotiis* tempore *Constantini* secundi principis insignis civiliter, à *Dariis* occisi statutum fuisse, ne Sacerdotes

cerdotes sese ministrarēt negotijs secularibus, sed curæ, officijsque defungendis iucumberent: idem in nobis obtineret, vt iure diuino, ita etiam comitiorum generalium consulto desideremus, toti in ministerio obeundo: hoc iudicatur verbo *προσκαρτηρησώμεν*, quo innuitur perseuerantia in hisce partibus, & hoc vocat Apostol. *2. Timoth. 4.* ἀχαριως καὶ εὐκαριως κήρυσσειν: quod cum miseranda hac ætate non expendunt homines ambitiosuli, occæcati inanis gloriosæ fumo, allectique quæstu sedulo, atque perituro sacrosanctum ministerium aut negligunt, aut auersantur, remisque velisque contendunt ad vilia ista mundana, imò dicam cum Apost. *σκυβαλά* assequenda.

*Vers. 5. Ηρέσεν.* Notemus duo. 1. Vnitatem, atque consensum in Ecclesia primitiua. 2. Obedientiam. *Obserua.* Vnitas in Ecclesia maximè probanda, qua ampliatur Christi regnum, vt detestanda dissensio, qua vastatur: maledicti itaque censendi sunt, qui Ecclesiæ vnitatem scindunt vti pacifici prædicantur à Christo beati, *Math. 5.* 2. *Obserua.* Obtemperat Ecclesia pastorum voci, vtinam hac ætate homines diuino verbo obtemperarentur tunc occasio iudiciorum effundendorum præcideretur, verum cum denegatur primo nuntio locus, iustitiæ diuinæ congruit, vt seuerior nuntius mittatur, aut ad puniendum, aut castigandum, qui si non profecerit, vltimus ille mittendus, qui contumaces, obfirmatosque vltimo eoque terribili maeret supplicio. *Electio.* Eliguntur. 7. Diaconi nullo habito personarum respectu, atque ab his qui maximè alieni sunt à studijs partium. *Obser.* In eligendis officio functionis hoc exemplum sequendum, sincere agendum, nulla debet esse *προσωπυληψία*, nulla suffragiorum prehensio, quæ apud Rom. fuit damnabilis sed idonei viri omnibus partibus sunt designandi, & renunciandi. Primus est Stephanus significans Coronam, & benè nomini responder: Nam martyrio coronatus Dominum suum glorificauit. Ornatur hisce titulis, quod fuerit plenus fide, Spirituque Sancto, id est, donis Spiritus Sancti, cuiusmodi sunt charitas, prudentia, conscientia pura, integritas, magnanimitas: Non est putandum fidem non esse Spiritus Sancti donum, sed cum sit præcipuum, primo recensetur loco, deinde alia per Spiritum Sanctum hic intellecta. *Observatio.* Vera hominis commendatio est à fide, religione, vitaque sancta,



non est ab honoribus secularibus, potētia humana imbecilli, nec diuitijs citò perituris. Sequitur *Philippus* Euangelista de quo, *Act. 8.* *Prochorus, Nicanor, Timon*, qui celebrantur seduli in lectitandis sacris *Parmenas & Nicolaus*  $\tau\epsilon\rho\sigma\chi\lambda\upsilon\tau\omicron\varsigma$  *Antiochensis*. Scribit *Euseb. lib. 3. cap. 29.*

Quod hic initium dederit sectæ *Nicolaitarum* contra quam *Christus*, *Apoc. 2.* his verbis, odi opera *Nicolaitarum*. Hic *Nicolaus* prostituit uxorem suam communem, & fornicationem pro peccato non duxit. *Obserua.* In cætibus sanctissimis reperies hypocritas, atque impios In familia *Adami Cainum*, in *Abrahami Ismaelem*, in *Isaaci Esauum*, in *Davidis Curia Achitophelem*. In societate *Christi Iudam*, & in hoc septenario numero *Diaconorum, Nicolaum* hypocritam: Proinde minimè putandum hypocritarum, verorumque professorum plenam separationem fore ante illustrem illum filij Dei aduentum, quo paleam secernet a tritico, quod in horreum suum colliget, paleamque conijciat in ignem inextinguibilem; ætas certè in quam nos incidimus, abundat hypocritis, vt illud *Apostoli, 2. Timoth. 3.* verificetur, multi formam pietatis habent, sed eius vim abnegarunt. 1. Etiam, ad *Titum*, Nosse dicunt se Deum sed factis negant quum sint abominandi, atque rebelles & ad omne opus bonum reprobis. addo, diligenter nobis esse attendendū, ne labamur: Etenim, qui stare videtur, videat ne cadat. Cecidit *David, Salomon, Ezechias, Petrus*, pleriq; alij, proinde precibus assiduè apud *DEVM* in *Christo* insistemus, vt in gratiæ statu persistamus. *Vers. 6.* Nominati isti septem coram *Apostolis* statuuntur, quibus cura est demandata, vt pauperum administrationi inuigilent, ipsisque in mentem reuocetur, quam seuerè, atque repentinò percussi sint *Ananiah, Sapphira*que, qui interuerterunt aliquid ex pretio agri venditi.

Ordinatio. Porrò ordinantur ab *Apost.* per preces, & manuum impositionem. *Observatio.* Preces sunt necessariae ijs, qui in officio constituuntur, itaque *Apost.* iubet precari pro omnibus, maximè verò pro ijs qui autoritate exornantur, *1. Timoth. 2.* & ipse *Apostolus* petit, vt *Romani* pro ipso precentur, *16.* & *Ephes. 6.* Primitiua *Ecclesia* precari consuevit pro *Imperatoribus impijs*: putauit enim hoc interesse *Ecclesiæ*, atque *Reipub.* Quod ad impositionem manuum attinet, hic ritus fluxit ab *Hebræis, Iacob* quo

quo est vsus in benedictione concessa *Ephraimo & Manasse, Gen. 48.* hac Ceremoniâ utebantur etiam *Sacerdotes* in sacrificijs, ad significandum hostiam fuisse Deo consecratam. In *Ecclesia* primitiua habebat duplicem vsum. 1. Ordinarium, eumque quadruplicem. 1. Vt excitarentur precantes ad precandum ardenti zelo. 2. Ad significandum fuisse  $\alpha\phi\omicron\rho\rho\iota\sigma\mu\delta\mu\omicron\nu$  eum cui manus erant impositæ. 3. Ad certificandum Domini manum ipsi affuturum in munere, si sese fideliter gesserit, aut manum ultorem iniecturum si officium non fecerit. 4. Ad reuerentiam à populo conciliandam.

Vsus verò extraordinarius fuit in dono *Spiritus Sancti* conferendo, *Act. 8. 17.* Verum cum vsus desierit, ista etiam Cerimonia potest cessare, etiã in *Ministorum* ordinatione vsurpari vel minus vsurpari valeat. Neq; autumandū donum *Spiritus* necessario cum hoc ritu esse coniunctum. *Paulus* accepit cœlitus gratiam prædicandi *Euangelium* antequam *Ananias* ei manus imposuit, *Act. 9. 15.* Idcirco *Papistæ* perperam asserunt per impositionem manuum credētibus, atque baptizatis *Spiritus Sanctum* conferri, quando dicunt, Accipite *Spiritus Sanctum*, quasi necessario gratia *Spiritus* cum hac Cerimonia cohæreret: addunt præterea rasuram, vnctionem, & crucem, hominum commenta. Quando *Apostoli* hic precantur pro donis tribuendis hisce *Diaconis* satis indicant dona *Spiritus* non necessario coniungi cum hac formula impositionis manuum.

*Vers. 7. Euenta.* 1. Verbum crescebat in *Ecclesia*, & *Euangelij* semen latius spargebatur. 2. Numerus discipulorum multiplicabatur. 3. *Sacerdotes* obediunt fidei, quod certè est maximū.

*Observa.* Medium quo propagatur *CHRISTI* regnum est verbum. Tolle itaque prædicationem verbi, necesse est progressum, atque incrementum *Ecclesiæ* aboleri, *Proverb. 29.* Vbi visio cessat, vbi populus *iaragh* nudatur, id est, gratia, iustitia, atque sanctitate destituitur: idcirco verbum Dei maximi faciendum. Cùm sit gratia, gloriæ, recōciliationis, brachium etiam Domini cœlitis porrectū, ad attrahendum populum *Christo*, sceptrumq; regni, quo reguntur, atq; defenduntur ad vitam ordinati. Quare, vt cunq; *Satan* operetur in suis instrumentis ad *Ecclesiæ* interitū, frustra tamè, quo magis premitur, eo magis instar *Palme* assurgit,



vt expendere est in populo Dei in Ægypto oppresso. 4. *Observat.* De nullorum salute est desperandum: etenim potest Deus, atque fecit insignes ecclesiæ hostes ad fidem Christianam conversos, strenuos eiusdem non modò professores, sed propugnatores, vide in Sacerdotibus istis, in Paulo, in Nicodemo, & Iosepho ex Arimathæa.

*Vers. 8.* Persecutio intenditur aduersus Stephanum. Vbi habes personam patientem Stephanum: deinde Actores qui sunt duum generum. 1. Motores in Synagoga libertinorum. 2. adducti ad hoc facinus, scilicet, populus, Seniores, Scribæ. 8. *Vers.* Describitur persona patiens à nomine quod est Stephanus, id est, corona: & certè respondet nomini: nam martyriò coronatus, vt fidelis restis Iesu Christi perfectè coronandus corona vitæ, atque gloriæ in cælis cum capite Christo, pro quo est passus. *Observ.* exemplo Stephani *πρωτομάργου* & aliorumque confessioni nominis Christiani constanter adhæreamus, & militemus fideliter bonam militiam cum Apost. 2. *Timoth. 4.* certò statuentes nobis esse repositam Coronam illam iustitiæ, omnibusque ijs, qui expectant illustrem illum aduentum filij Dei, nosque assessuros tabulæ domini, vt promittit Discip. *Luc. 22.* 2. A qualitatibus, plenus fuit fide, atque potentia, quod non est ita accipiendum, ac si fides Stephani fuerit perfecta, ita vt ei nihil possit addi, sed iuxta Scripturæ phrasin, fuit bona fidei mensura præditus, 1. *Cor. 13.* ex parte cognoscimus, & vt bene inquit ille, perfectissimi hominis summa sapientia est proficere. Per fidem intellige non solum cognitionem Dei Patris in Christo, sed fiduciam, atque apprehensionem divinæ misericordiæ, cum zelo gloriæ Dei. Per *δυναμιν* potentiam illam Euangelij efficacem, & *ἀποδείξιν* Spiritus verbo salutis cōiunctam, facultatemque edendi miracula. *Observ.* Vera hominis laus, & commendatio apud Deum in fide, atque religione, est posita. Verè laudatur *David*, cum celebratur homo iuxta cor Dei: & *Nathaniel Israelita*, in quo non est dolus; & *Lydia fidelis*, *Act. 16.* illique omnes qui percensentur, *Heb. 11.* longè aliter vulgus sentit de laudandis. Laudat enim à divitijs, honoribus è vanidis, corporis viribus defecturis: at fides hominem verè Deo commendat, sine qua *ἀδυνατον* Deo placere, *Heb. 11.* & quicquid à nobis fit extra fidem, sit peccatum.

*Observa.*

2. *Observa.* Vera fides est efficax ad producendum vel opera ordinaria fructus (videlicet) & effecta obedientiæ, vt *Abrahami*, *Davidis*, aliorumque: vel extraordinaria, vt hic miracula in fide edita à Stephano inanem habent fidem, quæ operatione non est efficax, *Gal. 5. Isa. 2.* 3. Actiones Stephani in præstandis miraculis ad confirmationem veritatis, etsi veritas per se satis fulciatur, ratione tamen increduli populi edita sunt miracula. 3. *Observ.* Donorum incrementum accipiunt, qui concessis prioribus bene, & fideliter vtuntur: expende in Stephano, qui Diaconatus munere officiosè functus. Nunc Euangelij evadit singularis præco, instruiturque miraculorum donis, vnde Christi dictum verificatur; Habenti dabitur, id est, benè vtenti amplius dabitur: sed non habenti, id est, non rectè vtenti, etiam auferetur ab eo, id quod habet, *Math. 25.* Et dicitur seruo fideli qui talento fructuosè est vsus, quia fidelis fuisti in parvo, iam maiora te constituam: Idem dicit Apost. 1. *Timoth. 3.* Qui benè ministrarunt, gradum sibi bonum acquirunt, multamque libertatem, quæ est per fidem in Christo Iesu: Studeamus itaque fideliter, seduloque vti donis divinitus concessis, vt Deus in nobis eadem adaugeat, coronetque. 4. *Observ.* Miraculis instructa fuit primitiua Ecclesia, quibus impelleretur populi ad Euangelium amplectendum, & Messiam, id est Christum agnoscendum. Iam verò cū sanguine Christi confirmata sit Euangelij veritas, & lux illa clarius, quam eo tempore radios diffuderit, non necesse est huiusmodi miracula edi: & inquit *Augustinus*, noluit Deus continuo in Ecclesia miracula durare, ne animus humanus semper quæreret visibilia, atque miraculorum assiduitate frigeret, quorum novitate flagrauit: Verum Euangelij vnum est singulare miraculum, nimirum hominis in peccatis mortui vivificatio, & ad fidem Christi conversio.

*Vers. 9.* Habetur forma processus contra Stephanum, vbi 1. occurrunt motores his verbis exorti sunt quidam ex Synagoga Libertinorum, qui videntur Romani, nomenque à libertis sortiti, qui quondam serui, nunc manumissi, & in aliquem dignitatis gradum euecti, his adiuncti sunt *Cyrenai*, *Alexandrini* ex *Cilicia*, & *Asia* disputantes cum Stephano. *Observ.* Erant collegia *Ierosolymis* in quibus erudiebantur confluentes ex varijs nationibus. *Arctostyphus* Lycaonensis dicitur non videri voluptatibus ephe-  
non esse non a voluptatibus abstineret R 3 fuit per omnem vitam principis vite mortalibus natura conciliari affirmabat - nihil a natura dicit, mox, aut iusti, aut honesti: sed lege et consuetudine



Secundu ex eo familia deinceps orta, ad 20 plures semper canterunt, qui  
 non sibi fauerent: Cyrenaci illi nominati, quoru alij Hyrcani sunt dicti: alij  
 Arabi alij Thudari, quida  
 134  
 in huius. suu.  
 4. 12. p.  
 17. a.

COMMENTARIUS CAP. VI.

vt videmus ex varijs locis ad Academias ventitare ad Philoso-  
 phiam addiscendam: Atq; hi Stephano stant aduersarij, & euan-  
 gelicæ veritati, quæ ex omnium hominum ordine, statuque suos  
 habet inimicos. Quare academiarû primarijs sedulo & diligēter  
 attendendum, vt ipsorum curæ cōmissi in fide syncerè instituan-  
 tur. Consuerunt esse in collegijs nōnulli veritatis oppugnatores,  
 hostesq; seruorū Christi, Act. 17. 18. Athenis erant Epicurei, & Stoi-  
 ci, qui cum Paulo cōflictabantur. *αερμολόγοι* eum appellantes,  
 & annunciatorem preregrinorū Deorum, quia Iesum & resurre-  
 ctionem annūtiabat eis: proinde facile est hic perspicere insensio-  
 res euangelio hostes nō esse, quā qui fautores essent, seq; doctos  
 & eruditos autumnant, vt sunt Papistæ, & Iesuitæ, qui subtili, &  
 spinosa differendi ratione ipsam veritatem labefactare conātur.  
 Verū iustissimo Dei iudicio mysterium salutis per solum Chri-  
 stum partæ, & applicatæ est ijs absconditum, cū in superbiorum  
 corda non introeat sapientia.

*Vers. 10.* Tametsi hi subtiliter sint altercati; veritati, spirituiq;  
 per quem Stephanus est locutus, nequiuerant resistere *Obser.* Ma-  
 gna est veritatis vis, quæ nō possit opprimi per Satanæ emissarios  
 in Christi seruis, quibus facta est promissio impleta atque semper  
 implenda, *Luc. 22.* Dabo vobis os, & sapientiam, cui non possent  
 resistere omnes, qui aduersabuntur vobis. Ergo, Sapientia Dei æ-  
 ternæ Christo, & per eius spiritū creatæ in nobis, quis audet ob-  
 sistere. Ipse impurus spiritus Satan in hoc operam collocabit in-  
 anem. Itaque nō est quod timeamus rationem humanam, neque  
 sapientiam carnis, & mundi quæ nihil aliud est quam mera stul-  
 titia, & inimicitia aduersus Deum, *Rom. 8. 1. Cor. 1.*

*Vers. 11.* Subiectio falsorum testium. *Obser.* Impiorū malitia non  
 cessat: quando rationes deficiunt, ad falsos testes confugiunt, vt  
 falsis testib. id cōsequatur, quod nulla legitima ratione potuere:  
 neque desunt falsarij, qui vel præmio, vel pollicitationibus alle-  
 cti falsum accōmodent testimonium, inquiētes se audiuisse Ste-  
 phanum loquentem verba blasphema contra *Moysem & Deum.* vbi  
*Obserua,* qui contradicit *Moyse*, etiam contradicit Deo, nam non se-  
 parantur; Quiq; domini seruos aspernatur, etiam ipsum domi-  
 num, *Mat. 10. 40.* & contra; Qui recipit fidelem seruum, & domi-  
 num recipit, *10. Luc. 16. 13. 10. 20.*

CAP. VI. IN APOSTOLOR. ACTA. 135

*Vers. 12.* Cōcitatio populi seditiosa vt fuit *Demetrii. cap. 19. Obser.*  
 Conuetudo est malorū turbam tumultuantē concitare, cui certè  
 non est adnitēdum, vtcunq; putent seditiosi; cū breui momen-  
 to huc, illucq; impellatur, vt animaduertere est in omni ætate:  
 Nominatim in praxe illa erga Christū: cui populus vno die dixit  
*Osanna fili David*, pallijs etiā stratis vt Regem a sella insidentē ex-  
 ceperūt, sed paulò post dixit *Crucifige.* Ita de Paulo legere est, *Act.*  
*14.* quem *Lystrenses* vt deum volebant adorare, sed statim post ab  
*Antiochia* venientes eum lapidibus obruere. Sic *Galata* sibi oculos  
 eruere volebant in primo eius aduentu, sed ex quo veritatē ipsis  
 est elocutus, euasit hostis. addo manus iniiciunt, afferuntq; ad cō-  
 cilium. Impij in impietate atroci progrediūtur, donec quod fuit  
 in intētione primum exequatur: exemplis omnia tēpora scitent,

*Vers. 13.* Producentur falsarij: dicuntq; hic non cessat blasphe-  
 ma loqui contra hunc locum sacrum & legem. Peruertunt dicta  
 Stephani, vt Iudai verba Christi, *Io. 2. 19.* Cū dixit, Destruite  
 templum hoc, & tertio die erigam illud. Christus de suo corpore,  
 Illi verò putarunt eum locutū de templo *Ierosolymitano* materiali:  
 hisce papistæ non sunt absimiles, qui varios scripturæ locos per-  
 vertunt: vti optimè cognitum est per eos quos ediderunt libros:  
 praximq; quotidianā in superstitioso illo cultu ab ijs excogita-  
 to, atque vsurpato. *Obseru.* Hypocritæ externam laruam maximè  
 obseruāt in religione, totiq; in externis occupantur, quæ animos  
 avocant à vera, altaq; Divini Numinis cōtemplatione. Idem e-  
 venit *Ieremia*, quod hic obiectum Stephano, nimirum quod ad-  
 uersus sanctam Civitatem, & Templum prophetarit. Stephanus  
 verò nihil contra Legem, sed intellexit Ceremonias legales ad  
 præsentiam solis iustitiæ Christi filij Dei evanuisse, & Moralem,  
 quoad maledictionem, terrorē, & coactionem esse abolitam, ve-  
 rùm permanere credentibus gratitudinis testimonium, atque o-  
 bedientiæ regulam, ad quam actiones vitæ nostræ sint exigen-  
 dæ. Templum etiam materiale sic considerandum vt ipsi reli-  
 gio superstitiosè non sit ascribenda, neque coarctanda: sed iam  
 Christo exhibito, atque crucifixo licere fidelibus vbiq; locorum  
 in spiritu, & veritate deum colere, *Io. 4.* Christiq; corpustēplum  
 esse, in quo plenitudo Deitatis *συναγωγῆς* abitat, nostraq; fide-  
 lium corpora vbiq; fuerimus, esse Spiritus Sancti Templa.

*Vers. 14.*

*Vers. 12.*



*Vers. 14.* Contemptim loquuntur de Iesu. Quare futurum ut in illustri illo aduentu ad iudicium seuerum iudicem experiantur, sicut & illi, qui Iesum transfixerunt, videbunt, sed cum terrore maximè clamaturi: cadite montes in nos, & ab ira agni abscondite.

*Vers. 15.* Viderunt faciem Stephani, quasi faciem Angeli. Singularis ergo, atque eximia fuit species vultus Stephani, vnde indicatur conscientia puritas, causaq; bonitas: & Dominus eius vultum condecorauit, ut intuitu statim ipso animos Iudæorum percelleret. *Obserua.* Conemur retinere fidem, bonamque conscientiam. Conscientia Stephani, bonitasque causa ita eum sustentat, ut omnes machinationes, atq; interminationes hostium non valeant pium animum prosternere. Vide historiam de *Colono Germanico*, propter constantem fidei Apostolicæ confessionem combusto, qui cum ad se iudicem vocari iussisset, adessetq;, dixit: appone manum cordi, fecit, tunc inquit *Colonus* vtrum cor tuum an meum magis palpitat. Proinde consolationis est plenum bonam habere conscientiam quocumque in statu versetur: cuius in nobis puritatem adaugeat Dominus in munere nostro obcundo per Christum.

## CAPUT VII.



**P**ROPONIT Stephanus hoc sermone ostendere DEVM non delectari Templo materiali, neque externis ritibus *Mosaicis*. Partes capituli sunt tres 1. Est occasio orationis Stephani, *Vers. 1. 2.* Ipsa concio, in qua probat *Abrahami, Moysis, Patrum, Dei* denique ipsius testimonio, religionem, cultumque diuinum non esse astringendum locis, ritibusque, præsertim cum *Abraham* fide, & obedientia, antequam Tabernaculum ritus, & Templum extiterint, Deum verè coluerit, quod est præcipuum in historia *Abrahamæ* spectandum. 3. *Eventum*, scilicet sancti viri *στυλομαρτυρος* lapidatio. *Occasio est, vers. 1. ἀρχή* dixit: num hæc ita habent. Dixit in *I E S V M Nazarenum* hunc locum sacrum diruturum, & abroga-

*Stephanus was accused of blasphemy v. 6. and false witnesses were brought to prove him: but after that there was nothing legally said against him: for the conclusion of his Apology for himself v. 54. the people out of popular zeal were made*

## CAP. VII. IN APOSTOLOR. ACTA

abrogaturum ritus à *Moyse* nobis traditos, velit videri concedere und *Stephanus* Stephano locum sese defendendi: Sed propositum habet hic *Pontifex* ut obtentu juris damnetur Stephanus. *Quærit de facto*, sed non de qualitate facti, quasue rationes habeat pro se Stephanus. *Obserua.* Hic mos hostium veritatis, ut *Papistarum*, Non si quid verè iuxta scripturas asserimus quærunt, non argumenta, quibus nitimur, expendunt, ut si dicamus Sanctos non esse invocandos, precesque *Mariæ* non esse nuncupandas; pro defunctis non esse concipiendas; nullum esse tale Purgatorium; Iustificationem esse per fidem sine operibus legis ut causis, &c. statim hereseos nos damnant, mortisque sententiam pronunciant: nihil sit ab hoc Concilio, quod non in praxim ducunt aduersarij. *Vers. 2.* Inchoat Stephanus orationem omni adulatione seposita; Tribusque nominibus eos compellat ad attentionem conciliandam: vbi observa summam modestiam atque humilitatem in Stephano, summamque tranquillitatem puræ conscientia, animumque confirmatum divina potentiâ, & gratiâ ad veritatem tuendam. 1. Appellat *ἀδελφας*, ut conditionis naturalis, tum virtutum, quibus præditi sunt, admoneat. 2. Fratres. quod ex eadem cum illis gente sit oriundus. Atque hæc consuetudo apud Iudæos obtinuit, ut sese fratres mutuo salutarent. 3. Patres ob dignitatem in qua erant constituti; sed hoc instituto maximè, ut ipsis in memoriam revocet primos patres, qui Deum syncerè coluerunt, Templo, Legaliq; cultu, cui tam strictè adhærent, antiquiores, Ac proinde aliud esse ponendum veræ religionis fundamentum, nimirum fœdus gratuitum. *Observatio.* Christiana fides non tollit debita officia præstanda in summo loco constitutis: etenim cum sint auctoritate ornati, honor deferendus ijs atque obedientia, sed in Domino ut supra dictum est, quod facit contra Anabaptistas, qui nullum esse volunt Magistratum: ex eò quod in Christi Ecclesia nullus habendus sit personarum respectus; ut concedendum sit ita esse in Ecclesia. Tamen in politica divinitus ordinata sunt potestates supereminentes, quibus secundum Deum obsecundandum. In vocatione *Abrahamæ*. 1. Habemus vocatorem scilicet Deum gloria. 2. Vocatum. *Abrahamum*, fidelium Patrem. 3. vnde ex *Mesopotamia*. 4. Quo, in terram quam monstrabit illi Deus gloria. Porro appellatur Deus gloria. 1. quia in



se est essentialiter gloriosus. 2. quia filij personæ cōsubstantialis communicauit ἀπαύγασμα τῆς δόξης. 1. Heb. 2. omnesque creaturas gloriā collustrauit, *Isai* 6. Verum maximè cernitur Dei gloriā in Ecclesia, iuxta illud; gloriosa dicuntur de te Civitas DEI, *Psal.* 87. vtcunque contemptui habeatur, Sion tamen est mundi gloria, cui pater gloriæ, 1. *Ephes.* impertit gloriam in filio paternæ gloriæ splendore, quæ per regenerationem per gradus transfertur à gloriā in gloriam, 2. *Cor.* 3. donec tandem perfecta in intuitu faciei gloriosi Dei perfruatur. Vult Stephanus hunc verum Deum, à dijs gentium, fictitijs secernere, qui oculos habere dicuntur, *Psal.* 115. & non vident, aures, & non audiunt, os & nō loquuntur. Quisquis itaque eadem colit, sit ijs similis. 2. *Quem.* Abrahamum inter Idololatrias cōmorantem, vt clarè constat 24. *Ios.* & scribitur ab *Epiphano lib. contra hereses*, vt ille accepit ab alijs, *Thare Abrahami* patrem curasse ex luto primum imagines conficiendas. Nunc vocatur *Abrahamus*, cum nihil tale cogitat; Proinde vocatio nostra vt est grauita, ita nō est merito naturali, aut actionum nostrarum dignitate procurata: Sed Deus, qui elegit nos ad vitam ante tempora, in tempore ex misericordiā, ad se vocat & filium suum, donando nobis fidem, quæ nos primum Christo, denique Christi meritis atque obedientiā vnit Deo Patri. 3. Vnde. ex *Mesopotamia*, vt *Chaldeam* & *Babylonem* complectitur. *Observatio.* Non sumus ita alligati loco, vt perpetuò ibidem nobis manendum putemus. Sumus enim his in terrarum solis peregrini, quibus ne permanentem quidem Civitatem habemus. Quare in cœlestem patriam aspiremus, vbi aterna vita, gloriaque immortalis nobis est reposita.

*Versu* 3. & 4. Quomodo. per Visionem, & Vocem vocanrem. *Observatio.* Medium, quo nos vocat Dominus, est verbum, cui credere nos oportet: Divinæque voci alacriter obsecundare, vtcunque difficultatem maximam referre videatur. Non designat Dominus nominatim terram quam pollicetur, vt fidem Abrahami explorèt, vtque discamus, nos vt relinquat suspensos, tamen quicquid dixerit perfectum iri. Qua spe suffulti propter DEVM, vel dulcissima deserenda sunt. Adde. Priusquam ingredi possimus Regnum gratiæ hic, gloriæque post, necesse est

omnibus carni nostræ iucundissimis valedicere.

*Vers.* 4. Habetur Obedientia fidei Abrahami effectum: etenim paret DEO vocanti: Egreditur terra *Chaldeorum*, & habitat, primum *Charrane*, quod est oppidum in medio *Mesopotamia*, inter *Tygrim* & *Euphratem*: vtcunque *Plinius* videatur *Arabia* attribueri. *Observatio.* Maxima est fidei vis, si expendas. Primum Abrahamus patriam relinquit, cognatos, Imò domum Patris vi fidei proficiscitur in ignotam terram, cuius Incolæ sunt potentes *Cananei*, in qua ne latum quidem pedem accipit, ex quo ibidem paululum est commoratus, fame cogitur in *Ægyptum* migrare; deinde vbi redijt, lis oritur inter Pastores eius atque *Loti*; Bellum in ipsum mouetur à Regibus Orientis; Vxor Sara manet sterilis, ipseque existit porvectæ ætatis, efficaciā tamen fidei omnia hæc superat, Domini qui solo verbo nixus obtemperat: Fides ergò aptè vocatur ab Apostolo, *Heb.* 11. ὑπόστασις τῆς μὴ ὄντων καὶ μὴ βλεπομένων: & ab *Ioan. cap.* 1. 5. Hæc est victoriā vestra, fides vestra, quæ vincit mundum. Quare petamus à Patre luminum, fidem in nobis augeri: In qua vt salutem consequamur, nobis est perseverandum. 2. *Observatio.* In hæc verba post Patris mortem transtulit eum DEVS in terram hanc. Ad cœlestem patriam sunt certi gradus. Primum Abraham in *Charranem*, deinde in *Cananeam* venit. Spiritualis nostra regeneratio, vitæque Christianæ instauratio certis gradibus perficitur: proinde pergamus in fide, & conscientiā bonā, viamque illam arctam teneamus, quæ nos in cœlum ducit.

*Vers.* 5. Sed non dedit ei possessionem, ne Tantillum quidem, vt possit pedem figere. Promissio propriè spectabat ad Abrahamum: Tametsi posteritas eius Seminis vocata nomine phrase Hebraica eam possederit. Est autem *Synechdoche*.

*Observatio.* Quanquam Dominus promissionum suarum complementum in annos proroget, tamen conventis stabit, siue illa sint misericordiæ in filio, siue iustitiæ propter peccata.

*Vers.* 6. Semen παροικῶν inquilinum *Genes. cap.* 15. Detentio, incarceratio, & oppressio in *Ægypto* hic significatur. *Observatio.* Ecclesia DEI cum extiterit in *Ægypto*, sequitur alibi, quam in



Templo Ierosolymitano verè Deum esse cultum. 2. *Obsev.* Cùm hic simus *παροικοι*, abesentesque à patriâ: Ita vocat se David psal. 39. Peregrinor (inquit) vt Patres mei: & Psal. 119. appellat domum peregrinationis suæ quærenda nobis cœlestis patria, & civitas, quæ habet fundamētum cuius extructor est Deus: 3. *Obsev.* Incarcerationis fors non est aliena ab Ecclesia, duriorisque tractationis conditio, vt hic est videre, atque in Prophetis, Apostolis, Stephano, alijsque Sanctis Christi seruis. Verùm ad consolationem nostram oppressio Ecclesiæ non est sempiterna, 400. annos in Ægipto, Anni quadringenti numerantur ab initio exortu seminis *Abrahami*, id est, à nato *Isaaco* quadringenti autem & triginta anni, qui narrantur à Paulo, *Gal. 3. 17.* ab eo tempore, quo *Abraham* vna cum patre exiuit *Vre Chaldaeorum. 70.* in *Babylone*, sed tandem liberatus cum *Ægyptiorum* & *Babyloniorum* excidio, & in re spiritali, atque ad salutem spectante, Tametsi à peccato premamur, Diabolo vexemur, & mundo tentemur, Deus omnibus hisce finem dabit, exantlatisque omnibus tentationibus nos plenè, perfectèque eximet, salvosque collocabit in cœlesti Patria.

*Vers. 7.* Iudicium Dei, & vindicta aduersus populi sui oppressores Ægyptios, *Deut. 32.* vbi observa vltionem ad Deum vindicem spectare: Atque Ecclesiæ persecutores minimè cœnium euasuros, sed Dominum aliquândo grauem & formidabilem vltorem experturos. Potes huius praxin animadvertere in *Pharaone*, *Sinnacheribo*, *Antiocho*, *Herode*, *Maobitis*, & *Ammonitis* aduersus *Iehosaphatum*, 2. *Cron. 20.* & in decem illis persecutoribus truculentissimus post Christum passum, ad *Constantini Magni* tempora. Ac primum in *Nerouo*, qui vrbis Romanæ à se incensæ causam mendacissimè in Christianos reiecerat, sed pœnas dedit insignes: etenim peste prostrata iacuerunt 30000. Exercitus eius *Britannia* fusus, *Provincia Armenia* ab eo defecerunt, Senatores in eum insurrexerunt, Ipse denique sibi mortem consciuit. 2. In *Domitiano*, à suis trucidatis. 3. In *Traiano*, hydrope extincto. 4. In *Severo*, Eboraci in Anglia mortuo. 5. *Maximino*, cum filio in frustra conciso. 6. *Decio* in longinqua regione defuncto. 7. *Valeriano*, quem cùm superasset *Zapor*, *Persicus*, stapidum vice eo vsus dum in equum insiliret, cui *Valeriano* senio ferè confecto cutem detraxit. In *Aureliano* à suis occiso. In *Diocletiano* omnium atrocissimo, quo impe-

imperante mense vno (vt historia perhibet) Christianorū 17000. interfecta sunt: qui cùm audisset *Maxentium* interfectum ab exercitu *Constantini Magni*, sub quo respirare cœpit Ecclesia desperabundus, sibi manū attulit. In *Iuliano* denique in hæpate læthaliter vulnerato, qui emanantem sanguinè accipiens vola, proijciensque versus cœlum clamauit, *Vicisti tandem Galilæe*: & certè vincet in omni conflictu quem habet in membris cum Satana, reliquisque hostibus Leo ille de tribu *Juda*. Preterea nonne male perierunt in *Gallia* nefandæ cædis sanctorum patratores, & authores stragis tam horrendæ. *Guisius* iugulatus à Regijs seruis; *Carolus* Rex omni meatu corporis emanante cruore extinctus. Rex cædis *Guifiana* Author à Franciscano transfixus. Quare concludendum certum supplicium manere eos, qui Ecclesiam Christi affigunt, & persequuntur. In hac verba ipsi exhibunt & seruient mihi hoc loco. *Obsevatio.* Liberati, atque calamitatibus exempti Deo seruire debent, *Psal. 50.* Inuocabis me, eripiam te, & glorificabis me, *Ios. 24.* Ego, domusque mea seruiemus Domino & *Esther*, Ego, Ancillæque meæ pariter Domino. *Obserua.* Cultus Dei non consistit in Cerimonijs, gratiaque diuina non est externis alligata, vtpotè Sacramentis Cerimoniæque legales quæ præstantiorum rerum fuere typi jam ad præsentiam Christi evanuerunt: itaque concludendum, cum DEVS nos evocarit è tenebrarum regno in admirabile regnum lucis per Euangelij prædicationem, lucis opera proferamus, & quamuis permisso diuino premamur à Satana, peccato, Ecclesiæque hostibus certi simus nos tandem liberatum iri tyrannide Diaboli, peccati labe; quod vt iam Spiritus Sancti operatione reprimatur, ita tandem extinguetur in sempiternum nostrum bonum.

*Vers. 8.* Quia Iudæi gloriabantur in Circumcisione, atque patribus, hanc inanem gloriandi spem Iudæis adimit, eosque reuocat ad fidem, obedientiamque veræ religionis, & adorationis diuinæ tesseræ, auocatque à vana illa confidentia, quam in externis, & legalibus Cerimonijs habebant, consequenter falsa accusatione se purgat, quam contra eum instituerunt. Ac primo agit de circumcisione: fatetur à Deo institutam fuisse, concessamque *Abrahamo* cum mandato, *Genes. 17.* Vbi obserua Deum solum habere potestatem ordinandi Sacramenta, & sigilla foederis: idcirco



cò illa adulterina quinque à Papistis excogitata non sunt admit-  
tenda, sed amandanda ad Satanam inuentorem. De ijs vide su-  
pra. Iam videamus quid sit Circumcisio, *Genes. 17.* Est amputatio  
præputij, qua. 1. Significatur natiuæ corruptionis amputatio per  
Christum qui dicitur, *Rom. 15. 8.* Minister circumcisionis. 2. Se-  
paratio populi DEI à gentibus. 3. Initiatio nostra in Ecclesia.  
4. Quod est præcipuum, fœdus illud gratuitum in Christo sanc-  
tum, cunctosque in illum credentes esse ab eo circumcidendos,  
repurgandosque à peccato tam originali, quam actuali: velit itaq;  
Stephanus reuocare Iudæos ab externa circumcisione, ad seriam  
considerationem gratiæ, salutisque in Christo in fœdere com-  
prehensæ: Cùm iam abolita sit circumcisio, & in eius locum sur-  
rogatus est Baptismus à Christo qui impleuit id, quod per eam  
fuit significatum, potestatem, authoritatemque habens vt prin-  
ceps Ecclesiæ constituendi Sacramenta. Vocatur circumcisio fœ-  
dus, *Genes. 17.* quod sit signum fœderis, & *Rom. 4.* σφραγίς, id est,  
sigillum illius iustitiæ, quæ erat fidei: etenim Abraham credidit,  
imputatumque est illi ad iustitiã. *Obser.* Phrasis scripturæ notãda de  
Sacramētis: sæpe tribuitur rei significatæ appellatio signi, vt *Tit. 3.*  
Baptismus dicitur regeneratio, cùm sit signũ regenerationis no-  
stræ. Proinde phrases Sacramētales non sunt literaliter accipien-  
dæ, vt Dei veritatem tueamur, cuius rei ignoratio occasionem  
dedit aduersarijs errandi, qui dicunt verba institutionis Cœnæ  
Dominicæ iuxta, literam vt vocant, esse accipiendæ; itaque Pa-  
nem per transsubstantiationem esse realiter Christi corpus, &  
vinum esse substãtialiter Christi sanguinem, quoquidem inepto  
asserto non modo contra mentem Christi ineptiunt, sed Sacra-  
menti naturam euertunt, abolentque in quo semper esse oportet  
signum aliquod terrestre, & visibile, & rem significatã inuisibi-  
lem, & spirituale, vt videre est in omnibus sacramētis. Scilicet in  
ligno in Paradiso signo, & re significata Christo: In circumcissione  
amputatio præputij & peccati abolitio, in Agno Paschali signo,  
agnoque Dei significato, qui tollit peccata mundi. Sanctuario, &  
cœlo. In Petra, & Christo, in Manna & cibo cœlesti Christo, in  
Baptismo aqua, & peccatorum remissio in cœna Panis signum &  
corpus Christi res significatæ; non est opus multis. Tenet in omni  
Sacramenta esse signum, remque significatam. Proinde verba cœ-  
næ

næ significatiuè sunt expendenda, quod etiam liquet ex Christi  
verbis. Qui habitat, inquit in me, egoque in illo, comedit meam  
carnem, bibitque meum sanguinem, habitat verò in Christo qui  
fide Christum apprehendit, eodemque modo bibit eius sangui-  
nem qui fide sanguinem Christi ab omni peccato purgantem  
vsurpat: *Ioan. 6. vers. 35.* Qui ad me venit, ait, non esuriet, qui in  
me credit non sitiet: fide itaque editur Christi corpus, & bibitur  
eius sanguis. Porro fœdus hoc gratuitum quod pepigit Deus cum  
Abrahamo extat, *Gen. 12. & 17. Obserua.* Salus nostra, vitaque æter-  
na solidissimo nituntur fundamento, pacto nimirum Dei inuio-  
labili, iureiurando stabilito, necnon circumcisione obsignato.  
Sequitur Abraham genuit Isaacum non potentia naturæ. Erat enim  
centenarius, *Genes. 17.* & Sara Nonagenaria, sed vi promissionis,  
quod figurat filiorum Dei generationem esse supernaturalem  
per verbi immortale semen, *1. Petri 1.* & Spiritum æternum, ad  
quos spectat promissio facta in Sione, qui vti sunt Ecclesiæ mem-  
bra, ita sunt regni cœlestis significati per cœlestem Ierosolymam  
futuri hæredes: Isaac genuit Iacobum vi naturæ ordinaria. Vbi ob-  
serua Ecclesiam propagari & per naturam & gratiam: non quod  
in natura sit vlla gutta gratiæ, quæ à fidelibus patribus in filios  
deriuetur, sed quod filij procreentur à parentibus naturali modo  
quos Deus suã donat gratiã, filijque sui merito in filios asciscit, re-  
gni que cœlestis efficit cum Christo cohæredes, *Rom. 8. Iac. 12. Patri-  
archas, Gen. 29. 30.* Ex filia Labanis Lea natu maxima Reuben, Simeo-  
nem, Leui, Iudam, Issacar, Zebulum, ex Bilha Rachelis puella, Dan, & Nep-  
thali. Ex Zilpa Lea puella, Gad & Affer, ex Rachele iunior Labanus filia Io-  
seph, & Benjamin, quem cum eniteretur Rachele est mortua. Si considera-  
uerimus, qui, qualesque sint naturã, actionibusque suis, nullam repe-  
riemus materiã, in qua Iudæi merito possint gloriari: cõmemorat  
fratrum facinus in Iosephum à naturã alienũ quem vendiderunt Is-  
maelitis, vide *Gen. 37.* & *Aug. de venditione Ioseph, lib. de civit. Dei.* Huius  
sceleris causam perstringit scilicet, inuidiã contra quam dicente  
Salomone nemo potest consistere, *Prov. 27. 4.* Quã Siculi maius tor-  
mētum non inuenere: Sed hæc inuidia habet causam impulsuã,  
atque hæc est, quod Pater Iacob præ illis amauerit Iosephũ in senecta  
genitũ, quodque Iosephus somnia narrarit fratribus, quæ videbantur  
prælationem, & euectionem Iosephũ supra fratres portendere.



Primum somniauit, quod frugum manipulos colligerent, eiusque manipulus eiectus steterit, aliorumque illi reuerentiam exhibuerint. 2. Somniauit quod Sol, Lunaque, & undecim stellæ eum reuererantur, quo audito iratus euasit pater, qui inquit; ecquid parentes te reuererantur, nihilominus tamen quod fuit dictum à Iosepho apud se reponebat: hisce fratres iuflammati in Iosephum, nactique occasionem dixere aduentante Iosepho, ecce adest somniator, statueruntque apud se eum occidere, sed Ruben obstitit truculento proposito, itaque decreuerunt in Cisternam mittere, quod est factum, deinde præterredientibus Israelitis consilio Iudæ vendiderunt. Quid hic vides ô Iudæ in quo gloriaris in patribus tuis, si in se naturaque sua expendantur. Vides odium singulare, quo accenduntur ad fratricidium, imò ad *An mæcidium*: nam *Ismaelita* veri Dei cognitionem non habebant. *Ezech. cap. 16.* Optimè exprimit quales fuerint *Iudaorum* patres: Christus iactabundis *Iudæis* de *Abrahamo* patre, respondit esse filius Diaboli, atque cupiditatum suarum opera proferre, & Ioannes Baptista vocat progeniem viperarum: habere bonos, piosque maiores est Dei beneficium, sed nihil ad nos, nisi Dei gratia accedat, qua possimus eorum fidem, & pietatem imitari, & vt loquitur Apost. ad Rom. *Abrahami* vestigijs insistere. Sed Deus erat cū Iosepho in persecutione à fratribus attentata, in venditione, in calumnia instituta ab vxore *Putiphari* de stupro inferendo: illud itaque egregium, *Psal. 27.* verificatur, etsi pater materque me deseruerint, Dominus tamen me destitutum non deseret, & *Psal. 57.* habet piorum *Lachrymas* in vrna repositas, Christusque adest suis, promisitque præsentem Spiritum, *Ioan. 14.* consolationis. Deus ergò dum prosperè nobiscum agitur, non solum est præsto, sed multo potentiore, & efficaciore modo adest nobis, cum affligimur, vt tribus illis in fornacem cōiectis, *Dan. 3.* & ipsi Danieli in antrum *Leonum* iniecto, *Dan. 6.* Quem in summum honoris gradum euegit, vt & *Iosephum*: Proinde afflictiones, piorum non sunt sempiternæ, *Psal. 34.* multæ sunt iustorum afflictiones, sed Dominus omnibus eos eripit. Sequitur euectio *Iosephi*. Deus dedit illi gratiam, & sapientiam, id est, fecit illum gratiosum & sapientem in interpretandis somnijs, pollentemque consilio ad regendum. *Observa.* Nihil in *Iosepho*, quod non diuinitus acceperit, proinde in

eo non gloriandum, sed in Domino dante. Quid inquit Apost. habes, quod non acceperis, & si accepisti, quid gloriaris? Et alibi; Absit gloriari, nisi in cruce Domini. 2. *Observ.* *Iosephus* verè refert Christum dei filium gloriae Dominum, qui à Iudæis fratribus secundum carnem fastiditus, à Iuda proditus, atque venditus vt *Ioseph. Gen. 39.* qui ignominiosam, maledictamque crucis mortem pertulit, qui que triumphauit supra omnes hostes, & iam cōstitutus sit domus suæ princeps à deo patre, Caputque Ecclesiæ suæ concedens ipsi lucem, vitamque, tandem concessurus cum æterna vita sempiternam gloriam.

11. *Vers.* Habemus hic causam impulsuam, quæ motus Iacobus in Ægyptum descenderat cum familia sua, Mortem etiam patrum, & sepulturam 15. 16. *Vers.* Impulsua est fames de qua somniauit *Pharao* in septem illis vaccis macris, septemque spicis turbine percussis. *Observatio.* Quicquid Deus vel verbo suo patefecit, vel seruis suis reuelauit, illud omne implebitur: exempla plurima extant in sacris. 2. *Observ.* Fames, aliaque Dei iudicia ab Authore Deo immittuntur neque ab hominibus, sine Deo ordinante infligi possent: Ita etiam bona, & prospera diuinitus conceduntur, proinde reuerentia, atque timore Dominum hunc magnopere verendum, qui habet thesaurum plagarum effundendarum in peruersum genus hominum, prosequamur, colamus, synce- ræque amemus hunc Patrem in Christo bonis redundantem nobis concedendis fide amplexantibus. 3. *Observa.* Scriptura notat duplicem famem. 1. est verbi *Amos 8.* Qua terretur populus propter eiusdem contemptum: Prædicatur enim profecturum à littore in litus, à terra in terram, & tamen verbum non reperient, propterea quod suo loco Iehouæ vocem non habuere. 2. est & fames corporalis, de qua hic est sermo, & sæpe alibi in Scriptura: Sed maximè memorabilis est illa, qua 2. *Reg. 6.* tempore *Elisei* plectitur *Samaria*, quæ tanta fuit, vt caput Asini veniret 80. argenteis: & *σκυβαλον* columbæ 4. argenteis. Imò quod est terribilius coactæ sint fœminæ liberis suis vesci. Quod horrendum iudicium Deus *Deut. 28.* prædixit propter rebellis populi contumaciam: Et post filij Dei ascensionem. scribitur à *Iosepho* in historia de bello Iudaico in obsidione Ierosolymitana tantam *Titi Vespasiani* tempore fuisse famem, vt comederent suos filios.



Simus grati erga benignum Patrem, qui nos exiguo sensu huius plagæ affecit: Cuius cum laudis & gratiarum celebratione in DEI gloriam recordemur. 4. *Observatio.* Nulla regio plagis divinis est eximenda, si vult Dominus. Percellitur Ægiptus & terra *Cananea* fame: Nullumque genus hominum, quod non sit iudicijs DEI infestum. *Iacob* hac plaga invisitur, alijque à scedere alieni. Temporalia ergo iudicia sunt bonis atque malis communia: & saepe iudicium Domini à domo incipit. Abductus est *Daniel* in captiuitatem, & etiam *Ezechiel*, cum reliqua turba: sed nota discrimen. Temporales plagæ sunt pijs castigationes tendentes in bonum: verum reprobis sunt pœnæ, atque sempiternorum cruciatuum iñitia. Dominus ita agit in gratia cum suis, vt cum mereantur propter peccatum grauius supplicium (nimirum) æternam mortem convertat in temporales & corporales castigationes in eorum vsum, atque Ecclesiæ. Adde, plagas non esse bonis testimonia seueri, atq; atrocis Dei, sed potius amantis patris, qui, quos amat, castigat.

*Vers. 12.* IACOBVS pater mittit filios in Ægiptum propter frumentum, ex quo ibi esse audiisset. Repete historiam de prima, & secunda missione 10. patrum ex *Genes. cap. 42. 43. 44. 45. & 46.* de aduentu *Iacobi* in Ægiptum. *Obser.* Si electi, charique Deo in vna regione premantur egestate, & penuria, in alia Dominus pro ijs providebit. *Psal. 34.* Leones fame premi possunt, sed qui requirunt Iehouam, nulla re bona egebunt. adde, Dominum per partes, atque gradus sua bona conferre siue ad hanc, siue æternam vitam spectantia: vt miseriæ nostræ, diuinæque misericordiæ recordemur. Regeneratio nostra quæ iactu oculi compleri possit volente Deo, quibusdam gradibus perficitur. Vita æterna per Christum hic est tantum inchoata, post perficienda. *Iacobus* mittit prima, & secunda vice propter frumentum: hinc commodè sequi possit, iteratis vicibus diuini verbi pabulum sumendum, quo animæ nostræ ad vitam æternam alantur.

*Vers. 13.* *Iosephus* 2. vice cognoscitur à suis, mittitque propter *Iacobum* patrem, qui benignè à *Pharaone* excipitur. *Obser.* In *Pharaone* est grati animi virtus, cum *Iosephus* illi multum commodauerit, iam gratificatur eius patri. Reges in summo loco constituti, solent esse ingrati, vt *Ioas* in *Zachariam Iehoiada* filium, quem cura-

uit,

uit, lapidibus obruendum, 2. *Cron. 24.* quòd ei dixerit, deseruisti Iehouam Israelis, itaque te deseret. Est certè maximopere è re Ecclesiæ atque politix, si pij sint, penes quos est rerum summa. Quandiu vixit *Iehoiada*, *Ioas* bene gubernauit, & foeliciter, sed ex quo est defunctus, convertit se ad Idola Gentium. Percurre exempla in impijs Regibus Regni Iudaici atque Israelis, qui Idolatriâ suâ, diuini que verbi contemptu, accersuerunt, sibi Babylonicam illam captiuitatem, & abductionem illam decem Tribuum à *Salmanassare Assyriorum* Rege factam. Idcirco oremus Dominum, habeamus pios, & sanctos Magistratus.

*Vers. 15. 16.* Habentur hisce duobus versibus, *Iacobi* cum familia descensus in Ægiptum. 2. Mors, 3. Sepultura.

*Observatio.* Nullam in hisce terrarum solis permanentem Ciuitatem habemus, *Hebr. cap. 13.* *David* sese agnoscit peregrinum, *Psal. 39. & 42.* instar Cerui aspirantis ad aquarum riuos se esse dicit. Et *Psal. 84.* proclamat Animam suam sitire maiestatis diuinæ aspectum amabilissimum. Quando inquit apparebo coram Iehoua viuente. *Iacobus Pharaoni* inquirenti de ætate, Respondit se habere annos centum & triginta, dies fatetur peregrinationis suæ paucos & malos. Quare hospites in aliena regione nos esse certum est, cum nobis omnibus hinc sit emigrandum: ad locum æternitatis nostræ anhelandum est. Præmittamus itaque cor, & affectiones in cœlestem patriam, vt statuto sequamur tempore ad plenam glorificationem. 2. *Observatio.* Omnibus est moriendum, *Heb. 9.* Vt vt est, plerique tamen hac ætate, sic viuunt, ac si nunquã hisce terris esset exeundum: vt olim illi *Epicurei* genio indulgētes suo dicētes, edamus, bibamus, latemur, post mortem nulla voluptas. At longè secus sentirent Regenerati, & diem quemque putarent esse huius vitæ terminū, vt parati sint, cum Dominus eos hac statione evocat. Sed quaritur, Quomodo (inquit) Christus *Ioan. cap. 11.* Qui credit in me, non morietur, Si omnibus sit moriendum? *Respon.* Credentes non moriuntur secunda morte, *Apo. cap. 20.* qua reprobi sunt afficiendi. Morte tamen prima, quæ est animæ à corpore separatio, communis fors hominum non eximitur, Cui non tam mortis nomen attribuendum, quam accessus ad statum foeliciorum. Sed reprobis hæc prima est formidabilis, cum non sint purgati



Gen. 33.

In fonte illo recluso domui Dauidicæ, *Zech. 13.* est ijs quasi æternorum torminum initium: At morte Christi voluntaria piorum mors est sanctificata, vt ne illis quidem exeuntibus terrorem incutiat, cum sit medium quo in cælum pergitur ad æternorum, & perfectorum gaudiorum perceptionem. *Sepultura*, Transferuntur Patriarchæ ex Ægipto in *Sichem*: Tametsi ossum Iosephi solum fiat mentio, *Ios. 24.* inhumantur sepulchro, quod *Abrahami* nepos Iacobus emit ab *Hamore filio Sichemi*. *Observa.* Tametsi in aliena regione remoti à natali solo emoriamur, atque sepeliamur, nõ sumus eo miseres, aut Deo propterea exosi, cum beati prædicentur ij qui in Domino moriuntur, *Apoc. 14.* suâque gratiâ adsit Dominus, vbicumque terrarum diem suum obeant electi. 2. *Observatio.* Patres minimè existimarunt vllam hinc terræ sanctitatem infuisse, sed vt præsentem morte testatam facerent mentem suam posteris de promissionis certitudine, quam mortis instantia ijs excutere nequiverant, idcirco volebant sepeliri in terra promissionis. Proinde *Papista* valde errant, qui Sanctitatem locis alligant: Cum *τοπος*, vt inquit *Chrysostomus* ὁ δὲ ἀνθρώπος & homo Christi sanguine sanctificatus per fidem, vbicumque moriatur, sit Templum Spiritus Sancti: Quare opinio illa de sepeliendis in Templis defunctis propter loci sanctitatem, prorsus est explodenda, & profliganda. 3. *Observa.* Terra *Cananea* figurabat cælum: Itaque volebant Patres significare, etsi corpora, ossaque computrescant, atque in pulverem redigantur, futura ramen filij Dei virtute viua, cælo locanda, atque glorificanda: Vide *Ezech. 36.* de siccis ossibus, atque animatis: quæ si expendas que illo habentur capite, clarè videbis mortuorum resurrectionem denotari.

*Vers. 17. 18. 19.* Iam sequitur populi multiplicatio, & oppressio. At primùm occurrit Temporis circumstantia. Cum Tempus Promissionis appropinquaret. *Observa.* Etsi Dominus videatur verbi sui executionem diu procrastinare, haud dubiè tamen stato tẽpore implebitur. Atque illud Christi promissum, quo spondet se rediturum, electosque secum in cælum assumpturum, *Ioan. 14.* Non est quod dubitemus cum subsannatoribus illis, *2. Pet. 3.* de illustri illo filij Dei aduentu: Nam certè venturus est in Nubibus, flammaque ignis, *2. Thes. 1.* 2. *Observa.* Propagatur Dei populus per

natu-

naturam in Ægipto renitente *Pharaone*, & opprimente pro viribus: Nauent itaque, quam valent operam atrocissimi Ecclesiæ Dei oppressores ad eam opprimendam, de eâ multiplicandâ nõquam reddent irritum domini decreum: Sultum est mortali conari aduersus Deum immortalem atque moliri destruere, quod decreuit Iehoua extruere, & amplificare pro omni *Pharaonica* machinatione in dei populum; Ægipto exierunt sexties centum milia virorum exceptis foeminis, puerisque. 3. *Observa.* Promissum Iehouæ Abrahamo factum iureiurando confirmatum stat inviolabile: vt per duo immutabilia certam, validamque habeamus consolationem intuentes in illam spem, quæ nobis proposita est. De dei itaque gratia in semine promisso IESU Christo, & prædestinatione nostra ad vitam contra Concilium Tridentinum, ne ambigamus, neque hanc certitudinem salutis nostræ cum papistis arrogantiam esse putemus.

*Vers. 19.* P. oppressio habetur; ac primùm Oppressor designatur, nimirum *Pharao*, alius Patri dissimilis, qui dicitur surrexisse, & quem Dominus fertur ordinasse, *Exod. 9.* atque excitasse ad ostendendum potentiam eius in eo, *Rom. 9.* *Observa.* Impij, ac facinorosi sunt tantum mala instrumenta Domini per quæ DEVS agit, quod decreuit, & in quibus Satan, quod cum Iehouæ opus peregerint, etiam non instituto glorificandi Dei, pœnis sunt afficiendi vt obseruare est in *Nebuchadnezare*, *Ier. 25.* 2. *Observa.* Principes immemores esse solent rerum bonarum, atq; ingrati, sed nimis bene memores iniuriarum: Exẽplum supra adduximus *Ioæ* Regis Iudaici admodum ingrati, qui lapidibus obruendum curauit, *Zechariam* filium *Iehoiada*, qui eum in viuis conseruauit ab atrocissimâ, & truculentissimâ *Athalia* totius stirpis *Davidicæ* delectrice excepto *Ioæ* sic conseruato. Verè dixit Psalmista, *Psal. 118.* Melius est Deo confidere quàm Principibus, & *Psal. 146.* Ne spem locetis in Principes, nec in hominum filios, quia nullum in ijs auxilium, citò enim pereunt, & ad terram conuertuntur. Non agnouit hic *Pharao Iosephum*: Intercesserunt ferè 50. anni inter mortem vt quidem putent *Iosephi* & hunc Tyrannum. Mundani itaque honores sunt evanidi, nec posteris alligati; vide in *Iosephi* posteris, quos *Pharao* hic atrox iniuriosè tractat, decernitque, vt infantes nuper natos exponant, quo tota stirps *Israelitica* fundi-

T 3.

tus



tus deleatur. *Obserua.* Impiorum sapientia est crudelis, dixit hic tyrānus cum statueret, Israeliticum populum è medio tollendū, agamus sapienter. Sapientia est hostium Ecclesiæ, quæ summa stultitia est apud Dominum: nam quid stultius, quam prensare consilia aduersus Dominum de opprimendo Dei populo, quem statuit magno numero propagandum, sed videamus hanc Pharaonicam sapientiam in extinguenda stirpe Israelitica. Primum quidem oneribus opprimit, grauatq; non ferendis, nihil proficit. 2. Imperat obstetricibus vt infantes in partu enecent, nihil item proficit: nam non faciunt. 3. Edicit, vt masculi eijciantur cuncti in Nilum, & adobruantur aquis: nihil adhuc promouet: quare sequitur, omnes Sathanicæ machinationes à scelerosis attentatæ cum ingeniosa etiam atrocitate, minimè valent prapedire incrementum, atque propagationem Ecclesiæ DEI siue per naturam, siue gratiã. Comparatur Ecclesia rite Palmæ de qua sic scribitur: *Nititur in pondus palma, & consurgit in altū: quo magis & premitur, hoc magis tollit onus.* Accedit huc illud. *Sanguine fundata est Ecclesia, sanguine creuit: sanguine succreuit: sanguine suis erit.* Historiæ testantur persecutionibus, varijsque martirijs Ecclesiam maximè amplificatam fuisse, idcirco non est quod metuemus conatus, & machinameta hostium, cum diuinitus sit statutum Ecclesiam esse propagandam: vt vt ita sit, facinorosi molitores in sponsam Christi nequaquam subsistere volunt in primo atrocitatis suæ gradu, sed ascendunt, atq; progrediuntur in truculento cursu donec ad fastigium peruenierint, poculumque vt dici solet perimpleuerint, quo facto in ipsos effunditur *Cyathus* diuinæ iræ sexque pateræ indignationis *Iehoua* ad eorum confusionem, atque perditionem. *Ezech.* dicitur de crudeli, *Psal.* 147. Malum incitabit crudelem ad destructionē. Impij nihil aliud agunt, & moliuntur in affligenda Dei ecclesia, quam suo capiti perniciem accersunt. Vide in *Pharaone*, *Antiocho*, Ecclesiæq; primitiua persecutoribus. *Vers.* 20. Iam sequitur historia *Mosis* liberatoris populi, vbi habetur *Mosis* natiuitas & educatio ad *vers.* 23. Nulla hic mentio, quo die fuerit natus: haud dubiè factum ad coercendam populi superstitionem, qui indierum obseruationibus erant Cerimoniosi. Nascitur verò cum maximè opprimitur populus qui cogitur eijcere in nilū omnes infantes masculini sexus. *Obserua.* Consuevit Dominus nominis sui gloriæ ergo

ergo populo suo liberatorē excitare, cum liberationis spes omnis, atq; expectatio videtur adempta: nascitur Iesus Christus cū populus *Iudaicus* amissa libertate Imperatori Romano subiicitur, & tributum, vectigalq; cogitur pendere: populus tempore *Assueri* ad eadem destinatus truculento trucidis *Hamanis* Consilio, cum nihil possit nisi extremū supplicium expectare, pia, atq; diligēti opera *Mardochar*, & *Esthera Regina* liberatur. Tantaque cædis excogitator *Haman* suffigitur patibulo *Mardocho* parato. Explicatur & *David* difficillimo discrimine, cū à *Saulino* exercitu vndequa; cingitur, *1. Sam.* 23. cumq; eum populus statuisset lapidibus obiuere, *1. Sam.* 30. in combustione *Zicklagis*: concludendū itaque omnipotentem Deum gloriã sibi vindicare, quādo vel liberat, vel liberatores excitat in populi sui statu periculofissimo: celebratur *Moses* hic à *500* diuinitus venustus, i.e. diuino fauore, & benignitate nascebatur, adeo vt aspectus eius esset elegans: huius formæ atque elegantia nullum meritū in *Moyse* est causa, cum esset infans. Quod si Deus hanc elegantem, præclaramq; formã ex gratia tribuat, quāto magis dona dicitur tribuere spiritualia vt est iustificatio, & vita æterna, quæ fidelibus conceduntur nullo suo merito, sed tantum Christi, vide *Rom.* 6. *ζωὴ ἀγάπης* vocatur *χάρισμα τῆς θεῆς*. *Mosis* educatio partim priuata, partim publica, priuata in adibus paternis tres menses. *Obser.* Quod parentes non obtemperarint mādato regio, est opus fidei, *Heb.* 11. vbi habetur non timuisse *Moyse* parentes regis mandatū durum esset, imò impiū non obedire regi, si cum Deo consentiat: sed pium est non obtemperare, si contra Deum mandet. *Audi Petrum, Act.* 14. concilio *Ierosolymitano* respondentē interdicēti ne amplius prædicent nomine *Iesu Nazareni*, vtrum inquit sit potius Deo an hominibus obsecundādum ipsi iudicate. Refert rem hanc maximi ponderis ad ipsorū conscientia, *Petrus* verò, alijque Apostoli praxe cōfirmarunt quod dixit: nam indies priuatim, & publicè Iesum prædicarunt: sic tres illi pueri *Sydrach*, *Mesath*, *Abednego*, potius sese sunt passi in ardentē fornacem conijci, quā iuxta regium abominandū decretū prosterni corā illo idolo aureo, quibus *Iehoua* morigeris bene cessit, salui enim è flammis euaserunt virtute Angeli potētissimi cum ipsis versati, *Dan.* 3. ipse etiam *Daniel* statuto illi persico inuiolabili vt volunt de non nuncupandis petitionibus nisi Regi *Dario* per triginta dies, non solum non paruit,



paruit, sed contra conuersis oculis *Ierosolymam* versus ter in die est precatus: quare in antrum Leonum immissus, Leonis de tribu Iudaica potentiâ admirabili est conseruatus. Martyres plerique, vt in historia legere est obnitentes impijs Tyrannorum consultis vitam profuderunt, vt *Ignatius* sub *Traiano*, *Polycarpus*, *Dorotheus* centesimum septimum annum agens: & alij multi. Manet ergo in Christiano pectore firmum, fixumque impijs Tyrannorum decretis non esse obediendum.

*Vers. 21. Eiectio Moysis*, quem diutius retinere non potuerunt. Exponunt itaque puerum cistula scirpia, benè picata, & bitumine oblita inclusum locantque in alga, iuxta ripam illius Rivi: egressa at *Maria Moysis* Sozore, diuina providentia evenit, vt filia *Pharaonis* egrederetur cum Ancillis ad lauandum, quæ cum videret arculam, conijecit, in ea fuisse cuiusdam Hebræi infantem, quam prehendere, atque aperire iussit, quo facto vidit vagientem, & tacta compassione, Nutricem adduci vult, quam designat Mariam matrem nimirum *Moysis*, quæ eum enutriuit, habitum pro filia *Pharaonis* filio. vide 2. cap. *Exod.* 1. *Observ.* Tyranni impiâ acta & horrenda cogunt homines patrare, quæ certè minimè possunt decretum Domini de conseruandis suis irritum reddere. 2. *Observa.* Deus suorum curam non abijciat, tametsi charissimi quique abiecerint: Idcirco dignum notatu illud insigne *Davidis*, *Psal. 27.* Tametsi pater, materque mei obliuiscantur, Me tamen *Iehoua* colliget. Et *Isa.* An possit mater prolis suæ obliuisci, Minimè tamen populi sui obliuiscetur Dominus. 3. *Observ.* In societate, cætuque hominum maximè impio, & in aula vel facinorissimâ habet Dominus suorum fautores. In aula *Saulis* *Jonathanem* *Davidis* fautorem: In *Achabi* flagitiosi Idololatæ *Obadiam*, 1. *Reg.* 17. Qui 110. Prophetas, dum fureret *Iezabel*, occultauit. In *Assueri* *Estheram*. In *Sedechia*, *Ebedmelechum* summum *Ieremie* patronum: Hic *Pharaonis* filiam. Antequam itaque non bene agatur cum suis, efficiet Dominus per suam gratiam etiam ex Tyrannorum lumbis procedentes eorum patrociniū suscipere.

*PUBLICA* educatio est in scholis *Ægyptiacis*, & Curia, & prædicatur hic instructus in omni scientia *Ægyptiorum*: id est in scientijs liberalibus, Philosophiæque partibus probata, sed non in inanibus rerum speculationibus, Nec in Astrologia illa indicia-

ria in diuinatione posita. *Observa.* Liberales artes, atque scientiæ sunt addiscendæ quæ vsui esse possent rebus diuinis cognoscendis: neque *Ethnicorum* opera prorsum aspernanda, in quibus moribus humanis, atque actionibus apposita dicta reperias. Paulus bene versatus in literis humanioribus laudat ex *Arato*, *Act. 17.* δεῦ γένεσμεν, & ex *Menandro*, 1. *Cor. 15.* καλὰ ἔδη φθείρει ἐμιλίαι κακά. ad *Tit.* etiam κρητες ἀεὶ ψεύσαι, κακὰ θήρια, γαστέρες ἀργοί. Atque vt inquit *August.* Dei populus *Ægyptiorum* vasa de mandato diuino abduxit: ita fas est nobis *Ethnicorum* dicta ad vsum nostrum accommodare.

*Vers. 22.* Effectum institutionis *Mosaica* potens scilicet euasit *Moyse* verbis, factisque. *Obser.* Piorum studiosorum laboribus benedicet Dominus, euentisque studia eruditorum prosperabit, quorum finis hic debet esse, vt verbis, & factis Dei gloriam illustrent. Legatur historia, *Exod.* de executione officij ad *Pharaonem*, vbi facta, dictaque; *Moysis* elucescunt. Vnum præ multis de illo scribitur, quod non extimuerit regem, quia vidit eum qui est inuisibilis: vt inam nos serui Dei in muneris nostri functione diuinam maiestatem contuentes mortales Principes minimè metuamus. Concurrunt duo in *Moyse*, quæ disiunguntur in multis huius ætatis: verbis plerique abundant, sed factis deficiunt, adeo, vt illud verum probetur ab *Apost.* dictum, 2. *Timoth. 3.* multi formam habent pietatis, sed eius vim abnegarunt.

*Vers. 23.* Dux praxes *Moysis* sequuntur quibus significatur se fore populi *Israelitici* liberatorem, & vindicem. Sed hoc versu attingit temporis circumstantiam. Cum erat 40. annorum motio ista erat iniecta animo, vt fratres inuiseret: est certè à Deo, & quod ante non viseret, à Deo quoque factum. *Observa.* In nullam vocationem temere est insiliendum, ne non vocati ad obeudum munus cœlesti gratiâ destituantur. 2. *Observa.* Nemo est idoneus ad tractanda *Iehouæ* negotia, nisi renunciarit prauis cupitatibus, & sapientiæ carnali: ita existimandum in causa salutis nemo ad vitam æternam aptus, nisi gratia diuinitus concessa imbuatur, *Ioan. 6.* inquit *Christus* nemo venit ad me, nisi Pater traxerit eum. *Cant. 1.* Trahe me post te, inquit, Sponsa Sponso atque curremus, contra naturalistas hoc militat. 3. Vocanti Deo tempore suo est obediendum nec detrectandum officium, quod nobis imponit, vt *Ionas* fecit



præ infirmitate. Quosdam vocat Dominus, & sanctificat in vtero, vt *Ieremiam*: Quosdam in ætate media, vt *Paulum*. Vt cunq; & quocunq; vocemur tempore, si modo legitimè, cedendum vocanti Domino, omni sepositâ excusatione etiã cum vitæ discrimine: Vocanti Christo obtemperarunt Apost. *Zacharus* etiã, qui dimidium suorum bonorum pauperibus erogauit, & si quid per dolum subtraxit, reposuit quadruplum, cui Christus, Cuiusq; domui salutem obuenuisse ait, Nomenq; filiorum Abraham ipsi competere, *Luc. 19*. Proinde qui efficaciter vocantur ad opus Domini peragendum, nequeunt retardari. *Honores*, diuitiã, voluptates *Ægyptiacæ* non remorantur *Moysem*, *Heb. 11*. Sed pro his elegit infamiam cum Domini populo, afflictionem, opprobrium: vbi nota ardorem propagandæ Dei gloriæ omnibus, atque summis in æstimatione hominum præponderare. Verum paucos hac tempestate *Moyse* similes offendas. Vbi enim illum reperias hominem qui honorum, Bonorum, voluptatum vel perniciosarum propter Dei gloriam, vel Christi causam discrimen pati, quid dicam iacturam facere velit: Certè Christo dignus non est censendus, qui omnia ista non aspernetur, modò Christi honos postulet. Magnã pollicetur mercedem Christus ijs qui omnia pro eo exponere volunt, hic plurima bona, post æternam vitam, *Math. 19. 29*.

*Vers. 24*. Prior praxis. Magistratus officio fungitur quo significat se liberatorem, atque vindicem fore. Defendit, vlciscitur, percutit *Ægyptium* iniurium. *Obser.* Magistratui ex officio incumbit tueri infantes: vindictam expetere de impijs ac scelerosis, & si ius dicet, supplicio afficere flagitiosos, ac in sanguine versatos. Non sunt Magistratus à Deo constituti, vt otio indulgeant, voluptates consecretentur, Ecclesiam, populumq; Dei negligant, sed vt illius salutem promoueant, procurentq; præsertim Ecclesiæ Christi consulant, ad cuius amplificationem, Imò etiã Sanctum Sinum omnem gloriam suam afferrent, atq; conferrèt, cum Nutricij esse debeant. *Isa. 48. Revel. 21*. Sed nulli magis Regno Christi eiusq; gloriæ obsistunt, quã qui à Deo in summum locum sunt euecti. At meminerint quid *Psal. 149. & Malach. de die Domini* veniente instar fornacis. Atq; de Rege *Babylonio*, sese efferente aduersus Iehouam, dicenteq;: Ponam Thronum meum in Aquilone, & ero similis Altissimo, tandem

dem cum ignominia in sepulchrum detruso, *Isa. 14*.  
*Vers. 25*. Ex hoc versu satis perspicuo collige Ecclesiæ persecutiones tempore esse circumscriptas. Proinde non possunt Tyrani quod volunt in ecclesiam: Dominus enim cœlestis afflictionum omnium quantitatem, & qualitatem metitur, statoq; tempore liberat, *Psal. 34*. cuius liberationis gloria, tametsi adhibeat instrumenta per quæ agit, deo est tribuenda: qui non carebit instrumentis ad eripiendum, & protegendũ ecclesiam suam: Excitasse dicitur Iehoua *Cyri Persarum* Regis spiritum ad remittendum populum 70. annos *Babylonio* Regi seruientem ad exadificandam *Ierosolymis* domum Iehouæ. Nec non *Constantinum Constantij* filium post illas decem persecutiones grauissimas, sub cuius auspicijs ecclesia cepit respirare: qui ex sententia Sacerdotum Synodum cõvocauit *Nicanam* in qua error *Arrij*, qui longè lateq; serpebat, est dånatus, cuiusq; ope, & elaboratione Episcopi multis partibus dissidentes in gratiam rediere. Dixitq; *Imperator Constantinus*, quod est notatu dignum, *Deus vos nobis Indices* constituit, nosq; à vobis Episcopis debemus iudicari: quod velim & verbis, & factis Principes ætate nostra vsurparent ad imitationem, atque sese paterentur verbo Dei regi, ac iudicari. *Observatio*. Maximus hic honoris gradus, in quem evehuntur Dei serui vt sint ipsius instrumenta ad peragendum opus diuinum.

*Vers. 26*. Secunda praxis *Moyse* hæc est: Conatur pugnantes reconciliare die sequenti. *Obserua.* Captanda est quamprimum occasio componendarum dissensionum. Et denuò partes sunt Magistratus boni semotis odijs, atque inimitijs in gratiam vnire partes dissidentes, nostriq; est muneris, autoritate verbi reconciliationis nobis concrediti, vt populus per peccata à Deo alienus ipsi reconcilietur, atque cum Deo, proximoq; vnitas conseruetur, paxq; sancta in Ecclesia, atq; Repub. statu mineatur, vide *Psal. 133. & Ephes. 4*. Argumenta ad hanc rem accommodata. Similitudo illa à partibus corporis humani petita, est admodũ apposita ad rem, quæ si non consentiant, & cõpatiantur, necesse est tandem interitum corpori afferri. Dicitur *Micipsa* apud *Salustium* emoritur, filijs commendatum, *Concordia res parua crescunt, discordia maxima dilabuntur*. Nec non *Sciluri* factum apud *Plutarchũ*, qui cum ad mortẽ properaret, vocari ad se iussit 80. filios, quibus fasciculũ



iaculorum tradidit confringendum, quem cum nequiuissent, inquit ostendam vobis facilem modum, atque ille dissolvens fasciculum, seorsum quodque assumptum iaculum frangens indicat si per discordiam distraherentur, facili negotio filios perire posse, hac itaque praxe ad concordiam alendam est exhortatus eos.

*Vers. 27.* Ingratitudo huius confligentis Israelitæ tribus membris proponitur. 1. violentia in Moysen. 2. læsæ maiestatis crimen. 3. homicidij. *Observ.* Qui sunt maximè iniurij, & quorum conscientia est sceleribus cõtaminata, hi maximè auersantur reconciliationem: Imò contemptores monitorum, & reconciliatorum existunt, malumque pro bono rependunt: Expressam in *Moyse* Christi figuram habemus, qui seposita quasi ad tempus cœlesti gloriâ humiliavit sese forma serui accepta ad ignominiosam, maledictamque Crucis mortem, *Phil. 2.* vt redemptionis nostræ opus perficeret. Sed quam gratiam retulit, sacra testatur historia. Iudæi in eum vsi sunt violentia, læsæ maiestatis crimen ipsi impingentes, Barabbaque latrone deteriorè sentientes, vide *Luc. 4. Ioan. 17.* Idem hisce temporibus evenire solet Christi seruis, Mysteriorumque regni dispensatoribus, qui dum ad divinam gratiam ex verbo peccatores reuocare conantur, quod nequit fieri, nisi omnes delinquentes redarguantur, vim pati, ac calumnias coguntur: adeo, vt fidelissimi quique in munere obeundo, Magistratibus, eorumque regimini hostes censeantur, & dictentur: quod quam falsum, nouit Dominus *καρδιογνώστης*: Nam Pastores synceri, atque fidi officia debita, Magistratibus secundum Deum, præstanda planè profitentur. Quid enim moliuntur? aut quo collimant? quam, vt soli Deo omnis gloria in solidum tribuatur, Sceptrumque filij Iesu Christi primas teneat: beneque, & foeliciter cum sponsa Sponsi agatur, atque cum Repub. Statusque Regis sit quâ in Deo foelicissimus, quicquid garriant superparasitæstri, hoc manet verum: Additio. Ingratitudo certè omnia vitia complectitur, qua laborarunt omni ætate homines, vt *Abfolomus* in patrem, *Hunan Rex Moabitarum* in *Davidem*, eiusque seruis: Iudæi in Prophetas, Et inter Gentes, *Atheniensem* summa ingratitude in *Miltiadem* ducem extitit. Qui cum de *Persis* victoriam reportasset fufis *Perfarum* copijs quorundam odio, quod 50. talenta *Auri* pendere noluerit, in carcerè est traditus, vbi est mortuus.

tuus. Et *Romanorum* in *Scipionem*, cuius celebre extat dictum, scilicet, maluisse se vnum Civem seruare, quam mille hostes perdere; sapius cum *Hannibale Carthaginensium* Duce confligentem, tandem Tribunitijs criminationibus impetum, secedentem in rus ibique extinctum. Legimus *Lycurgum Atheniensem* Legislatorem, qui ex quo *Rempub.* cõstituiisset, egregijsque legibus stabiluisset, à Civibus pene lapidibus obrutum. *Diogenes* dicere est solitus nihil citius fenescere beneficio, & vt *Siphinus* lapis naturâ mollis oleo excafactus redditur durus, sic plerique beneficijs redduntur deteriores. Simus itaque imprimis in Deum grati, in eos etiam, qui de nobis sunt bene meriti.

*Vers. 29.* Hic est fuga *Moyfis* in terram *Madianam*. Occasio præcedentibus vers. liquet. *Observa.* Plerique suâ peruicaciâ, & malevolentia præpediunt suam liberationem, gratiaque *DEI* ad tempus viam præcludunt. Hoc in naturalibus, civilibus, spiritualibusque verum existit: Multi sua ingluvie sibi morbos accersunt, nimia ebrietate corpora labefactant, Bonorum iacturâ faciunt, patrantque plurima *Divinæ* maiestati reluctantia, vt eadem, adulterium, & id genus alia. Plerique otiosam agentes vitam paupertatis sibi sunt authores. In civilibus oblata occasione, quâ ipsis præclare possit consuli neglecta in bonis patiuntur detrimentum: In salutis negotio hominum plerique detrectantes *divinam* gratiam in Christo oblatam, iustitiam ex operibus confurgentem stabilire volunt, quorum merito salutem promereantur. Vnde fit, vt gratiam *DEI* suauem illam, & saluificam minimè gustent. Proinde nos vocati ad Regnum gratiæ, & lucis admirandæ, ne putemus *DEI* manum solito breuiorem, vt nequeat pristinum illum gratuitum fauorem in nos conferre. *Quærit Isa. Propheta 59.* Estne *DEI* manus curtior? *Resp.* Minime, Sed peccata vestra inter vos, atque Deum dividerunt. Et *Ier. 5.* Peccata vestra res bonas à vobis avertunt. Peccata sunt veræ causæ cur gratiam, & fauorem, hominibus non communicet Dominus. 2. *Observ.* Praxe *Moyfis* seruis Christi fas est nonnunquam fugere. Christus ipse subducit se, *Luc. 4.* & sæpius alibi, donec venit eius hora. Imperat *Apost. Math. 10.* Si vos persecuti fuerint in Civitate vna, fugite in aliam: & hic *Moyfes* fugit *divinitus* reseruatus ad tempus vocationis suæ. Ita Pastores fidi,



atque synceri vti potuerunt, possuntque, corporis declinatione ad tempus, vt referuentur ad meliora tempora, quibus Domini opus cum vberiore fructu promouere valent. Verum si euocationis ex hoc ergastulo corporis animæ tempus adsit, certoque id persuasum habeant, defungantur in Domino, aut martyrio veritatem obsignent, vt *Polycarpus, Ignatius*, multique alij. 3. *Obserua.* Si Deo dilecti, vna parte terrarum excefferint, alia fruuntur. Ecclesia figurata per columbam, Petram occupabit, Mulierque illa acceptis alis aquilæ in desertum auolabit, *Apoç. 12. Cant. 2.* Cùm Iehoua sit terra, atque plenitudo eius, *Psal. 24.* non est, quod existimemus Dei hominibus nihil loci reliquum esse in solo terrarum. Persequantur, omnesque intendant neruos Satanæ satellites ad diuexandam & profligandam Ecclesiam, Dominus eremum, si non meliorem locum ipsi providebit. 4. *Obserua.* Iehoua nunquam destituet suos consolatione vacuos, vel interna quæ est Spiritus, vel externa. Vt expendere est in Moyse, cui duo filij in terra *Madiana* nascuntur, quod cedit Moyse in consolationem.

*Vers. 39.* *Moyse* vocatio, adeoque in officio constitutio. Vbi habemus has Circumstantias. 1. Tempus, scilicet. Cùm esset 80. annorum. 2. Locum in deserto montis *Sinaici*. 3. Vocantem, nimirum, Iehoua Angelum. 4. Modum scilicet in flammeo igne rubi. 5. Huius Angeli nomen eiusque voces binas. *Nomen.* Ergo sum inquit Deus *Abrahami, Isaaci, Iacobi*. 1. Vox. se pone calciamenta. 2. Vidi videndo afflictionem. 6. Effecta duo in Moyse. 1. Visione rapitur in admirationem. 2. Audita voce extimescit, atque tremit. *Obserua.* Ex tempore confurgens. Dominus habet præfinitum tempus vniuscuiusque; vocationi vel ad officium vel Christianismum: vocauit & sanctificauit *Ierimiam* in vtero, *Ier. 1.* Paulum in ætate media, furem in articulo mortis. Quod est singulare, quare ne differamus pœnitentiam vnius exempli rarissimi consideratione vt minis multi à Satana decepti faciunt: hic Moyse octogenarium. Quisque ergo debet manere tempus vocationis suæ, neque temerè vsurpandum munus, nec per prehensionem suffragiorum ambiendum, prout in summum Ecclesiæ præiudiciū nonnulli facere consueuerunt, qui cùm non possent quantos velint honores adipisci per sacrosanctum ministeriū, etiam cùm

liber-

libertatis Regni Christi iactura, transuolant ad negotia secularia tractanda: & in Repub. & politeia eminere volunt. At si vocantē Deum expendant vocationisque grauitatem, & muneris præstantiam in subiecto excellentissimo Deo & homine versantis, finem etiam vitam æternam, atque immortalem gloriam præstitutam habentis, rebus alijs vilipensis totos sese consecrarent spartæ sanctæ exornandæ quam nacti sunt si modo legitimè nacti sunt, atque perpoliendæ. Vide *Dan. 12. 2. Timoth. 4. 1. Petri 5. Rev. 3.* de præmio fidum pastorem, fidelemque seruum manente, *Luc. 12. 2. Circumst.* Vbi. Apparet Iehoua Moyse in eremo. *Obser.* Locus etsi videatur obscurus, atque horridus, non impedit, quominus Dominus adsit suis in gratiâ, vt hic Moyse, cui etiam affuit ad Tabernaculi ostium, vbi amicè collocutus est cum seruo suo. Hinc petamus consolationem, vbicumque terrarum fuerimus pij, diuino fauore, atque præsidio cingemur. 3. *Circumst.* Quis vocat. Angelus nimirum Dei, sed non creatus, verum Dei filius, fœderis gratuiti mediator cum Patre coæternus, & consubstantialis, *Exod. 23.* admonet populum suum Iehoua, ne prouocent hunc Angelum, quia si, Non est ipsis par furus: nam inquit nomen meum est in eo, vide *Isa. 9. & Malach. 3. & 1. Corinth. 10.* disertè vocatur Christus. Hinc sequitur vnam omnium electorum esse salutis viam: vnam nos, & non aliam quam patres habere religionem, *Hebr. 13.* Christus heri atque hodie, vnus etiam in æternum. Cuius diem Abraham vidit, & gaudius est. 4. *Circumst.* Modus. In flamma scilicet ignis, atque rubo. Solet Iehoua apparere visibili aliqua specie, quia diuinam inuisibilem maiestatem nemo mortalium possit ferre. Sed nihil aliud hic significatur, quam afflictæ, & oppressæ conditio populi Israelitici in Ægypto, adeoque totius Ecclesiæ, & quod in medio ardentis rubi sit Christus, indicat, tametsi persecutionis igni in his terris ardeat Ecclesia, non tamen exuretur: sed purgabitur, & conseruabitur pura puta.

Sicut tres illi pueri in fornacem coniecti, *Daniel 3.* potentia huius Angeli illæsi manserunt: & rubus figurat vilitatem Ecclesiæ in æstimatione mundi, quæ certè in oculis Iehouæ est valde decora, & preciosa, *Cantic. 1. 5.* Nigra sim, at decora sum O IEROSOLYMITANÆ, similis Scenitis Kederimis, &



& similis inhabitantibus aulae *Schelomonis*, & *Cant. 2. 1.* Vocatur *Rosa* agrestis, quod exponatur omni afflictionum vento, tempestatibusque, quodque vndeque a *Sathanæ* organis pungatur, ipsa tamen germinet, atque efflorescat in medio: quicquid machinetur *Satan*, *Pharaoque Ruko* ignem admoueat, non tamen confumet: populus Dei hisce flammis eximetur: & *Ecclesia* purificata virescet, factaque recta permanebit.

1. *Effectum in Moysse.* Miratur. admirationis causa est ignorantia, quare, ut rem cognoscat, accedit proprius, auditque; Angeli vocem dicentis: Ego sum *DEVS Abrahami, Isaaci, Iacobi*, hoc titulo gaudet Dominus propter fœderis cum patribus initi memoriam. 2. Ut intelligamus esse Deum Dominumque eorum, qui diem suum obierunt: vocat *Christus Lazarum* mortuum amicum. Proinde nemo existimet non esse Deum defunctorum benignum patrem, quorum animæ gaudent facie *DEI*, & corpora confruantur ad *Epiphaniam* illam *Christi*, ut conformata glorioso capitis corpori glorificentur. Cum ergo affligimur fœderis gratuiti recordemur in summam nostram consolationem: præsertim cum præstiturus sit Dominus quicquid spondit, neque unquam diuini fauoris pactum euanesceat, utcumque ecclesia videatur innumeris malorum procellis iactari.

2. *Effectum in Moysse.* est Tremor. Cuius causa non est hæc vox fœderis consolationis plena, sed infirmitas, & pollutio in *Moysse.* vide *Isa. 6.* Quod si *Moses* fidelis Domini seruus trepidet ad hanc vocem, quanto percellentur horrore improbi in illustri illo Domini nostri aduentu in flama ignis apparituri, 2. *Thess. 1.* legemque illam summa cum maiestate, populique trepidatione promulgatam executuri: dicent certe cadite montes, (optata morte) ut abscondamur à facie Agni, *Apo. 7.*

2. *Vox Dei.* Solue soleas pedum tuorum. Idem habetur, *Ios. 5.* & *Ruth. 4.* In more fuit positum tempore redemptionis, ut vicinus vicino detractum calceum porrigeret. Hac voce nihil aliud innuitur quam afflictionum prauitatem esse deponendam, *Moyssem*que totum esse resignandum, atque tradendum in manus *Iehouæ*, ut præparetur, & componatur ad muneris functionem, & executionem. *Observatio.* Antequam Domini vocem audire possimus, aut eius faciem pro modulo intueri, par est nos sanctificari, *Hebr. 12.*  
fue

sine hac nemo visurus est Dominum. addo præsentiam *Iehouæ* locum sanctificare, proinde cœlum erit summè sanctum, in quo habitat *Dei* honos; nihil itaque pollutum & immundum recipietur in cœlestem *Ierosolymã.* Quare iterum dico, studeamus sanctitati, *Apo. 22.*

*Vers. 34. ad 38.* *Stephani* est institutum ostendere Legem *Mosai-*cam ad *Christum*, qui est finis legis, esse referendam. Cōtinet hic *vers.* quatuor. 1. quod *Deus* viderit afflictionem populi sui in *Ægypto.* 2. quod audierit gemitum. 3. quod descēderit ad liberandum. 4. quod *Moysen* in *Ægyptum* miserit. Primum phrasis occurrit trutinanda *ἰδὼν εἰδὼν τὴν κακίαν τῆς λαοῦ*, videns vidi, est *Syriaca* ad certitudinem denotanda. Vidi, inquit, multo ante, sed impræsentiarum video, ut manum admoliar ad populū expediendum, & inimicos perdendos. Porro videt *Deus* duobus modis. 1. oculo generalis providentiæ, sic nihil non videt, *Psal. 139.* 2. videt modo speciali, cum vult exercere suam misericordiam in *Ecclesiam*, aut *Iustitiam* in eiusdem hostes. Sic *Iehoua* hic dicitur videndo vidisse, quo tempore vult vindictam exercere in inimicos, *Ecclesiam*que diuexatam liberare: ad hoc faciendū impellitur partim, *Iehoua* à *Iustitia*, partim à *Misericordia*, & cōpassione qua afficitur *ἀνθρωποπῶτως*: Etenim *Deus* pater turbari dicitur, cum sui turbantur, *Isa. 63.* *Zech. 3.* *Christus* filius *ecclesiæ* caput, *Act. 9.* *Colos. 1.* 3. *Spiritus Sanctus*, *1. Pet. 4.* Turbant, & affligunt itaque *Ecclesiæ* persecutores ipsam *Trinitatem*, sibi que accersunt supplicium inevitabile: huc quadrat illud dictum *Davidis*, *Psal. 56.* *Deus* inquit videt suorum lachrymas, atque in vrina reponit. Tametsi turbetur *Sancta Trinitas*, cum affliguntur *pij* exultat *Satan*, eiusque instrumenta, Imò plerique, qui *Iesum Christum* videntur profiteri non quo conuenit, afficiuntur dolore propter afflictionem *Iosephi.* vide *Amozi 6.* & *Isaia 1.* quomodo *Iehoua* vult vindictam sumere de suis hostibus, quos, ut filios educavit. *Ecclesiæ* fors est, ut sit sub cruce, sed caueant diuexatores, etenim *Deus* videt in cœlo, tandemque aliquando liberatis suis pœnas de affligentibus expetet. 2. *Audini gemitum.* *Deus* noster non est instar *Baalis*, *1. Reg. 18.* qui *Prophetis* suis nihil respondit, etsi vociferantibus à mane ad vesperam, seseque cultellis cadentibus: Nunquid is qui plantavit auditum, ipse au-



diet. Audiuit semper lamentantem, & ingemiscētem Ecclesiam, Ephraimum lugentem, *Ier. 31.* audiit, & eius viscera sint conturbata, compassioneque affectus est. Moysen ingemiscētem ad mare rubrum, & nullam vocem edentem: *Iehosaphatum*, populumq; Iudaicum ieiunantem, *2. Cro. 20.* contra *Ammonitas, Moabitas, & Seiricolis*, qui mutuis confessi vulneribus interierunt, *Estherum, & Mardocheum*, cum tota Iudaica plebs ad eadem fuit designata *Hamanis* astu, qui patibulo pro *Mardocheo* suspendendo erecto fuit suffixus. *3. Descendit, vt liberet.* Dicitur Dominus descendere, cum suam potentiam exerit, vide *Gen. 11.* de descensu domini vt videret Turrim *Babylonicam*, ad quod opus impediendū manum suam admouit confusione linguarum inuectā. Non itaque descendere dicitur, quod locum mutet, cum infinita illa maiestas nullo sit circūscripta loco, verum per effecta & opera, cum educit suam potentiam in actum, vt videre *Isa. 63.* Dicitur tunc cælo quasi descendere, id est manum operi admouere, vel ad perdēdum hostes, vel liberandum populum suum, vt hic. Sequitur Domini esse populi sui liberatorem, *Psal. 34. & 50. 4.* Iam veni, vt mittam. *Observ.* feliciter currit in officio, qui à Domino mittitur. Ne itaque curramus, antequam mittamur, ne Iehouæ gratia nos desitutos deserat.

*Vers. 35.* Indicat Stephanus sese non esse Moysis fastiditorem, ipsorumque Iudæorum maioribus ingratitude in Moysen crimen impingit, declaratque quanto honore, & officioso onere deus Moysen ornauerit: hoc verò *vers.* Moysen à Iudæis reiectū. *Observ.* Serui Iehouæ maximè fideles solent reijci, atq; contemni vt in Moysē, Prophetis, ipsoque Christo, nec non fidelissimis illis, qui pro Christo legatione funguntur, apud nos est animaduertere, quibus variæ calumniæ instituuntur, vt hic Moysi proditionis, aut læsæ, aut imminutæ maiestatis crimē, ac si Moyses in officium *Pharaonis* vsurparet Iudicis, & gubernatoris partes. Vt vt est, à Deo mittitur, cui hic honos tribuitur, vt Princeps atq; Redemptor vocetur, tametsi liberationis diuinæ tantum sit instrumentum. *2. Observ.* Quibus opus suum commēdat, iisdem & nomen suum impertit: Magistatus vocantur *Dij*, Moyses *Pharaonis* Deus, *Exod. 7.* Et verbi Ministri, Seruatores, *1. Timoth. 4.* Discant itaque sapienter, iustè, fideliter, & honestè obire munus sibi impositum.

positum, spartamque, quam nacti sunt, ornare. Addo, quos deus eminere vult, quicquid fecerint impij, eminebunt: voluit Davidem è caulis accersitum in Throno Israelis sedere, obscuroque natos loco extollit iuxta *Anna* cantum & *Maria*, *Luc. 1.* Contra detrudit typho turgentes, atque superbos, vt *Nabuchadnezzarum*, *Antiochum*, *Herodem*, & hunc *Pharaonem* insigniter rebellem: Collocant inanem operam, qui volunt deijcere, quos Deus vult efferre, & denuò euehere, quos vult Dominus ignominia affici. Sequitur, hunc *Moysen* misit ductu Angeli, qui visus fuerat in *Rubo*. *Observatio.* Huius operis gloria est adscribenda Domino, Si in vocatione nostra aliquid prosperè successerit, honos Deo in solidum deferendus, *1. Corinth. 3.* Ego plantaui, *Apollos* rigauit, &c. Et, Quid nos? nisi ministri per quos credidistis? Cum Dominus in ministerio, & Ecclesiastico Regimine sibi reseruarit, omnem agendi, permouendi, imperandi, potestatem, *Genes. 9.* Persuadebit Iehoua *Iapheto*, vt habitet in *Semi* tentorijs, omnis gloria illius operis est ipsi tribuenda.

*Vers. 36.* *Functio muneris* Moysi impositi. *Observatio.* Quisque fidelium se præbeat in munere præstando. *2. Observa.* Quod Moyses miraculosè eduxerit populum. Ecclesiæ afflictiones non sunt sempiternæ. Porro, tres sunt miraculorum ordines. *1.* In *Ægypto*, & sunt duum generum. Quædam ad confirmandum Moysen in hac vocatione, vt est *Virgæ* conversio in serpentem figurantis Moysis virgam Pastoralem contrituram sceptrum Regium *Pharaonis*: Alia sunt, quæ mouere possent *Pharaonem* ad dimittendum populum vt decem illæ plagæ admirabiles his versib. comprehensæ.

*Fit cruor ex vndis, conspurcant omnia Rana:*  
*Dat pulvis Cympties, postea musca venit.*  
*Dein pestis: post vlcera, grando, locusta, tenebra:*  
*Tandem prototocos vltima plaga necat.*

*Observatio.* Periculosum est diuinæ voluntati oblitere, sed si perseueres, memineris esse perniciosum; Qui Creatori Deo inuisus est, omnes creaturas habere potest aduersum se armatas. Non est minima, ne pediculum excipio, quin eam armare possit



*Ieboua* ad rebellem perdendum, vide in *Antiocho, Philistis, & Herode* vermibus absumpto, *Act. 12.* Et in omnium elementorum exitatione aduersus impios. Igni *Nadab & Abihu* perierunt: aëre *Absalon.* Aqua *Pharao, Terra, Datham, & Core.* Imò sibi mortem suis manibus consciuerunt, vt *Achitophel, Iudas, Nero, & alij.* Proinde sollicitè videndum, simus in gratia apud creatorem, sic futurum, vt omnes res creatæ nobis arrideant. 2. In mari rubro Miraculum. *Moses* virga percutit mare: cedit, instar muri exurgit, ventoque flante exsiccat, vnde tuto pergunt, atque evadunt *Israelitæ*: sed ingressos *Ægyptios*, insequentisque aquarum moles complectitur, demergitque in profundum, subsiduntque instar lapidis, *Exod. 15.* *Obserua.* Quod natura interitum & perniciem afferre videtur, Dei potentia cedit populo suo in bonum: operari consuevit Dominus contra, & supra naturam ad conseruationem suorum, vide *Dan. 3.* de tribus pueris in fornacem iniectis, & *Dan. 6.* de coercitione *Leonum* ne ipsi *Danieli* fidissimo Dei seruo nocere queat, & de *Petro* super mare ambulanti, ne ergo rebus difficillimis & arctissimis frangamur, ne dicā desperemus. *Obser.* Quod putant impij cessurū ijs in bonum, nedum in malum, sed eorum perniciem vertitur: Expende in *Pharaone*, qui dixit dum moliretur populi *Israelitici* excidium, agamus sapienter, verum operationi diuina sapientia illa euasit in stultitiam, totumque illud excogitatum in *Israelitas*, in *Pharaonis*, atque *Ægyptiorum* caput est retrusum: denuo expende in truculento *Hamanis* proposito de DEI populo vno die toto extinguēdo quod recidit in ipsius machinatoris extremum malum, *Esther 5. &c.*

3. Est in deserto. Primum miraculosus cibus, quo aluntur. *Manna* nullo artificio humano, aut industriâ factum, sed cælitus demissum: quod ita ostenditur. 1. Quod tantum descenderit, quod in diem sufficeret, si quid collegissent præterea, computrescebat. 2. In eremo tantum pluebat. 3. Quocumque sunt profecti, sequebatur populum. 4. Nihil poterat illud præpediri, omnibus descendeat anni partibus, cum ingressi sunt terram *Cananaam*, defecit: illa verò pars, quæ in *Aaronis* arca reponebatur, putredinem non admittebat: quare hic cibus fuit miraculosus figurans cibum illum cælestem, vitæque panem Iesum Christum, quo hic spiritualiter, in cælo æternaliter sumus enutriendi. Secundum.

Aqua-

Aquarum promanantium copia ex percussa *Petra*, quibus populi sitis restinguebatur, quæquidem *Petra* significabat Christum, *1. Corint. 10.* Et emanantes aquæ vitam, gratiamque; ab eo in membra deriuatam. Tertium. Quod eorum vestimenta non fuerint attrita 40. annis, quod mirum, quoquidem significari possit, indumentum illud iustitiæ Christi, atque salutis, quo ornantur electi, ne 40. annis imò nunquam detritum iri. *Obser* Diuina potentia res corruptioni infestas reddere valet omnis corruptionis exortes, ne ergo dubitemus de nostrorum corporum, tametsi corruptioni obnoxiorū incorruptibilitate, immortalitate & æternitate, cum plenè fuerint purgata, & Christi glorioso corpori conformia, quod futurum in illustri illo aduentu filij Dei, *Philip. 3.* Sunt & alia miraculosa, vt illa insignis victoria de *Amalecitis* reportata & volucrum missiones: sed longum esset omnia percensere. Plura pete ex lib. *Mosis & Psalmorum.*

*Vers. 37.* *Mosis* testimonio probat legem nos referre ad Christum omnium Prophetarum Principem, Prophetiarumque omnium complementum, consilijque Dei illius quidem arcani magnum, & disertum interpretem. Locus citatus, ex *Deut. 8.* vbi *Moses* inquit Dominum Deum vestrum suscitaturum Prophetam vobis ex fratribus *Mosis* similem, quem iubet audiri: hoc testimonium supra explicatum, cap. 3. vbi duo notanda. 1. Christum ex fratribus esse suscitatum: hic humana Christi natura describitur, cui assentitur ipse, *Psal. 22.* Fratibus meis narrabo nomen tuum, & *Hebr. 2.* dignitas hæc est nostra, quod Christi simus fratres, & propterea non tantum ratione humanæ naturæ qua nobiscum communionem habet, sed adoptionis virtute, cuius omnibus cælestis Regni priuilegijs, vt est gloria æterna, vita, aliisque hanc concomitantibus, perfruemur. 2. Christus est audiendus attestante Deo Patre, *Math. 17.* hic est dilectus meus filius, in quo mihi complacui, hunc audite: huius itaque Prophetæ summi, & Principis Pastorum, animarumque Episcopi vox sonaret, & reciperetur tantum in Dei Ecclesia. Si Angelus afferat aliam vocem quam quæ Euangelio editur, sit anathema. Si in viuis mortalium vllus asportet aliam doctrinam, neque dicite *χαίρειν*, neque domum recipite: sed si quis excitatus à mortuis mittatur cum *Abrahamo*, dicatur habent *Mosen & Prophetas*,

X 3

Luc. 16.



*Luc. cap. 16.* audient eos, facessant ergo traditiones humanæ, & vera vt vocant non scripta Papistarum & si quæ sunt alia ab hominibus excogitata, & vocem Christi Pastoris nostri nos oues audiamus, *Ioan. cap. 10.* Illius dicti memores, qui audit verba mea, & credit in eum, qui me misit, habet vitam æternam, & non veniet in condemnationem, sed transijt à morte ad vitam. *3. Obser.* Non solum Dei verbum, quod est immediata ipsius vox, & proinde errori non obnoxia, est audiendum, sed & in praxin ducendum: multi audiunt, qui facto negant, *2. Timoth. cap. 3. Titum cap. 1.* At beati qui audiunt verbum DEI, atque custodiunt illud, proponamus ob oculos Mariæ exemplum, *Luc. cap. 10.* & *Iacob. cap. 1.* de audientibus verbum, sed idem obliuione inuoluentibus.

*Vers. 38.* Quia Stephano hoc crimen impegerant, quod Moysen contempserit, idcirco, vt prius, quo, quantoque honore Moyses affectus fuerit, ostendit. Vbi eius diligentiam, patientiamque prædicat, simulque indicat. Legis acceptæ ab Angelo ministrum fuisse, quæ non Moysis vituperium, sed laudem cedunt. Fuit in deserto 40. annis, quibus à contumace, & peruicace populo diuexabatur, vocationis tamen suæ cursum tenuit. Grauissimis affectus iniurijs & contumelijs, quæ poterant imbecillum hominis animum conficere. *Observatio.* In vocatione nostra non est succumbendum, nec à munere commisso desciscendum, tametsi excruciemur, & diuexemur ab impijs reluctans diuinæ voluntati, sed progrediamur in cursu ministerij nostri animosè, existimantes, rebellionē, peruicaciam, & oppositionem aduersus veritatem, & nos Christi seruos, vocationis nostræ, cōfirmationisque argumentum esse. *2. Observatio.* Etsi mundus in maligno positus in nos feratur ira, excandescencia, contemptu, opprobrijs, nos etiam reijciat, Angelus tamen ille Consilij magni Dei filius minimè deseret: si turbemur, Angelus faciei diuinæ nobis aderit. *Isaia cap. 63.* Si conijciantur in ignem in medio obambulat, *Daniel 3.* si imperia mundi conspirent, vt omnem atrocitatem in nos expromant, filius ille hominis Iesus Christus in nubibus apparebit ad atterendum omnem illam aduersariam potestatem, quanta, quanta sit. *Recipit Moyses λογία ζῶντα*, id est, oracula diuinitus missa, sic Græci vocare cōsueuerunt: legem hic intelligi

telligi par est, quæ viua dicitur, quod sit lata à Domino vitæ, & quod vitam præstantibus eam præstituat. Posui inquit Moyses vitam coram vobis, vel quod sit Pædagogus ad Christum qui est vita, *Ioan. 14.* Quæritur quomodo vocet Apost. *1. Corinth. 15.* Legem vim peccati. Respond. per accidens scilicet ratione corruptionis nostræ: nam quo magis redarguitur corrupta nostra natura, eo magis peccandi libidine exæstuat: ab eodem Apostol. *2. Corinth. 3.* dicitur ministerium condemnationis infirmitatis nostræ, ergo, quia cū eam præstare non valeamus perfectè, nihil in nos tonat lex, nisi damnationem: vocatur & litera occidens, vt à Christi gratiâ diuellitur. Nihilominus tamen pia, & sancta est Dei lex, quæ sua natura vitam & salutem conferre possit, modo eam omni ex parte possemus complere. *Obserua.* Verbi ministri nihil proponere debent populo, nisi quod acceperunt à Domino, *1. Corinth. 11.* Quod accepi à Domino, tradidi vobis: Moyses sententiam ferre noluit in colligentem ligna die Sabbathino, donec ex Iehouæ ore resolutionem accepisset, *Numero 15.*

*Vt daret nobis.*

Hinc sequitur legem DEI ad nos spectare, & perpetuam, spiritualemque esse, cui tenemur obedientiam præstare: nam etsi à legis maledictione, coactione, terrore, atque justificandi necessitate soluti sumus per Christum, non tamen liberati ab eius obedientia: etenim adhuc manet justificatis vitæ Regula, ad quam vitæ nostræ actiones sunt exigendæ: vbi verò Apost. dicit, *Timoth. 1.* Lex iusto non est posita, id verum justificato per Christum non est posita ad condemnationem: nam nulla condemnatio ijs, qui sunt in Christo, *Rom. cap. 8.* nec ad coactionem: cum justificatis per fidem tribuatur Spiritus Sanctus, operans in justificatorum animis obedientiam voluntariam, quæ non est attribuenda vllis naturæ viribus sed DEI Spiritus gratiæ effectrici.

*Vers. 39.* Patrum rebellio & contumacia fundamentum idololatriæ, in quam præcipientes feruntur. *Observatio.* Rebellionis semen in omnium cordibus est reliquum: tametsi DEI mirabilia viderit hic populus, tamen destinata peruicacia, verbo, voluntati que Dei obnititur, primus itaque gradus ad apertam Idolola-



Idololatriam est divini verbi contemptus. 2. Detraçant Moy-  
sen Dei seruum: hic secundus gradus, seruorum dei fastiditio &  
reiectio: hac tempestate huiusmodi praxibus exuberamus, qua  
feruet ingratum & mobile vulgus ministrorum contemptu, &  
nihil non molitur in eorum vituperium, sed meminerit dicti  
Christi; Qui vos contemnit, & me; Qui me, etiam meum patrem  
*Math. 10.* Quid ei eventurum qui Patrem Filiumque fuerit aver-  
satus; nimirum hoc, Ipse contemnetur hic, atque postea perpe-  
tua confusione involuetur, nisi gratiam respiscendi habeat. 3.  
*Corde reuersi sunt in Ægyptum:* cogitant de superstitionibus Ægyptia-  
cis. Ergo, à teneris assuescere multum: Quam hi viderunt super-  
stitionem, & Idololatriam in Ægypto, firmam, fixamque animis  
complectuntur: Proinde attendendum vt à teneris aquas illius  
fontis aperti domui Davidicæ imbibamus, *Zech. 13.* Et cum Da-  
vide vere dicamus; Domine à teneris me instruxisti: Atque cum  
*Timotheo*, sacras literas ἀπὸ τῆς βιβλίου tenēte altiori rerum sancta-  
rum cognitioni nos dedamus.

*Vers. 40. ad 44.* Gradus reliqui Idololatriæ Iudæorum descri-  
buntur, eorumque supplicium. 1. gradus fuit verbi divini con-  
temptus. 2. Moylis reiectio. 3. animorum corruptio per super-  
stitiones Ægyptiacas. 4. Rogatio *Aaroni* facta, vt dii fiant, qui ip-  
sos antegrediantur. 5. adoratio vituli erecti, atque sacrificatio.  
6. exultatio in operibus manuum suarum. Non est hoc ita acci-  
piendum, ac si autumassent Iudæi vitulum erectum fuisse Deum,  
Tantum illi absente Moysi, signum præsentia divina petebant,  
non contenti Verbo & Sacramētis ipsis concessis: Habuere præ-  
ter alia Columnam nubis die ad protegendum, & cōservandum  
eos à solis calore; Ignis etiam ad dandam lucem noctu. *Observa.*  
Nulli tam barbari, quin etsi ignorent, qualem Deum habere de-  
beant, tamen habendū sciant. *Caligula*, qui ex professo Deum cō-  
temnebat, cum signum aliquod Divini iudicij eminebat, intus  
contremiscebat. 2. *Observ.* Pronus est populus in lapsum absente  
Dei internuntio. *Saul* absente *S Amuele*, sacrificando peccavit, *1.*  
*Sam. 13.* *Ioas* defuncto *Iehoiada*, ad Idololatriam Gētium sese con-  
uertit. Serui itaque Dei retinendi, vt in vijs Iehouæ, sinceroque  
eius Nominis cultu persistamus. 3. *Observ.* Simus contenti verbo  
scripto, Sacramētisque à Christo institutis, neque a volumus ad  
animi

animi nostri figmenta. Si verbo nos cōstringi, & regi sinamus,  
nunquam aberrabimus à verò, at si extra eius cancellos egredia-  
mur, nobis erit continuò exorbitandum. 4. *Observ.* Instrumenta,  
Prædicationis verbi divini, liberationisque populi ex dira pec-  
cati seruitute Satanico contemptu grauantur, & vix de Christi  
seruis pro laboribus benè loquuntur. O ingratiū mundum! Sup-  
plicium ob murmurationibus inflictum, vide in *Miriam*, *Num.*  
*12.* & *Dathane* cor à dehiscente terra absorptis. *Num. 16.*

*Vers. 41.* Vitulum conflant: huius historia habetur *Exod. 32.*  
1. est vituli conflatio repentina. *Observ.* malum opus citissimè  
peragitur: verum multæ remoræ iniici solent ad præpediendum  
bonum, volentes conferunt in aures, armillasque ad conflandum  
vitulum: Sic & Papismi tempore ad Idola sua, atque tabernacu-  
la stabilienda, & exornanda sumptuosè erogarunt. At nunc sub  
Euangelio paucos admodum reperias, qui liberaliter affecti sint  
erga Christi Ecclesiam, aut qui amplificandi Regni Christi cu-  
ram habeant; quin plurimos offendas, qui sacrilegi sacrilegè de-  
tinent bona Ecclesiastica, quibus ministerium aleretur, & Do-  
mini nostri imperium apud SCOTOS prolataretur. 2. Sacrifi-  
cant vitulo. *Observ.* Bona intentio non facit actionem bonam.  
*Vz. 2.* habere visus est intentionem bonam in suffulciendo laben-  
tem Arcam, morte tamen percutitur, quod vocationis suæ limi-  
tes transilierit. Hi Iudæi bonam intentionem prætere potu-  
erunt, vt Papistæ sacrificuli in suis functionibus missaticis dicti-  
tant, Tamen Deus non probat, cum neque agant, neque loquā-  
tur iuxta verbum dei scriptū. addo Idololatrias in scelerosis ma-  
nuum suarum operibus consuesse exultare: vt ψύχιος quisque  
in ingenij sui fœtu: verum minimè gloriandum, si non in Do-  
mino, *Ier. 9.* Quare & Apostolus inquit, qui gloriatur, in Domi-  
no gloriatur: & rursus; absit mihi gloriari, nisi in cruce Domi-  
ni. Qua pœna hi Idololatriæ sint affecti, lege apud Moysen, *Exod.*  
*32.* Ceciderunt ex populo vulneribus confossi à filijs Levi 3000.  
Etsi quadantenus remissus interpositione apud Deum precum  
Mosaicarum, tamen non plane sedatus & extinctus Dei furor.  
Vnde collige grauissimum supplicium manere Idololatrias, &  
tandem, si cultum nostrum Deo velimus esse probatum, fiat syn-  
cerè in Christo, & ab operibus manuum nostrarū abstinemus.



*Verf. 42.* Haecenus eorum Idololatria descripta in deserto. Iam pars prima supplicij ipsis inflicti exponitur, & est supplicium spirituale scilicet auersio Dei, divinæque gratiæ subtractio. *Observatio.* Cùm Deus sese subducit, præcipientes labuntur homines in omne genus flagitiorum; David præ cunctis huius mundi rebus desyderavit divinæ faciei præsentiam, *Psal. 4. & 16.* sese dicit ob oculos præstituisse Iehovam, idcirco se non quassatum iri. Optemus ergo divinæ gratiæ præsentiam. 2. Gradus punitio- nis est traditio in sensum reprobum, vt Dominus dicitur indu- rasse cor *Pharaonis* non nuda permissione, & subtractione gratiæ, sed etiam actione sua iusta & efficaci sine peccato: sic *Isa. 6. Rom. 1. 2. Theff. 2.* mittere fertur delusionis efficaciam, vt eos ple- ctat, qui amorem veritatis detrectarunt: hæc traditio cupidita- tibus suis est iustissima rebellionis pœna, & gradus præcedens extremum iudicium. Porro per exercitum cœlorum non An- gelos, vt *Genes. 2.* sed stellas intellige, miser ergo homo si dese- ratur à Deo, in fœdam labitur, & abominandam derelicto crea- tore creaturarum adorationem: discamus itaque Dei verbo ob- temperare, & quandiu dies est, ne obfirmemus corda, ne rebel- les eadem, si nõ deteriore, quã hi Iudæi, pœna plectamur. Huius confirmatio petenda, ex *Amoz. 5.* à *vers. ad finem cap. de Moloch & Chyn.* Sed quæras nunquid Deus ipsis sacrificandi ritum im- peravit, ergo videntur bene fecisse? Respond. malè quidem, etsi Deus mandavit: nam neque, quod præstitere, profectum est à fi- de, neque in rectum finem destinatum, vide *Isa. 1. 29. 43. 66. Psal. 50. Ose. 6. Micha 6. 6. Observa.* Nullus cultus Domino possit placere, nisi à fide promanet, tendatque in Dei gloriam: omnis εὐθε- λοδρησικεία damnanda.

*Verf. 43.* Tres sunt partes Idololatriæ in deserto patrata. 1. Baiulatio *Molochi*, quod fuit idolum *Ammonitarum*, cui templum fuit à *Salamone* in Idololatriã pellecto per mulieres alienigenas exstructum: sacrificarunt huic idolo in hominum natalitijs, pue- rosque suos per ignem transmissos immolarunt huic idolo initiũ *Salomon* dedisse legitur. Huius Idololatriæ pœna immanis, *Lev. 20.* est lapidatio, & faciei diuinæ contra talem positio. *Ieroboamus* vitulos erexit *Dathane*, & *Bethel*, ad traducendum ad se Dei po- pulum, *1. Reg. 12. Achab Baalem* adoravit. *1. Reg. 16. Amazias Idumaorũ* Idolum,

Idolum, *2. Cro. 25. Abaz Assyriorum, 2. Cron. 28.* Sed omnium pessi- mus Idololatra existerat *Manasses.* Applicatio. Cauendum nobis ne ipsi *Moloch* circũferamus, i nõ ne in pectoribus residere patiamur, & pro vocatione nostrã ne erigi missaticum illud monstrum & celebrari ad irritadum Iehouam, & laceffendũ ad terribiliũ pla- garum in hanc patriam multiplicem effusionẽ. 2. *Stella Dei Rem- pham*, Nihil lego de hoc in sacris, neq; apud scriptores, nisi quod quidam putent esse *Saturnum*, quidam *Martem*, alij *Venerem*: verũ hoc obtinet, Gentes consueuisse stellas adorare, quòd ipsis vim quandam diuinam inesse, animaduenterint, & quãdam rerum e- ventã, prosperã, aduersãq; ipsis adscripserint: huiusmodi hariola- tiones damnantur, *Ier. 10.* Ne inquit discatis viam gentium, neq; extimescatis propter signa cœli, gentes enim hisce terreri solent. De Regina cœli, quæ Lunam significare potest. Loquitur *Ier. 44.* vbi habetur populũ obtulisse incensam Regiñe cœli: Cauemus iterum in Creatoris locum vel excellentissimas Creaturas siuro- gare. 3. *Simulachra.* *Observ.* Non licet vlla effigie Deum repræsen- tare, vide *Deut. 4.* de apparitione Iehouæ, & 2. præceptũ. Sed di- cunt aduersarij Imagines esse Idiotarum libros. *Resp. Ieremias*, esse doctrinã vanitatis atq; mendacij, *cap. 10. & Hab. 2. & August. lib. 4. de civitate Dei*, ait esse nefas non solum adorare, sed deo collocare. At iniquiunt se non adorare, illudq; tritum in ore habent:

*Nam Deus est, quod Imago docet, sed non Deus ipse:*

*Hanc videas, sed mente colas, quod cernis in ipsa.*

Idem dicere possent Iudæi, & tamen puniuntur. Præterea δὲ λείαν tribuunt Idolis, sed λαθεῖαν Deo: at δὲ λεία plus est quam λαθεῖα, idcirco magis tribuunt Idolo suo quam ipsi Deo. Non li- cet ergo vlla effigie infinitam illam maiestatem, incomprehen- sibilem, simplicissimã, & maximè vnã delinẽare, ne dicam de- pingere. Vbi illud occurrit notatu dignũ, dictum quondã à Tur- ci Legato apud Principem Christiani Nominis professorẽ, cùm rogaretur, cur Turci non permitterent se adduci ad Christianif- mum. *Resp.* Christiana religio est cõtra sensus & rationẽ; Etenim Christiani adorationem deferunt ijs, quæ minori ipsis potestate præditi sunt. *Panicios* siquidẽ deos colunt, quibus non tantum in- est potentia, quantum cultoribus: Et etiam legere est apud *Paulum Iouium*, lib. 40. de *Solimano Turco*, qui cùm *Budam*, præcipuam



*Hungaria* urbem expugnasset, noluit illius urbis præcipuum templum ingredi ad dandas laudes omnipotenti Deo pro victoria, antequam omnes imagines deiecerat, detrusaque eijcerentur. Quid dicam? Imaginibus exhibitus cultus diuisit inter Orientales, & Occidentales Ecclesias. Iam sequitur punitio temporalis figuræ spiritualis, si Idololatræ in Idolotria persistant est nimirum transfertatio citra *Babylon*. Decem tribus Regni Israelitici sunt deportatæ à *Salmanassare Osee* Regis vlt. 19. ex quo illud regnū stetit ann. 279. nec erant reductæ. Populus Regni iudaici post multa diuinæ gratiæ testimonia à *Nabuchadnezare, Sedechia* tempore *Babylonem* est abductus, qui post annos 70. per *Cyri Persarum Monarcha* licentiam reductus. Ex quo hoc Regnum durasset 50. anno. Sed funditus deleta *Ierosolyma* tempore *Titi*, nec redintegrata, ut legimus. Redi in memoriam lector, eorum omnium quæ **DEVS** partim in Misericordia, partim in iustitiâ præstitit huic populo Iudaico, ut discas Deo misericordiam, summeque benigno obtemperare, gratiamque oblatam minimè aspernari & rursus iustum Deum atque vindicem cumulatione peccatorum, progressuque in Idololatriâ minus offendere, atque ad pœnam infligendam laceffere, denique illius dicti Paulinæ Si ramis naturalibus non pepercit insititijs non parsurum. Det nobis Dominus, ut ipsum spiritu, & veritate colamus per Christum, *Ioan. 4.*

*Vers. 44.* Remouit Stephanus criminis blasphemie priorem partem sibi impacta, ostenditque se neque legis, neque Moysis contemptorem, verum vtriusque approbatorem: Iam altera accusationis parte sese liberat, & duabus rationibus docet diuinum cultum locis non esse astringendum: Ac primum id probat de Tabernaculo portatili, postea de Templo. 1. Ratio est hoc vers. in hunc modum; Tabernaculum fuit tantum rerum diuinarum exemplar: Ergo, Tabernaculo cogitationes non erant affigendæ, quin spiritu altius erat ascendendum. *Antec. liquet, Quia omnia tabernaculi preparauit, & composuit Moyses iuxta typum monstratum sibi in monte. Ad verba.* Patres Tabernaculum *σκήνη μαρτυρίᾳ*, id est Testimonium. Sic græci versores *Hud, Hehud*, id est, testificatus est ita vocatum, quod præsentiam diuinam testabatur, *Exod. 40.* 2. *Ohel, Mohed*, id est, Tabernaculum Cōgregationis, quia eò convenire solebant ad accipiendum oracula, & responsa.

Hoc

Hoc adiuncto distinguitur à Tabernaculo, quod Deo attribuitur, *Apoc. 21.* vbi habetur Tabernaculum Dei esse cum hominibus quo denotatur diuinæ maiestatis habitaculum supra aspectabiles cœlos, vbi gloriam suam clarè communicat Angelis, & nobis perfectè sanctificatis communicaturus est ad eum modum, quo Creatura possit particeps esse gloriæ Creatoris. 2. Ab illo Tabernaculo, quod dicitur de corpore humano. *2. Corinth. 5.* Et denique ab illo, quod de humana Christi natura prædicatur, id est, eius corpore, *Heb. 9.* vbi vocatur Tabernaculum maius, & perfectius non huius ædificij. De hoc Tabernaculo notabimus. 1. quid sit. 2. quid significet. 3. quæ sint præcipua eius loca. *Exod. 25. 26. 27. 28.* Tabernaculum est locus factus vel compositum opus apertum in Iehoux seruitium ex lignis *Schittim* circumtectum cortinis scipionibus duobus gestatum per annulos aureos, qui sericis globulis, & ocellis copulantur. Præcipua materia ligna *Schittim*, aliæ eius partes ex *Auro, Dibapho, Argento, Ære, coccinea.* Forma est ad typum in monte monstratum. Efficientes sunt, quotquot Deus imbuat peritiâ operadi sed nominatim *Betzeleel*, filius *Vri* de tribu Iuda, peritissimus artifex in operatione *Auri, Argenti, Æris, & Aholiab*, callentissimus in veste acu pingenda. 2. Quid significat. Ipsum Tabernaculum compactum, & coniunctum figurat Ecclesiam, & vnumquodque Ecclesiæ membrum. Operarij Ministros Ecclesiæ ædificatores, *1. Corinth. 3.* *Betzeleel & Aholiab* Prophetas, & Apostolos Ecclesiæ Architectos. Loca celebria sunt tria. 1. Atrium. 2. Sanctum. 3. Sanctum Sanctorum. In Atrium conueniebat populus omnis generis figurabat Ecclesiam visibilem, bonis & malis, hypocritis, atque synceris professoribus mixtam. 2. Sanctum, caput Ecclesiæ, & ipsam Ecclesiam referebat, in quo erant. 1. Candelabrum habens Lucernas 7. significas Ecclesiam ferentem facem verbi, *Apoc. 1. vlt.* 2. Mensa aurea habens 12. Panes propositionis figurans cibum spiritualem in Ecclesia semper esse paratum esurientibus, *Proverb. 9.* secernebatur velo à Sancto Sanctorum, quod est tertius locus, quod velim carnem Christi adumbrabat, *Heb. 10.* & Sanctum Sanctorum cœlum: in quod Christus semel ingressus vno sacrificio sanctificauit omnes sanctificandos, iramque patris perfectè auerruncauit, atque pacauit. In Sanctum Sacerdos quotidie ingrediebatur ad offerendum: In Sanctum

Y 3

Sancto-



Sanctorum semel in anno, & non sine sanguine: Ita Christus in cælum effuso suo sanguine est ingressus. Peperitque nobis æternam redemptionem, *Heb. 9.* In Sancto Sanctorum erant 1. altare, thymiamatis figurans Christum, super quem oportet preces nostras, & actiones à fide emanantes offerri. 2. Arca fœderis figurans Ecclesiam. 3. Vrna in qua Manna adumbrans cibum cœlestem. verbum è cœlo. 4. Virga Aaronis ad castigandum errantes electos, & puniendum reprobos. 5. Tabulæ fœderis, Legem & Euangelium repræsentâtes; quibus doceri, atq; gubernari Ecclesiam par est, & denique ipsam arcam operiebant Cherubini, & obumbrabant propitiatorium, scilicet ecclesiæ Angelos vigilaturos ad salutem electorum, Christumq; esse *ἰλασμεριον*, quo pacatur divina ira, cuiusq; sacrificio satisfit divinæ justitiæ. Omnia ista fuere confecta prout *Moses* vidit in monte, nihil immutavit, neq; ausus est. 1. *Observ.* In Dei ecclesiam nihil ab hominibus excogitatum, est admittendum: faceffant humanæ traditiones, conciliorumque atrocia Decreta, & impia. absit exæquentur divinæ sapientiæ verbo scripto comprehensæ, vt aduersarij dictitant. 2. *Observ.* Dei bonitas hinc elucet, quod cum populus multis infirmitatibus esset obnoxius, & minus potuerit cœlestia contemplari, & res divinas expendere, easdem oculis subiecit per res sensibiles, & materiâtas. Sic etiam egit Deus nobiscû. appendêdo Sacramenta verbo suo, quibus, vt visibilibus signis in visibilem Dei gratiam, remissionem peccatorem, nostram cum Christo capite vnionem apprehendamus.

*Vers. 45.* 2. Ratio. Tabernaculû per varia loca transportabatur, & certum locum nō reperit ante *Davidis* tempora, à quo locatum est in *Sione*, & à *Salomone* in templo, vbi apparet fuisse contritum atq; cōsumptum; præsertim cum nihil de eius deportatione in *Babylonē*, aut reportationē legatur: Ergo dei cultus non est loco alligâdus. Primû occurrit hic obseruandû, quod Tabernaculû fuerit erectum primò anno post egressum populi ex *Ægypto*, anni 400. & plures intercessere, antequâ fuit perlatum *Ierosolymam*, cum trāsierunt *Jordanem*, terramq; sunt ingressi *Gilgale* collocatû fuit, *Ios. 4.* vbi mansit ad terræ *Cananea* cōquisitionē. Post *Silunte* vbi 356. fere an. mansit ad tempus *Eli*, *Ios. 18.* postea quo status tegni conueniunt, apportabatur, & reportabatur. In urbem *Cariathiarim* vbi an.

20. post domum *Obed Edom*, à  *Davide* tandem *Sione* locatû, & à *Salomone* in templo positum, vbi probabile est igni fuisse crematû in illa *Ierosolymitana* cōbustione à *Nabuchadnezare*. Vbi dicitur quod Patres Tabernaculû receperint; observa pignora divinæ gratiæ esse amplectêda: At hæc ætas, in qua nos versamur, tametsi initio lucem Euangelicam libentissimè, & summo cû zelo, atq; gaudio recepit, iam nimio quasi splendore occæcata vel reijcit, vel fastidit. 2. *Observ.* Iesus Dei filius per *Iosiam* significatus est noster dux in illam *Cananeam* cœlestem. Quem si cōstanter sequamur, tandē perueniemus, quo sumus perducendi: atq; fruemur omnibus illis inexplicabilib. bonis, quæ iam spe possidemus, fideque in Christo nostro Mediatore vnico apprehendimus. 3. *Observ.* Gentes huius terræ extiterunt iniusti possessores, cum Dei filij sunt mundi hæredes, bonorumque omnium capitis sui beneficio consubstantialis filij Dei, ad quem omnia spectant iure naturali, vt Cœlorum Regnum ad electos, titulo acquisitionis per Christum. 3. *Observ.* Omnis aduersaria potestas est deturbanda, atque deiicienda, & Christus ecclesiæ suæ Princeps faciet inimicos scabellum pedum membraq; eius corporis mystici, tandem aliquando sunt proculcatura vel superbissimos, & atrocissimos hostes. 4. *Observ.* Nemo potest bene cogitare de Dei gloria promouêda, aut Regno Christi ampliâdo, aut vllò bono opere, nisi ipsi adfuerit divina gratia

*Vers. 47.* Iam remouet illam blasphemæ partem aduersus templum: probatque Dei præsentiam non esse necessario alligatam Templo. Videamus quis materiale templum ædificauit, & is fuit *Salomon Davidis* filius. De templi extruptione materia, forma, cœterisque eo spectantibus, vide *1. Reg. 6.* *Observ.* Bona opera tametsi à pijs intendantur, vt Templi ædificatio à  *Davide*, tamē non absoluantur: quia obtinere debet Dei sapientia in omnium operum directione. *Iehova* designauit *Davidem* ad prælia, & *Salomonem* penes esse voluit Templi ædificationem. Porro *Salomon* typus Christi pacis Principis, *Isa. 9.* Qui, vt ille materiale, ita hic spirituale Templum ædificat. i. Ecclesiam super se fundatam, *Math. 16. 1. Cor. 3.* de qua ædificatione vide *Pro. 9.* vbi sapientia dicitur ædificasse domum: ædificatur super Christum lapidem septem oculos habentem, *Zech. 3.* Omnes fideles tanquam lapides coniunguntur CHRISTO fide, atque alijs sibi invicem charitate.



Si itaque Christus nos ædificet, patiamur nos ædificari, id est, instrui, corrigi, reprehendi, quo confirmemur fundamento, ut tandem in cœlestem patriam translati viuamus, & regnemus in omnem æternitatem.

*Vers. 48.* Ratio probans cultum diuinum non esse astrictum Templo, ὁ ψις ο non habitat in Templis manufactis. Ergo, vocatur Deus excelsissimus cum propter locum celsissimum in quo precipue communicat suam gloriam conspiciendam, tum propterea, quod omnia cuiuscunque sint status, superemineat. 1. *Observ.* Cum hic Iehoua sit altissimus & ἡ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. Ier. nihi ipsi absconditum esse possit, *Heb. 4. Psal. 139.* proinde absit, quis peccet, atq; in peccatis persistat opinione falsa secretæ patrationis, quasi Dominus non videat: potius omnibus nostris actionibus sicut David Iehouam ob oculos præstituamus, atque ita nõ quassabimur. 2. *Observ.* Nemo potest, sit licet summus Monarcha ad cœlum pertingere, Deumque Throno suo insidentem deturbare, inanes sunt, atque irriti, conatus scelerosorum hominum molientium aduersus Domini Thronum in excelsis locatum, quiquidem etiam per diuinam gratiam ad sola terrarum est porrectus: Non defuerunt neque deerunt machinatores aduersus Iehouæ regnum, quibus non defuit, nec deerit à domino inflictum graue supplicium; ut *Pharaoni, Nebuchadnezari, Sinnacheribo, Antiocho Epimani, Iuliano Apostatæ, & persecutoribus illis Ecclesiæ Primitiua post Christi ascensionem; & nostri temporis in Gallia, Anglia, & Scotia coiuratis aduersus filij Dei regnum per synceram Evangelij prædicationem propagatum, potentiâque Diuinâ propagandum, & continuandum.* 3. *Observ.* Si Deus non habitat in templis manufactis, Quorsum struuntur Sacella à papistis, & frequentantur loca, quæ illi esse volunt religiosa ut fontes & luci. D E V S, ut quod verum est, dicamus, præsto est in gratiâ omnibus fide præditis vbicunque terrarum sint & abest, tametsi in templo sedeant, si fide non imbuantur, abest inquam, ut misericors Pater. Ergo, neque in cruce, neque crucis signo, neque in Sacello, aut apud fontes quæramus Dominum, sed præsentem amplectamur fide, vbicunque terrarum fuerimus. Confirmat testimonio *Isaia Prophetæ 66. vers. 1.* Cœlum (inquit) Dominus est Thronus meus, & Terra scabellum. Per cœlum intellige non

aërem,

aërem, non cœlos aspectabiles, sed beatorum habitaculum, vbi iam maximè Angelis, atque Sanctis conspicua est diuina gloria, & vbi nobis omnibus fidelibus reuelabitur post vltimum iudicium. *Observ.* Cum precamur, attollamus oculos huc, atq; animos, studeamus sanctificationi, ut per Christum liceat nobis cœlum inire. Terra est scabellum. *Observ.* Omnia Iehouæ pedibus substernuntur, quæ in eius obsequium flecti deberent. Proinde hostes Domini, eiusque Ecclesiæ, vtcunque videantur potentissimi, atque astutissimi, sunt tantum Domini scabellum, elatissimis etsi incendant capitibus, magnaque caterua cingantur, *Psal. 110.* nec Domini tantum, verum etiam electorum omnium tandem aliquando, quod fuit figuratum per quinque illos reges à Iehosua captos, *cap. 10.* Qui fecit, ut milites eorum colla conculcarent, & *Malach. 4.* habetur diem Domini fore instar fornacis, superbosque omnes instar straminis, quos dicit proculcatum iri à timentibus Iehouam. Legimus in historia de *Zappore Rege Persico*, qui cum *Valerianum octauum*, persecutorē cepisset, eo sit vsus pro stapede eum equum ascenderet, eius dorso pedem infigens, & quod tandem ipsi *Valeriano Imperatori* cutem detraxerit, gloriantur etsi impij Ecclesiæ hostes in atroci sua malitia, certè aliquando erunt Domini scabellum, & in Domino omnium membrorum eius. Quæritur cum domus condi nequeat, quæ excelsissimum Dominum contineat, neque locus, vbi conquiescat? quomodo dicitur in Tabernaculo inter *Cherubin* supra propitiatorium apparuisse? Respond. apparuisse quidem Dominum & responsa dedisse, sed non ita, ut illius potentia, vel gratia illi loco tantum affigeretur, quasi non a libi potentem sese, atque gratiosum declararet. 2. Ratio est ab effectu altissimi nimirum rerum omnium creatione, qui cœlum, terram, omniaque eis comprehensa condidit, quæ etiam gubernat potenter, atque sapienter. *Observa.* Ne putemus Deum, ut nonnulli valde impiè & perperam humana specie esse præditum, cum hæc, quæ de manu pedibusque dicuntur dicta sint ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, ad nostrum captum: quin verè, atque fideliter iuxta Christi filij dictum patrem spiritum asseramus esse potentissimum, atque sapientissimum, quem laudibus sempiternis prosequamur propter omnia opera ædita, statuamusque certissime contra Philosophum non extitisse hæc mundi machinam ab æterno,

Z

sed



sed ex nihilo esse creatam, vide *Gen. 1. Bara, 104. Psalm. 33. Psal. Heb. 11. 2. Pet. 3.* contra illius temporis subannatores.

*Vers. 51.* Ex quo sese purgavit crimine blasphemix, iam hypocritas illos redarguit. Et quia in tribus gloriabantur, scilicet, 1. in Circumcisione. 2. Patribus. 3. Lege, omnem gloriandi materiam ipsis præcidit. Ac primum, quia multum tribuebant Circumcisioni, & satis sese religiosos, piosq; venditabant, si circumcisi essent, vocat corde, atq; auribus incircumcisos; necnon duræ cervicis, quod, vt referunt Prophetæ, Iehouæ sese toties, eiusq; verbo strenuè opposuerint, atque resisterint, vide *Isa. Ier. Ezech.* aliosque. *Observ.* Duplex est Circumcisio. 1. est externa, quæ carnis, vel literæ *Rom. 2. 28.* dicitur. 2. Interna, & spiritus, quæ est cordis renovatio, amputatioque corruptionis insitæ, & natiuæ: primum quidē illius quæ in animæ facultatibus hæret in hac vita sensim per spiritum regenerantē, post hanc vitam totaliter. Deinde illius quæ est corporis, quæ in totum abolebitur in illustri illo adventu filij Dei, *Phil. 3.* vbi etiam hæc habentur de circumcisionis abrogatione. Caute, inquit, Apost. Caues & concisionem, alludens ad circumcisionem, quæ cum Christo, eiusq; gratia in Euangelio proposita, nequit consistere, & quod Circumcisio si admittatur, amputet, atq; reseret à Christo. Nos inquit Apost. sumus circumcisi, qui spiritu Deum colimus, gaudemus in Christo, & in carne non confidimus. *Resistis Spiritui Sancto.* scilicet loquenti in scriptura. *Obser.* Spiritus Sanctus, vt est verbi scripti dictator. *Ἐοικνεύσθαι*, ita semper ibidem loquitur, qui non possit errare. Ecclesia autem errare potest, cum etsi verè, non tamen plenè, & perfectè regeneretur. Voxque ecclesiæ sit secundaria, Spiritus verò loquentis in verbo sit primaria. *Sicut Patres vestri;* Perstringit eos, quia in Patribus gloriabantur, cum tamen fuerint scelerosi. *Reobserv.* Qui verbo resistunt, verbiq; Divini synceris prædicatoribus, resistunt Spiritui Sancto, vt, vt sit ab impijs factitatum, Cōsolationem petamus ex verbis Domini nostri, quæ sunt; Dabo vobis os, & sapientiam, cui resistere non possunt omnes, qui aduersabuntur vobis. 2. *Observatio.* Non est nobis gloriandum de Maioribus si mali, & impij existant: hoc tantum, Si Boni, Conemur imitari eorum bonitatem, virtutemque.

*Vers. 52.* Patrum crudelitatem ostendit dum vocat Occisores, atque

atque persecutores Prophetarum: vt *Acab Eliam* est persecutus, & *Michaiam.. Sedechias, Ieremiam,* populusque: *Ioas Zechariam* lapidibus obruendum curavit, & habetur in hiltoria à *Manasse* truculentissimo egregitum illum Prophetam etiam Regio stemmate oriundū *Isaiam* serra dissectum. Expende quæ habentur *Math. 23. & Luc. 13.* Sed quos Prophetas occiderunt eos, nimirum, qui aduentum illius iusti prædixerunt, id est Iesu Christi filij Dei. Apertè illis impingit etiam sub Euangelio crimen, & iure. Peccata ergò omnium ordinum sine exceptione arguenda. Vide Prophetarum praxin, *Ioannis Baptista, Christi, Herodem* meritò Vulpem nuncupantis, Apostolorum etiam, & hinc *Stephani,* pij fidiq; martyris. lege *2. Timoth. 3.* Adde hypocritas externis Cerimoniarum, & circumstantiarum obseruationibus suam Religionem metiri, diuinūq; cultum definire. Propter ordinem fateor locus publicus designatus est frequentandus, vbi verbum prædicetur, atque Sacramenta administrentur, sed diuinus cultus, eiusque pura Religio neququam est circumstantijs coercenda, sed fidelis quisque spiritu, ac veritate Deum passim potest colere. *Illius Iusti. 1. Io. 2.* idem habetur. Vocatur Christus Iustus, cum propter Deitatis Iustitiam, tum propter humanitatis puritatē: deniq; propter iustitiam nobis partam passione, partim obedientiâ legis, quæ nostra evadit partim per imputationem ex parte Dei, & per fidem ratione nostri: hinc liquet nos coram Deo censerī iustos iustitiâ illâ Christi acquisitâ, fide eam apprehendentes.

*Vers. 53.* Tertium in quo gloriabantur, fuit Lex. Omnem ipsis præripit, hac in parte gloriandi occasionem. Cōcedit *Stephanus,* quod legem acceperint ministerio Angelorum. vide *Deut. 32. & Gal. 3.* At eandem non obseruarunt: Hac quidē dominus Iudicum populū prærogatiua ornauit præ gētibus, vt triplicē legem ipsis dederit, scil. *Cerimonialē* ad ritus diuinos, *Moralē* ad officium præstandū Deo, proximoq;: *Iudicialē* ad conseruandā societatem: Verum hinc nō captarent ansam sese efferendi, cum legis extiterint transgressores. *Obser.* Beneficia Dei, atq; prærogatiuæ quales, quales fuerint nobis cōcessæ, non approbabunt nos Deo, nisi iisdem legitimè vtamur. Conemur itaque Dei donis in fide vtī, absitq; à nobis gloriari, aut altū sapere, quod dignatus sit Dominus nos bonis exornare, sed potius vt omnia, quæ habemus in diuini nominis honorē cōsecrentur.



Verbum purum & Sacramenta nobis concessit, ne propterea putemus nos deo approbatum iri nisi rem verbo substratam amplectamur, nimirum Iesum Christum, vitamque eidem conformemus, & rem Sacramentis figuratam apprehendamus ad salutem nostram. 2. *Observatio.* Mercedem suam retulerunt Divinæ legis transgressores. Propter peccata ex egressis Ægypto supra 20. annos præter Iosuum & Calebum, nemo est ingressus terram Canaanam, at omnium cadauera in deserto computruerunt. Quare, ut loquitur Apost. Heb. 12. Si perierunt qui legem Mosaicam fastidierunt, quoniam supplicio digni sunt hi censendi, qui Iesum conculcant, sanguinemque fœderis rem minus sanctam autumant, Et spiritum illum gratiæ Evangelij comitem aspernantur. *Caueamus* & nos ab his scopulis: formidabile est certè incidere in manus dei viui. Absit, aures obturemus divino verbo: ne in illud graue iudicium incidamus, Proverb. 13. Qui verbum contemnit, destruetur. Et 38. Qui ab auditione legis auertit aurem, eius preces futuræ sunt abominabiles: Contra Christus enuntiat illos Beatos, qui verbum Dei audiunt, custodiuntque; illud. Vide Luc. 10. de Maria procumbente ad pedes Christi ad eum audiendum. 3. *Observ.* Qui legem Domini non custodiunt, transgressionis suæ Angelos testes habent. Proinde studeamus vitam exigere ad legis divinæ normam, ne aliquando Angelorum testimonio convicti meritas pendamus pœnas.

*Vers. 54.* Effectus in hisce hypocritis. Ex quo hæc audiuerunt διεπρίοντο & ἐβρυχον fremdebant & stridebant. *Observa.* Quo magis arguitur Satan in suis, eo magis furit, atque odio inflammatur in Christi seruos: hic est ille effectus in impijs per verbi prædicationem productus, qui quidem certè est accidētalis verbo: cum verbum Dei propriè, & per se vitam operetur: est enim potentia Dei credentibus ad salutem, Rom. 1. 17. At per occasionem subiecti malè affecti contrarium plane effectum educit. Vide 2. Cor. 2. etenim quo magis redarguitur corrupta nostra natura, eo magis exarsuat, atque furit: obserua in Pharaone aduersus Moysen. In Achabo, & Iesabele aduersus Eliam scruientibus. Contrarium vide in Davide reprehenso à Nathane, 2. Sam. 12. In Ezechia ab Isaia, quod Regis Babylonici Legatis sua ostenderit omnia. Rectè itaque vocatur verbum odor mortis ad mortem vasis iræ, ad interitum destinatis.

Simili-

Similitudo operationis Solis in diversa subiecta rem illustrabit: Nam Sol caloris sui vigore indurat lutum, sed emollit ceram, cum vnum, non autem contrarios producat, naturali operatione sua effectus. Sed contrariorum horum effectuum causa est in dispari rerum subiectarum dispositione. Facile est similitudinem accommodare.

*Vers. 55.* Quomodo afficitur Stephanus. illi deserviunt, at Stephanus repletur spiritu Sancto, oculosque in cœlum conijcit. 1. *Obser.* Hostium atrocissimorum rabies Sancti Spiritus solamine Christi seruos priuare non potest. Insaniant, fremant, conspirent, coniurent licet, aderit ipsis divina gratia, nunquam eos in arctis destitutura: Consuevit divina potentia cingere electos in discrimine versantes, et si permittat, ipsis temporalis vitæ vlturam eripere, nihilominus spiritum largitur Sanctum, gloriamque divinam præbet intuendam, filijque Christi vultum explicatque fideles grauissimis periculis implicatos ita Davidem, 1. Sam. 18. 19. 23. & 30. Sic Paulum terra, marique agitatam, & quis est qui non nunc, atque olim diuinum fauorem senserit? 2. *Observ.* Quò sit refugiendum in periculis? nimirum ad cœlestem illum Thronum gratiæ, quò certè spiritu Dei ducti vehuntur: Plerique alio acti modo confugiunt aut ad auxiliationem humanam, quæ vana est, 55. Psal. & carnem faciunt brachium suum, qui maledicti sunt, Ier. 17. aut quod est maximè perniciosum ad Satanam transvolant, eiusque organa dum in arctum coguntur: Discamus verò nos in cœlum oculos attollere, & ad cœli, terræque Creatorem Deum nostrum Patrem in Christo. 3. *Observ.* Qui afficiuntur, ut Stephanus gloriam Dei videbunt, quæ partim relucet in rebus creatis; Imò etiam minimis, utpotè in formica quæ perhibetur colligere æstate, quibus fruatur hyeme, Proverb. sed clarius in homine μικροκόσμος. 2. In verbo illustrior conspicitur Dei gloria. 3. In filio, qui est ἀπαυγάσμα τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, Heb. 1. Sed speciali quodam visionis modo percipitur à Stephano: Atque à nobis plenè sanctificatis, atque glorificatis, sicut Deus est videbitur, 1. Ioan. 3. Visio huius gloriæ summam præbet martyri consolationem. 4. Et Iesum stantem ad dextram, id est, regnantem, 1. Cor. 15. Quod dicunt stare Christum ut advocatum, sedere vero, ut Iudicem, est hoc quidem subtilius, atque alienum: Cum per



sedere, aut stare ad dextram, nihil aliud significetur, quam regnare, ipsiſque Christo omnem in cœlo, terraſque tributam eſſe poteſtatem, *Math. 28.* Regnat itaque Christus Rex Regum: haſque partes Regni ſui obit. 1. Colligit Eccleſiam per ſpiritum verbo cooperantem. 2. Gubernat eandem. 3. Cruce exercet. 4. Contra hoſtes tuetur, quos partim propter rebellionem indurat vt olim *Pharaonem*, partim in deſperationem ruere ſiuit vt *Iudam* alioſque.

*Verſ. 56.* Cœlos vidit apertos. Vtrum iſta fuerit mutatio phyſica, non diſputo. Vide huiuſmodi phraſin, *Math. 3.* in Baptiſmate Chriſti, & *Ioan. 1. ultimo.* Verùm eſt aciem mentis Stephani fuiſſe ſatis perſpicacem, vt peculiari quodam modo filium hominis Ieſum Chriſtum iam in carne regnantem fuerit conſpicatus. *Obſerva* Cœli propter peccatum clauſi, per Chriſtum ſunt recluſi, qui mediator noui fœderis per ſanguinem ſuum ingreſſus eſt Sanctum Sanctorum, *Hebr. 9. 10.* Quare de cœlorum poſſeſſione realiter capeſſenda ſimus certi, cùm iam aditus nobis pateat per Redemptorem noſtrum *διὰ τοῦ αἵματος*, viaſque patefacta ſit quam inſiſtamus, *Ioan. 14.* Caroſque noſtra ſit cœlo locata ſpiritumque adoptionis habeamus obſignantem cordibus noſtris vitæ æternæ, immortalisſque gloriæ certitudinem. Proinde non pro arrogantia ducendum ſed veritate ſanguine filij Dei obſignata nos in cœleſtibus, vbi caput noſtrum eſt, ſalutiſque noſtræ ἀρχὴς eſſe conſtituendos. Vocatur Chriſtus hic filius hominis, vt *Daniel 7. Bar, Enos*, ad ſignificandum nobis carnem illam, quæ paſſa eſt, iam eſſe glorificatam, noſtramque; vt nunc vilem & corruptibilem carni Chriſti conformandam. Cæterùm, quod Chriſtus cœlo ſit incluſus, diſertè facit contra vbiſquiritarios, & tranſſubſtantiatores.

*Verſ. 57.* Atroces Iudæi aduerſus Stephanum crudeliter procedentes exclamant, vt contra Paulum, *Act. 21.* quæquidem exclamatio arguit ſeditionem, qui cùm nec iure, nec ratione poſſint agere, ad inſolens vociferandi genus ſeſe conſerunt. 2. obturant aures, nolunt auribus aditum ad mentem patere, quæ valeat Dei gratiam admittere, qui verò vocantem Iehovam per verbum audire detrectant, ſeſe eos minimè auditurum profitetur Dominus, *Mich. 3.* & *Proverb. 1.* vide illam ſapientiæ proclamationem, & reluctantibus pœnam infligendam. Si contumaces audire recuſarint primarium Domini nuntium, id eſt, verbum diuinitus deſtinatum

natum ad conuerſionem peccatoris, cogentur vel inviti ſecundum admittere, id eſt iudicium, & ſupplicium animadvertente in *Pharaone*, alijsque quos feuerum Dei iudicium apprehendit, quod verbum ad ipſos miſſum aſpernati ſint. Quare, abſit verbum ſaſtidiemus, a mandatis auribus prurientibus cum reuerentia, ſanctaſque auiditate & alacritate id recipiamus in ſalutem noſtram, atque gloriam. 3. Eſt. impetum in eum fecere omnes. *Obſer.* Diuerſi generis, & conditionis ſatis bene cõſpirant ad opus malum, & pernicioſum peragendum: *Moab, Ammon, & Seiricola* aduerſus *Iehoſaphatum*, 2. *Cron. 20.* qui mutuis vulneribus confoſſi tanti ſceleris pœnas pependerunt. *Abimelechus* truculentus fratricida, *Sichemita* domusque millo in filios *Ierubaalis* conſpirarunt, qui diſſenſionis face diuinitus admota interiере, *Iud. 9.* Romani atque Iudæi aduerſus Chriſtum quibus à Romanis tandem allatum eſt exitiũ: *Hiſpani, Itali*, necnon omnis ordinis, & diuerſiſſimorum morum homines in Chriſti regnũ: quod factum non ita pridem, ſed pater miſericordiarũ ita omnem illum conatum evertit, vt nedum diſſipati, atque diſgregati fuerint, ſed in profundum deiecti. Non eſt mirandum inſtinctu Diaboli maximè diſſidentes partes in odium Chriſti Eccleſiæque ſuæ coire, atque concurrere. Vide *Pſal. 2. 4.* Extrudunt ſanctum Dei hominem civitate, vt Iudæi Chriſtũ. *Luc. 4. Obſerva.* Poſſunt, ſed Domino permittente, hypocritæ, atrocẽſque hoſtes, eſſi præ ſe ferant pietatem, Chriſti fideles ſeruos civitatibus terrenis, atque terrarum ſolis depellere, ſed civitate illa DEI cœleſti minime poſſunt excludere: conſolatio eſt noſtra. 5. Lapidant. Sed cur hoc? cùm quatuor extiterint in uſu apud *Iudæos* ſuppliciorũ genera. 1. ſtrangulatio. 2. obruncatio. 3. cõbuſtio. 4. lapidatio. R. quia lege Dei fuit ſtatutum, *Lev. 24.* vt *Blasphemus* civitate educeretur, & lapidibus obrueretur: legem ergò pro ſe habere volunt. 1. *Obſer.* Flagitioſi, adeoque eccleſiæ hoſtes æquitatis legem ſcleribus ſuis prætexũt, vide *Dan. 3.* contra illos tres in fornacem coniectos, & *Dan. 6.* contra ipſum *Danielem*. *Haman* ille typho inflatus atrociffimus hoſtis populi Dei *Iudæos* mentitus eſt legis Regiæ non fuiſſe obſeruatoreſ: & ſacrilegi direptoreſ bonorum Eccleſiaſticorum legem cauſantur, quæ vim quandam, atque potentiam ipſorum ſcleri addat. Solent itaque flagitioſi æquitatis tegumento flagitia ſua obnubere.



2. *Obserua.* Malitiæ suæ, atq; scelitæ abstinere nolunt impij, donec iniquitatis suæ mensuram adimplerint, qua perimpletâ, extremum certè indignationis diuinæ pondus sunt experturi: Peccatorum itaque & scelerum principijs occurrendum, ne continuus progressus in peccatis inevitabile DEI iudicium accersat. 6. Est testes deposuerunt vestimenta vt paratiores essent ad imponendum manus lapidibus obruendo: vt erat lege præscriptû. *Obserua.* Non defuerunt, nec defunt falsi, subornatiq; testes ad testimonium perhibendum contra infantes, vide hilito. *Susanna.* Et passi Christi. Sed pijs summoperè cauendum à falsi testimonij perhibitione: cum Iehouæ anima testem falsum abhorreat, *Proverb. 6.* Quod vestimenta dicuntur deposita ad pedes cuiusdam iuuenis. 1. *Obserua.* Iuuenes sibi maximè cauerent ab impiorum confortio, facile enim imprudentes in malum consentiunt. 2. *Obserua.* Non est de Iuuenibus, etsi prauis, maleq; affectis desperandum, cum habeat Dominus vocationis ad gratiam præstitutum tempus. Vocauit Paulum in ætate fere media, *Ieremiam* in vtero, *Ier. 1.* Sed insolentes, atque lasciu: ne præsumant in vocatis gratiam, vt præcipites abeant in omnia flagitiorum genera: fatetur Paulus, *Act. 22.* se consensisse in mortem Stephani, & occisorum vestimenta custodisse. *Obserua.* Qui vocati sunt ad gratiam, spirituq; Dei aguntur, parati sunt ad confitenda peccata vt hic Paulus, *David. 2. Sam. 12. Psal. 51. Dan. 6.* Sed retardantur motu Satânico ad retegenda scelera, in quorum refectione glorificatur Dominus, verùm in eorundem admissionem facillimè perpeluntur. Confessio certè est Dei Spiritus opus, sed obrectio diaboli, cum itaque sit è re gloriæ Dei, salutisq; nostræ, ne nos pudeat apertè peccata coram Domino confiteri, quæ velo misericordiæ suæ in summum nostrum bonum cooperiet.

*Vers. 59.* Iam habetur Stephani passio, & quomodo sese gesserit in summo hoc discrimine: vbi duo occurrunt expendenda singularia. Videlicet. 1. Fides. 2. Amor in inimicos. Fides in hoc apparet, quod invocato Deo Domino IESU dixerit, recipe spiritum meum: Amor hinc liquet, quod inimicis, & persecutoribus sit precatus remissionem. Primû est, quod inuocarit Deum. Hinc sequitur in aduersis, adeoque in extremo rerum discrimine invocandum esse Iehovam, *Psal. 50.* Inuoca me, & *Rom. cap. 10.*

Quisquis

Quisquis invocauerit nomé Iehouæ, seruabitur. Vocat Christum dominum nō solum creationis iure sed maximè Redemptionis. Hic enim Dei filius populum suum redemit positione animæ: & illud ipsum nomine IESU significatur: in quo salus, *Math. 1. Act. 4.* *Recipe Spiritum meum.* est instar orationis Christi in cruce pendentis, qui dixit, *Domine in manus tuas commendo spiritum meum.* 1. *Obserua.* Veri Christiani vt vitam Christi imitantur, ita etiam vocē edunt eandem, Spiritu Sancto moti sese tradunt Deo. 2. *Obserua.* Lymphati, atque furentes Ecclesiæ hostes nullam in animas potestatem habent, corpora tantum diuino permisso ferire possunt, nullamq; pœnam valent infligere, quâ ipsi sunt exempti, si DEO placet. 3. *Obserua.* Spiritus non sunt evanidi flatus, sed substantiæ, qui post separationem à corpore non vagantur, neque alia subintrant corpora vt *Pythagorei* dixerunt *μετεμψύχωσιν*, sed virtute Christi electorum feruntur in cœlum, iuxta illud Christi, *Hodie mecum eris in Paradiso.* & *Philip. 1.* Cupio dissolui, atque esse cum Christo: & *Heb. 12.* In cœlesti *Ierosolyma* spiritus iustorum, atque perfectorum hominum sunt.

*Vers. 60.* Describitur eius amor, positus genibus orat. 1. *Obserua.* Genua etiam corporis sunt flectenda, *Ephes. 3.* atque adeò omnes partes cum summa humilitate, & reuerentiâ componendæ, cum coram tam gloriosa maiestate cōparemus. *Abraham* se puluerem & cineres vocauit in conspectu Iehouæ prostratus. *Precactionis summa.* Domine, ne statuas eis hoc peccatum: id est, ne imputes ipsis ad mortem. *Obserua.* fides, charitasq; ad extremum halitum, Dei seruos concomitantur: Stephanus singulari amore, & patientia dominum suum refert, *Luc. 23.* inquentem; Pater ne hoc ipsis imputes: ignorant enim quid faciunt. Hæc praxis imitanda, hostibusq; ignoscendum, & iuxta Apost. regulam, malum bono vincendum. Sed quomodo hoc dictum Stephani congruit cum *Zecharia* lapidibus obruti imprecatione, 2. *Cron. 2.* qui dixit Iehoua hoc vide atque require. *Resp. Zecharias* filius *Iehoiada* præuidit spiritu prophético *Ioam* à vero Deo Israelis auersum violenta morte extinguendum, quod evenit, vt patet in eodem contextu. Stephanus verò gratiâ spiritus præsciuit quosdam per ignorantiam lapsos in gratiam cum domino redituros, vt in Paulo videas, qui ad fidem Christianam diuinitus conuersus, vas electionis euasit, qui

A a

nomine



nomine Iesu salutem gentibus prædicaret. Et tandè dicitur: Obdormiuit, id est mortuus est. vide 1. *Thef.* 4. *Obfer.* Mors Sanctorũ est quædam dormitio: proinde Christo inſitis, mors non est pertimescenda, nec supra modum sunt lugendi mortui. Sæpius hoc verbum occurrit in ſacris, vt certiffimè conſtet mortua corpora, quæ à Chriſti ſpiritu cõſeruantur eſſe in vitam reuocanda, & exuſcitanda: cùm dormitio nõ in animam, ſed in corpora cadit, ne dubitemus de corporum reſurrectione in illo altero Chriſti aduentu. Vide totum cap. 1. *Cor.* 15.

## CAPVT VIII.



**A**BSOLUTA est prima pars hifce actis comprehenſa, quæ continet amplificationem Regni Chriſti *Ierofolymis* per prædicationem Euangelij ab Apoſt. Audiuimus qua fide & diligentia prædicarint, quomodo miraculis cõfirmarint, quid ſint paſſi, quem ſucceſſum Euangelium habuerit, & tãdem quomodo oplerique confirmati ſint in veritate Euangelica, ſaluteq; per Chriſtum parta per Stephani conſtantiffimi martyris lapidationem. Iam quomodo propagatum fuerit Chriſti regnum, & incrementum cœperit apud gentes, Domino dante ſumus audituri. per cõmune miniſterium Philippi diaconi, Petri, & Pauli, ad cap. 13. Inde ad finem peregrinationem Pauli deſcriptam. Hoc cap. ſecatur in duas partes. 1. eſt de prædicato Euangelio *Samarita*, ad verſ. 26. 2. eſt de Eunucho Reginae *Candacis* *Æthyopum* gubernatore præcipuo ad fidem chriſtianam conuerſo ad finem cap. Prior ſubdiuiditur in illius eccleſiæ *Samaritana* plantationem, ad verſ. 14. 2. Amplificationem, ad verſ. 26. In plantatione primum habes occaſionem. 2. plantatorem illius Eccleſiæ, nimirum Philippum. 3. euentum. Occaſio. verſ. 1. eſt perſecutio, vnde ſecuta profeſſorum Chriſti diſperſio per Regiones *Iudea*, & *Samarita*. Poſt occaſionem, verſ. 2. Sepultura Stephani. 3. Perſecutio *Sauli*. 4. prædicatio verbi per diſgregatos doctores habetur. Prima verba ſunt, conſenſerat *Saulus* in Stephani necem. 1. *Obfer.* Conſentens, maliq; facinoris approbator eodem crimine cum actore involui-

voluitur. Sic *David* homicida dicitur, cùm tantum mandatũ dederit ad occidendum *Vriam*, 2. *Sam.* 12. Proinde videndum ne cõſenſu noſtro malè, & ſcleroſè patrata corroboremus. Si minus conſcij coram Dei tribunali velimus cenſeri. 2. *Obfer.* Paulus fatetur ſe conſenſiſſe, *Act.* 22. Peccata itaq; ſi ſint interna, non ſunt contegenda, ſi per eorum detectionem Dei gloria promoueri queat. Paulus 1. *Timoth.* 1. magnificat Dei miſericordia, qui voluit in eo exemplum diuinæ gratiæ extare omnibus credituris ad vitam æternam. *David* ſummè pius peccata non ſolum eſt cõfeſſus *Pſal.* 51. ſed & confeſſionem ſcriptis mandauit *Pſal.* 32. in Dei gloriam, & Eccleſiæ vſum: Sic *Daniel* cap. 9. pro ſe, atq; populo apertè edidit peccatorum confeſſionem, quod quidem eſt nobis in praxin trahendum, ſed aſtu Satanico fit, vt obtegere ſemper conemur peccata, & fateri ſuffundamur pudore, quorum reſectio eſſet è re gloriæ Dei, cùm tamen admittere paucos pudeat: Eſt turpe certè, atq; pudèdum peccare, quod eſt diaboli opus, ſed confiteri eſt glorioſum, quod eſt Spiritus Sancti opus. OCCASIO, Perſecutio eſt, vbi. 1. occurrit tempus, dum inquit hoc tempore, quo ſcilicet Stephanus eſt lapidibus obrutus. *Obfer.* Perſecutionem ſerui Chriſti fidelis, ſanctiq; ſequitur perſecutio eccleſiæ, vide in 10. illis inſignib. poſt Chriſti aſcenſionem, cùm crudeliter martyres & chriſtiani ſunt ſublati, ſubſecuta eſt eccleſiæ perſecutio. Putat maleſuadũ vulgus immune ſe fore ab afflictione, perſecutione, atq; turbis, tametiſi Dei ſerui affligantur, ſed intelligant pro certo ſi fidem retinuerint nõ fore eos eximendos, ſed laturos ſortem parem: Et cùm iudicium incipit à domo Dei, quis futurus eorum exitus, qui minus obediunt euangelio, 1. *Pet.* 4. & ſi hoc viridi accidat, quid futurũ ligno arido? Impij ſtato tempore haud dubiè grauioribus afficientur ſupplicijs. 2. *Obfer.* Statuta periodo perſecutiones ſuboriuntur, Neque citius, Neque tardius euenire poſſunt, quã Deus cõſtituit, & vt tempore incipiunt, ita etiã finem ſunt conſecuturæ, eaſdemq; ſempiterna iucunditas excipiet. Sed vnde procedit hæc perſecutio? *Ierofolymorum* civitate, quam Deus multis adauxit beneficijs. *Obfer.* Inimiciffimi ſunt Regionũ, & vrbium incolæ à Domino donis maximè ornati, vt *Hiſpania*, *Italia*, atque *Parifiorum* in Gallia. Contra Eccleſiam intenditur hæc perſecutio.



*Observa.* Nulli in naturâ rerum æquè affliguntur, atque electi ad vitam in Christo, qui in eo peccatorum remissionem, resurrectionem corporum, vitamque æternam profitentur. Ex persecutione hac consequitur Discipulorum, atque Doctorum verbi dispersio per regiones *Iudea*, & *Samaria* exceptis Apostolis. Licet ergo in graui persecutione fugere, vt hic videre est, atque, vt Christi verba præ se ferunt, si vos persecuti fuerint, in vna civitate, fugite in aliam. *August.* inquit in graui persecutione, neq; omnes fugere, neque omnes manere debent, sed maneat, qui ad rem præsentem sufficiat, at si omnes eligant cum vitæ discrimine manere, tunc inquit, res fortibus est committenda. *Observa.* Si fideles, Christianique nominis professores vno loco referto turbis, & calamitatibus cesserint, in alium recipientur, cum Domini sit terra, atque plenitudo eius: non deerit ecclesiæ in terris receptaculum, si esset heremus. *Exceptis Apostolis.* hi manent *Ierosolymis*, quia nullum habent mandatum adhuc exeundi. *Observa.* Nobis manendû cum grege in persecutione, temporeq; effusionis plagarum Dei, etiam cum capitis periculo, nisi nobis Dominus verbo suo secus consuluerit, proinde constantes, atq; fideles nos esse par est, timoreq; vacuos in munere nostro obeundo. 2. *Observa.* Gratia Dei in protectionem Apost. ita euigilat, vt in hoc extremo periculo tuti sint à Satana, eiusq; instrumentis, qui, vt sint atrocissimi Ecclesiæ persecutores extra cancellos diuinæ providentiæ exire nequeunt. Imò ipse Sathan cancellis diuinæ providentiæ coercetur, & vt cunq; mare in littus sauire videatur, & extra præscriptas metas erumpere, atque irumpere, reprimitur tamen: ita scelerosissimi quique Ecclesiæ hostes ne latum vnguem extra præfinitos limites possunt progredi in sanctis diuexandis, atque excruciantis, quibus Dominus, & quantitatem, & qualitatem afflictionum determinauit. Hinc assurgit nobis consolatio.

*Vers. 2.* Habetur sepultura Stephani. *Ευλαβεις*, id est, religiosi quidam Stephanum inhumant, eumque lugent. *Observa.* In omni fere hominum societate quosdam reperire est pios, Sanctorumq; fautores. In *Pharaonis* aulâ, eius filiam sautricem, & educatricem *Moyfis*. In *Achabi*, *Obadiam* amantem *Eliæ*, atque Prophetarum, in *Traiani Imperio*, *Plinium secundum*, qui retardauit *Traianum* à persecutione: hanc habet Dominus suorû curam, vt nolit omni solatio

destitu-

destitutos relinquere. *Duo præstant.* 1. *ἐχομι* *ἄν*, id est, extulerunt ad sepeliendum. *Observatio.* Hoc suo facto admonere nos volunt hominem ex terra prodijisse, atque in terram rediturum: deinde resurrectionis nostræ, cum corpora humo mandentur, vt ibi tanquã in arcula conferuentur, donec à Christo in illa *Epiphania* resuscitentur: & 3. humanitatis est enim vltimû humanitatis officium sepelire mortuos. Hic redarguendi illi qui nullo officio erga Pastores defunguntur, sed potius ipsis dolorem, atque ærumnas incutiunt, quos optarè subinde meminisse illius exhortationis propositæ ab Apost. *Heb. 13.* Obedite ducibus vestris, *1. Cor. 9. 1. Thess. 5. 1. Timoth. 5.* & etiam dicti illius prophetici, si afflictionem addiderint afflicto, *Iosephumq;* turbarint, ipsos tandem grauissimo supplicio esse afficiendos: nisi resipuerint. 4. Hi designant hoc suo facto iniustitiam, atque iniquitatem Iudæorum, qui hunc sanctum virum lapidarunt, neque hi inhumatores extimescunt persecutionis flammâ, paucos videas ex nostris professoribus ad eò bene animatos. 5. Nullû ritum observant, nulla vtuntur invocatione, nullis (vt barbare dicam) dirigit, nullis sacrificijs ad expiandum defuncti peccata, nulla deniq; cananizatione in album sanctorû, quæ tametsi hac omnia derogent Christi gloriæ, eiusque meritis, perfectoque sacrificio, atque æterno, nihilominus tamen à Papistis, & vsurpantur, & frequentantur. Quare illud *κακοχθεις* est explodendum, quod inoleuit, superstitionis, inanis gloriæ, & ostentationis plenum frequentatum à plerisque, qui nobiles celebrari volunt, atque simplicissima ratio sepeliendorû corporum, & honestissima adhibenda. 2. quod faciunt, est, *Lugent.* *Observa.* Licet deflere defunctos, sed Christiano more, id est, in fide, & spe, vt docet Apost. *1. Thess. 4. 13.* nec recipienda illa stoicorû opinio, qui homines esse volunt *ἀπαθεις*, cum affectio naturalis sic expressa in propinquorum obitu pietati, veræque religioni non reluctetur. *Abrahamus Saram* vxorem defunctam luxit. *Iosephus* atq; fratres *Iacobum* patrem, filij *Israelis Aaronem, Moysen, Samuelem*: ipseque Christus noster Dominus *Lazarum*: fas est itaq; deflere mortuos pios, atque fideles, sed in fide, ac spe, vt hic *Ierosolymitani* quidam, dolent, & lessum faciunt, quòd Christi ecclesia huiusmodi sancto homine, strenuoque Euangelij propugnatore, & veritatis diuinæ constantissimo assertore priuetur.

A a 3

Vers. 3.



*Verf. 3.* Agitur de persecutore, *Saulo*, & 1. est de eo prædicatum *ελυμανετ* vastavit. *Sauli* crudelitas suis assurgit gradibus. 1. In-  
 greditur domus, extrudit viros, fœminasque, & in carcerem tra-  
 dit: quidam ex scriptoribus autumant partem illam Prophetiæ  
 Iacobi de lupo processuro è tribu *Benjaminica* Paulo applicari de-  
 bere: fatetur quidè ipse, *Philip. 3.* quod ex tribu *Benjaminis*, quodque  
 Christi Ecclesiam fuerit persecutus. *Obserua.* Antequam per gra-  
 tiam ad Christum vocemur fumus lupi, id est, hostes CHRISTI  
 membrorumque eius: Monarchæ figurantur, *Daniel 7.* per 4. be-  
 stias ad naturam nostram denotandam extra Christum: naturali  
 inclinatione in brutam ferimur sœuitiam, quæ in Ecclesiæ perfe-  
 cutoribus non subsistit in primo gradu, sed eo extenditur, vt nul-  
 li sexui parcat, ne fœmineo quidem, cuius ratio esset habenda.  
*Obserua.* Regno Christi coërcentur omnis generis, atque ordinis  
 homines, quibus via in Christo patet ad vitam, *Galat. ca. 3. Colos. 3.*  
 4. *Observatio* Peritia legis sine Christo nihil aliud est, quam veri-  
 tatis odium: expende in Paulo legis perito, Euangelij tamen o-  
 fore, atque persecutore. 5. *Obserua.* Professores Christianæ reli-  
 gionis carcer manet, & vincula vt *Michaiam* verum Dei Prophe-  
 tam, 1. *Reg. vi. Jer. 10.* Baptistam incarceratum, & tandem verita-  
 tis ergò obtruncatum.

*Verf. 4.* Dispersi prædicant verbum Doctores nimirum quibus  
 docendi munus incumbebat, vbi vide dispersionem fidelium  
 esse ecclesiarum vnionem: persecutionemque nos minimè retar-  
 dare debere ab officio præstando, sed verbum DEI, Euangelium  
 scilicet gratiæ esse tradendum non hominum commeta: etenim  
 divina ordinatione est statutum, vt legitimè, & diuinitus vocati  
 prædicemus, verbum sacris consignatum literis, neq; cum phan-  
 tasticis illis *Anabaptistis* nouas subinde expectemus cœlitus reue-  
 lationes. 2. *Obserua.* Media quibus impij, & Ecclesiæ hostes vtun-  
 tur ad præpediendum Euangelij cursum, iisdem bene vtitur Do-  
 minus ad propagandum, atque ampliandum Regnum filij sui.  
 Potens & sapiens est Iehova, qui ex tenebris lucem callet evo-  
 care, malisque appositè vti ad bonum opus promouendum: itaq;  
 existimare debemus animorum hac etsi miseranda, & miserabi-  
 li distractione, atq; disunctione apud nos *Scotos* feliciter vsurum  
 Dominum ad Ecclesiæ suæ integritatem, & libertatem firmiter, &

quam  
 Aquin v. 1  
 2. v. 2. v. 3. v. 4. v. 5. v. 6. v. 7. v. 8. v. 9. v. 10. v. 11. v. 12. v. 13. v. 14. v. 15. v. 16. v. 17. v. 18. v. 19. v. 20. v. 21. v. 22. v. 23. v. 24. v. 25. v. 26. v. 27. v. 28. v. 29. v. 30. v. 31. v. 32. v. 33. v. 34. v. 35. v. 36. v. 37. v. 38. v. 39. v. 40. v. 41. v. 42. v. 43. v. 44. v. 45. v. 46. v. 47. v. 48. v. 49. v. 50. v. 51. v. 52. v. 53. v. 54. v. 55. v. 56. v. 57. v. 58. v. 59. v. 60. v. 61. v. 62. v. 63. v. 64. v. 65. v. 66. v. 67. v. 68. v. 69. v. 70. v. 71. v. 72. v. 73. v. 74. v. 75. v. 76. v. 77. v. 78. v. 79. v. 80. v. 81. v. 82. v. 83. v. 84. v. 85. v. 86. v. 87. v. 88. v. 89. v. 90. v. 91. v. 92. v. 93. v. 94. v. 95. v. 96. v. 97. v. 98. v. 99. v. 100.

the text, snth:  
 we were disper  
 ed, except the  
 postles: f  
 think not all  
 simply, but all  
 ston and  
 2. 4  
 but the  
 Apostla thin  
 he 70 and  
 ac. 10. the  
 d a calony  
 d miraculom yest  
 Paul w<sup>th</sup> he came back  
 Aquin v. 1  
 2. v. 2. v. 3. v. 4. v. 5. v. 6. v. 7. v. 8. v. 9. v. 10. v. 11. v. 12. v. 13. v. 14. v. 15. v. 16. v. 17. v. 18. v. 19. v. 20. v. 21. v. 22. v. 23. v. 24. v. 25. v. 26. v. 27. v. 28. v. 29. v. 30. v. 31. v. 32. v. 33. v. 34. v. 35. v. 36. v. 37. v. 38. v. 39. v. 40. v. 41. v. 42. v. 43. v. 44. v. 45. v. 46. v. 47. v. 48. v. 49. v. 50. v. 51. v. 52. v. 53. v. 54. v. 55. v. 56. v. 57. v. 58. v. 59. v. 60. v. 61. v. 62. v. 63. v. 64. v. 65. v. 66. v. 67. v. 68. v. 69. v. 70. v. 71. v. 72. v. 73. v. 74. v. 75. v. 76. v. 77. v. 78. v. 79. v. 80. v. 81. v. 82. v. 83. v. 84. v. 85. v. 86. v. 87. v. 88. v. 89. v. 90. v. 91. v. 92. v. 93. v. 94. v. 95. v. 96. v. 97. v. 98. v. 99. v. 100.

quam antea stabiliendam: Det Dominus in Christo.

*Verf. 5.* Sequitur Ecclesiæ *Samaritana* plantatio ad *vers. 14.* & e-  
 iusdem amplificatio ad *vers. 26.* *Samarica* *Cananea* pars cis *Iordanem*:  
 hic notat regionē, præcipuamque in ea urbem, quæ cæpta est ædi-  
 ficari ab *Amri* 6. *Israelis* Rege impio. *Samarica* Regio tres habet ci-  
 vitates, *Samaricam* *Sichem* vel *Sichar*, & *Silo*. In plantatione huius  
 Ecclesiæ. 1. habes plantatorem. 2. media. 3. euentā & successus.  
 Plantator est *Philippus* non *Apostolus*: nam *Apostoli* *Ierosolymis*  
 manserunt, sed ille *Diaconus*, *Act. 6.* cui, etsi pauperum cura in-  
 cumbebat, tamen aliquando *Euangelium* prædicabat, vt *Stepha-*  
*nus*. *Obserua.* In quacumque sis vocatione, si eam fideliter obeas,  
 in maiorem honorem euehet te *Deus*, 1. *Timoth. 3.* Qui bene mi-  
 nistrarint, bonum gradum sibi anquirunt. Et vt inquit *Dominus*  
 noster. *Serue*, si fueris fidelis in exiguis, præficiā te magnis. Ad-  
 do, supra dictis de *Samarica*, quæ est *μεσοπολις* 10. tribuum condita ab  
*Amri* vt dixi, & ab *Hircano* subuersa, reparata per *Herodem* & nun-  
 cupata *Sebaste*. *Ioseph. antiq. lib. 13.* Hæc civitas fuit maximè corru-  
 pta, atque dementata per *Simonem Magum*, ex ea tamen prodijt *Iu-*  
*stinus Martyr*, vbi obserua, in hominum cætu perditissimo *Do-*  
*minum* habere suos, *Lotum* inter *Sodomitas* scelerosos, *Obadiam* in  
*Ashabi Curia*, &c. Media quibus vtitur *Philippus* ad plantandam  
 hanc Ecclesiam *Samaritanam* sunt verbi prædicatio, cuius mate-  
 ria est *Christus*, *Sacram. administratio* & *miraculorum editio*.  
 Primum dicitur prædicasse *Christum Regem* scilicet nostrum,  
 qui omnem aduersariam potestatem devicit, regnumque nobis  
 acquisiuit, & in nobis crexit, quos spiritu suo sancto per verbum  
 operante regit: *Prophetam*, qui patris consilium in salutem no-  
 stram plenè patefecit: *Sacerdotem*, qui sese in cruce pro peccatis  
 nostris suauissimam hostiam patri obtulit, in quo habemus pec-  
 catorum remissionem, resurrectionē, & vitam æternam inchoa-  
 tiuè, & in spe, qua perfectè in cœlis fruemur per *Dei* filium, qui  
 nobis factus est *sapientia* per verbum, *justificatio*, vt per suam  
*justitiam* nobis imputatam, & per *fidem* apprehensam *justificet*:  
*Sanctificatio*, qui spiritu suo nos sanctificet, & *Redemptio* per  
 sanguinem suum, cuius effusi pretio nos redemit. *Obserua.* Materia  
 prædicada gregi nostro est *Iesus Christus crucifixus*, præter quem  
 æstimauit *Apost.* nihil scire, 1. *Corinth. 3.*

*Verf. 6.*



*Vers. 6.* attendebant. *Observ.* Dei verbo diligenter attendendū, & cum cura recipiendum. *Maria* sedit ad Christi pedes vt prædicantem audiret, cum *Martha* alijs rebus fuerit intēta non omnino negligendis, quæ de sorore *Maria* conquesta Christo. Respondit *Mariam* bonam partē delegisse, quæ non auferetur ab ea. *Populus Troianus* ad mediam vsq; noctē Paulum sermonē producentē, audiit, *Act. 20. 7.* Concludo, Beatos esse eos, qui audiunt verbum Dei, atque custodiunt illud, *Luc. 11.* & destructū iri eos, qui idem despiciunt. Longè alij ab his Samaritanis existunt atate nostra auditores, qui aut rarò audiunt, aut cum tedio & contemptu reijciunt: Impelluntur ad attentionem, quod audierint, & viderint miracula quæ duplicem vsum habuere. 1. præparatur populus his ad recipiendum verbum. 2. ex quo sunt amplexi verbum, confirmabantur. *Papistæ* se habere miracula iactant, sed sunt inania diaboli, malorumque hominum inuenta. Miracula, quibus iam duce Christo, eiusque spiritus operatione fruimur, sunt animarum conuersiones ad fidem, mortuorumque in peccatis excitationes ad vitam in Christo participandam. *Evāgelica* veritas non eget miraculis, cum ipsa veritas sanguine Agni immaculati sit ob signata.

*Vers. 7.* Miraculorum æditorum genera tria. 1. est impurorum spirituum eiection. 2. paralyticorum sanatio. 3. Claudorum curatio. Impuri spiritus quosdam sic occupant, definitiue (scilicet) vt loquuntur Theologi, vt non sint alibi in summa operatione vexationis. Vbi *observa*, quantæ, qualique miseræ obnoxij simus propter peccatum, nimirum ipsi principi tenebrarū Sata æ, qui in quibusdam residet. 2. Quam superior, atque efficacior sit Christi potentia Satanicis motionib. prauis: qui quidem Satan virtute Christi per ministerium Philippi de possessione deturbatur, & extruditur. 3. *Observa.* Christus cunctos nostras infirmitates, atque νοσηματα curat, sanctificatq; mentem iudicium, rationem, cor, voluntatem, affectiones, corpus, denique ipsum perpurgat, vt conformetur ipsius glorioso corpori.

*Vers. 8. Euentum.* scilicet, Gaudium magnum in illa vrbe. *Observat.* Annuntiatio de gratuita salute per Christum parta producit, gaudium non auferendum. Varij varijs moti occasionibus lætantur, sed solidum hoc existit gaudium, quod gignitur in

cordibus ex sensu misericordiæ Dei, & persuasionis de vita æterna, per Christum conquisita. In rebus itaque bonis gaudendum, præsertim cum amplificatur Regnum Christi: præclareque agitur cum eius Ecclesia. Sicut *David Psal. 122.* Gauisus sum inquit, cum dixerunt mihi domum Iehouæ adire volumus. Rectè dicitur verbum salutis, & reconciliationis *Euangelium*, id est lætum nuntium, cum animis apporet lætissima noua de Redemptione nostra, reconciliatione cum Deo Patre, vitaq; æterna potiunda.

*Vers. 9.* Intertextitur historia *Simonis Magi*, qui *Euangelij* cursum ad tēpus maximè præpedire est visus, vt intelligamus *Philippū* nullis vsum præstigijs, nullis incantationibus in miraculis edendis, sed tantum Christi virtute efficaci. Habemus nomen, est *Simon*, & quod vsurpauit Magni alicuius, quod attribuebant ei Samaritani *ἡ δὲ ὄνομα αὐτοῦ ἦν Σίμων ὁ μέγας.* 2. Artem, quam exercuit (scilicet) Magicam. 3. quid effecit. Omnes obstupescerat, atq; dementauerat. *observ.* Diabolo, eiusque instrumentis, magna cōceditur licentia ad deludendum populum, quæq; divina virtute fiunt, Satanicis deceptionibus, illusionibus, præstigijsque adumbrantur, vt videre est in Magis *Ægyptiorum*. Illi enim, quæ virtute Dei per ministerium *Moyse* mirabilia sunt peracta incantationibus suis adumbrabant: verum vnum occurrit expendendum, quod non potuerit vel pediculum facere, atq; illud, quod virga *Aaronis* in serpentem conuersa consumpserit, & deuorarit virgam illam Magorum in apparentem serpentem versam: vide quid responsi retulerit. Impius ille *Saul*, qui *Pytonissam* consuluit de resuscitando *Samuele* defuncto, permissu divino Satan egreditur *Samuelis* specie, qui respondit, Regnum tuum vicino tuo dabitur *Davidi*, tu verò cum tuis traderis in manus *Philisteorum*, tu etiā cum filijs tecum eris crastino. Hinc liquet primum artem veneficam esse, qua maximè perstringitur infidele genus hominum facile delusum technis, atque præstigijs Satanicis. *Observa.* Seductoris nota hæc est, Si diuinos honores ambiat, si ambitioni suæ velificetur, facile agnoscas impostorem esse, qui velit, si possit, in ipsius Dei locum evehit: Contra videas in fidei Christi seruis nominatim in *Paulo* atque *Barnaba*, *Act. 14.* Qui cum impotentem pedibus curassent, Sacerdotes *Iouis* deorum nomine eosdem salutarunt, quibus Paulus scindens vestimenta sua, inquit, nos



peccatores sicut vos, ab idolis ad Deum viuum vos reuocamus, & Angelus, *Apocalip.* 22. detrectat prorsum adorari ab Ioanne, in-  
quiens, conseruus tuus sum, Deum adora.

*Vers.* 10. Attendunt hunc *Simonem*, vocantque *δυναμιν τῆς θεῆς*  
*μεγαλῶν*. Testis est *Iustinus* 2. *ἀπολ.* quod hic *Simon* statuum habue-  
rit inter pontes Tyberis cui insculpebatur *Simoni* Deo sancto. Et  
*Epiphanius* hereleon antiquarū indagator memorat hunc Magum  
vocasse se Deum patrem, & filium, & *Helenam* meretricem suam  
(quod est abominandum) Spiritum Sanctum. *Obser.* Impij ac sce-  
lerosi non sunt cōtenti honorum mediocritate, sed ambiunt ho-  
nores diuinos, expende in Rege *Babylonis*, *Isa.* 14. qui dixit ponam  
Thronum meum in Septentrione stellisq; cœli, eroque altissimo  
similis, qui repentinò detrusus est in sepulchrum cum ignomi-  
nia, in *Nembrotho* stultissimo turris *Babylonica* exstructore, statim  
cum suis linguarum confusione in vecta præpedito; in *Alexandro*  
*Magno* orbis terrarum conquisitore, qui de alio mundo acquiren-  
do cogitabat; in *Caligula* qui inscribi voluit Cæsar DEVS; in *Dio-*  
*cletiano*, qui pedes subiecit adorandos, tandem multis præteritis  
in Papa diuinos honores vsurpante. addo populum propha-  
num, atque mobilem promptum esse ad exornandum diuina di-  
gnitate illusores in gloria Dei omnipotentis, summum præiudi-  
cium; & rursus etsi diuexetur ad tempus diabolicis præstigijs,  
tamen per Dei gratiam liberandum esse, Satanamq; ipsum cum  
suis illusoribus esse profigandum per Euangelium: erant ali-  
quando spectra, & fauni, oberrantesque *Lamia* Papismi tempore,  
atque tenebrarum, quæ ad lucem solis iustitiæ splendentis in  
Euangelio evanuerunt.

*Vers.* 12. *Effectum*. Crediderūt verbo prædicato & sunt baptizati.  
*Obserua.* Verbo diuino credendum. Plerique credere nolunt, sed  
strenuè reluctantur, quod vertitur in ipsorum perniciem: etenim  
si non dederint locum primo nuntio nimirum Dei verbo, cogen-  
tur secundo scilicet iudicijs atque supplicijs locum dare. Vide in  
*Pharaone* populoque *Ierosolymitano*, qui verbo annuntiato credere  
recusarunt, quare funditus sunt excisi. 2. *Obserua.* Prædicare debe-  
mus, quæ ad Dei Regnum spectant, & in nomine Iesu, in quo sa-  
lus comprehenditur, *Act.* 4. 3. *Obserua.* Qui matura ætate credentes  
sunt baptizandi, quo Sacramento significetur eorū spiritualis re-

generatio, peccatorum remissio in sanguine Christi, vnioq; cum  
Christo capite. Hinc colligunt Anabaptistæ infantes rebaptizan-  
dos, cum ex hoc loco credentes baptizentur. R. Baptizantur qui-  
dem hic actuali fide præditi, & ætate matura, infantes actualem  
fidem minimè habentes baptizari debent, cum in fœdere sint  
comprehensi cuius verba sunt, ero Deus tuus, seminisque tui, & si  
octauo die circumcisi fuere ex præscripto diuino, cur non bapti-  
zandi iure? Proinde sequitur, cum legitimè baptizentur infantes  
non esse rebaptizandos.

*Vers.* 13. *Simon* credidit. Hypocrita vult sese intrudere in numerū  
filiorum Dei, cum eo videat populū inclinare. Fides huius *Simonis*  
nō fuit vera, sed temporanea: etenim maiestate diuini verbi per-  
cellebatur quadantenus vt credere ad tēpus coactus fuerit. *Obser.*  
Impij quadam fide imbuuntur, verum non illa, quæ parit synce-  
ram Dei, atq; proximi dilectionem, 2. *Timoth.* 4. de *Dema* scribitur,  
quod Paulū reliquerit, atq; mundum sit secutus. 2. Baptizatus est  
*Simon*. *Obser.* Scelerosi possunt extēna sacramenta vt signa sortiri,  
verum vt *σπαραγιδας*, minimè, quibus diuina gratia in ipsorū ani-  
mis obfignetur ad vitam æternā, quæ certè signis non est alligata  
vt perperā sentiunt papistæ, qui sic dicūt, nisi quis ponat obicem  
peccati mortalis, cum signis eum recipere veritatem, atq; effectū,  
& ex opere, vt loquuntur operato non solum reatum originalis  
peccati tolli, sed ipsam corruptionem: atq; baptizatos omnes re-  
cipere effectum, & originalē labem tolli est falsum: nam sic *Simon*  
baptizatus accepisset saluificam gratiam, deinde nemo peccaret  
post Baptismū si natiua corruptio prorsus tolleretur, & fons pec-  
cati omnino exhauriretur. 2. *Obser.* Hypocritæ frequentare con-  
sueuerunt Pastorum consortiū, vt vel sibi, vel bonis suis consulāt,  
& boni à malis, quamdiu hic mundus durarit, separari perfectè  
nequerint, vide *Math.* 13. & *1. Cor.* 5. sed cum Dei filius in illo illu-  
stri aduentu cum Angelis potentia sese manifestarit, tunc ovium,  
atque caprarum futura est perfecta segregatio.

*Vers.* 14. ad 26. Sequitur Ecclesiæ *Samaritana* amplificatio: am-  
plicatur, atq; confirmatur in Euangelicā veritate, per Petrum,  
& Ioannem, qui mittuntur in hunc finem ab Apost. qui erant *Ie-*  
*rosolymis* à *vers.* 14. ad 18. & hæc sunt membra. 1. Missio Petri, &  
Ioannis. 2. Eorum actiones. 3. Donum Spiritus, quod per eos,



vt organa Christus in quosdam *Samaritanos* contulit. In missione Petri & Ioannis. i. Missores, qui sunt Apostoli *Ierosolymis* manentes dei subordinati, qui in rem ecclesie mittit seruos suos ad eam informandam in via salutis vitæque æternæ per Christum: vbi apparet singularis Dei amor. Ipse enim est consumens ignis, cuius vocem terribilem, & præsentiam tremendam miseri homunciones ferre non possent, itaque dixit populus Israeliticus Moyse, loquere tu nobis, & ne loquatur Iehova, ne moriamur. Ordinavit idcirco homines iisdem infirmitatibus obnoxios, quibus alij ad Evangelium annuntiandum, quorum præsentiam ferre, vocem audire, vultum denique contueri valeant: qui dici consueverunt, filij hominis, vt Propheta *Ezechiel*, & homines DEI vt *Timoth.* ab eo missi atque vocati ad diuinum hoc opus peragendum. *Observa.* Nihil possunt atroces Ecclesie hostes invito Deo, considera hic quomodo eorum rabies vi diuina coërceatur, ne possint manus immittere in Apostolos: ipse Satan potestatem habet terminatam: coërceatur eum diuinæ providentiæ, atq; naturæ suæ limite, 1. *Iob.* *Math.* de venia obtenta exeundi in sues *Gadarenorum*: hinc consurgit nobis cõsolatio summa. Quod si spiritui impuro liceret, quod lubet, totum humanum genus repentinò pertraheret in exitium. 2. *Observa.* Apostoli perseuerant, rerumque sibi à Domino impostarum satagunt. Ergo in periculis non est nobis fatiscendum, sed in medijs persecutionibus strenuè pergendum in provincia sancta nobis demandata. Vide constantiam Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, omnisque ætatis fidelium seruorum Christi vt *Dorothei* verberibus affecti à Principibus *Iuliani* Apostatæ præcipientis, qui interiit vulneratus læthaliter in hepate cuius sanguinem volã accipiens proijciensque in cælum dixit miser apostata vicisti tandem *Galilæe*: post obitum desperabundi, atq; truculentissimi illius *Diocletiani* & *Licinij* ex quo *Dorotheus* *Tyrum* redijt, multis cæsus verberibus tandem expirauit anno ætatis suæ 107. Scripsit hic *Dorotheus* Apostolorum Discipulorum 70. & Prophetarum vitas, nec non *Athanasij* veritatis assertoris strenuissimi, & tandem *Ambrosij* qui minis *Theodosij* Imperatoris mandantis per milites vt *Mediolanensi* Ecclesia cederet, cedere noluit, sed cum grege suo, munus suum obiens fidelissimè permanfit: ipsumque *Theodosium* Imperatorem etiam, qui tantæ, tamq; horrendæ cædis *Thessalonica*

exitit author iure cõmunionis priuauit, sub qua sententia remansit, donec humiliter expetiuit relaxationem, quam pronuntiauit ei *Ambrosius*, addita hac commonefactione, vt legem ferret, vt post rescripta Imperatoris differatur supplicia capitalia triginta dies, ne rei iniustâ irâ rebus non satis inquisitis interficerentur, sumptum autem est exemplum ex Attica consuetudine. Singularis hæc constantia, & spiritualis magnanimitas, & verè diuina *παρρησια* omnibus in Iehovæ negotio versantibus est imitanda. Occasio missionis horum duorum ad ecclesiam *Samaritanam* ampliandam fuit, quod audierint eam ecclesiam verbum DEI admisisse. *Observa.* Admodum gaudent Dei serui cum Iehovæ gloriam promoueri, atque Christi Regnum amplificari audiunt per Euangelij prædicationem, quod ab Apostolo gratiæ, gloriæ, 1. *Timoth.* 1. reconciliationis, 1. *Corinth.* 5. & potentia Dei, *Rom.* 1. vocatur, tantum itaque bonum amplectendum, nisi velint homines suam ipsorum salutem atque gratiam, gloriamque præpedire. *Observatio.* magna est veritatis vis non solum ad gratiam cum Deo patre per Christum incundam, sed hominum mutuis dissidijs disunctorum animos coniungendos: *Samaritani*, & *Ierosolymitani* ex quo *Reboam* tempore facta est tribuum diuisio perpetuas exercuerunt inimicitias, odioq; ad inuicem flagrabant, iam tandem virtute spiritus operantis per Euangelium deuinciuntur: Religio itaque, & fides Euangelica abolebit omne illud odium, atque dissensionem, quam in hac vita natura duce homines alunt. Missi sunt Petrus, & Ioannes pari potestate præditi. *Observa.* Verè spectat ad Pastores mittere ad munus aliquod in Ecclesia obeundum, eosdemque ad ministerium ordinare, populus tantum habet consensum & approbationem per *χειροτονια*, sed qui mittuntur essent idonei, & in ministerium minimè euehendi, moribus, ætate, & eruditione, iuuenes, nemini currendum, ante quam mittatur, ne ipsos gratia deferat in cursu. 3. *Observatio.* Petrus mittitur à reliquis vnde sequitur, quod in reliquos imperium non habuerit, sublato hoc fundamento, thronus Papæ super hoc stabilitus corruit, qui in collegas potestatem vsurpat, & ad comitia mittere consuevit legatos vt vocant à latere, potestate, & auctoritate papali indutos, quam exerceant in omnes illius ordinis, papismiq; professores.



*Verf. 15.* Obtemperant Petrus ac Ioannes. Mos itaque pijs Ecclesie consultis gerendus, neque rebus ad divinam gloriam spectantibus, ecclesieq; bonum est reluctandum. *Actiones Petri & Ioannis.* 1. precantur. *Observ.* Pastoribus incūbit precari pro Ecclesia. Vis precū est maxima in fide Mediatoris effusarum ad Deum Patrem. Vide *Exod. 17.* de eventu prospero illius conflictus cum *Amalacitis*, *Exod. 32.* *Ios. 10.* *Elia*, *Iacob. 5.* Concludo multum posse precationem iusti, si fuerit feruida. Multi hac ætate hanc feruentem formam precum negligunt, alij nō apprime vtilem esse putant, qui vix, ac ne vix quidem dedignantur rogare ministrorum preces, etiamsi in discrimine versentur, imō ne grates agere volunt, si prospero fruantur successu. O ingratum, atq; irreligiosum genus hominum! 2. est. quid petunt? scil. singulariā Spiritus dona. *Observ.* Preces Domino nūcupandæ sunt præsertim pro gratia Sancti Spiritus. Mundani, si precentur, alia postulant huius spiritus DEI immemores. Inquit *Dauid, Psalm. 4.* quidam oleum, quidam vinum, alij frumentum petunt; sed vultum tuum amabilem mihi Domine largire. Adde, omnes nostras actiones precibus inchoandas, & terminandas esse, atque ad certum finem destinandas.

*Verf. 16.* Hic ostenditur nondum in quenquam illorum illapsum fuisse spiritum, nimirum per operationem in donorum effusione. Quæritur, Ecquid fidem habuerint cum Baptizati fuerint? *Resp.* Etsi spiritu fuerint præditi, quod est Spiritus Sæcti opus, atq; donum. Nam nemo potest dicere Iesum esse Dominum, nisi per spiritum, 1. *Cor. 12.* Singularia tamen dona, atq; excellentia spiritus nondum acceperunt, quæ inseruire poterant ecclesie Samaritane propagandæ, & amplificandæ, vt sunt linguarū χαρισματα Prophetiæ, Miraculorum. 2. Quæritur, Num Philippus per preces, & impositionem manus hæc dona quiuerit conferre? *Resp.* vt munus Apostolicum in ecclesia fuit primum, & supremū, ita cum eo horum donorum communicatio fuit cōiuncta. Philippus præditus fuit docendi, & Sacramenta administrandi gratiā. Vnicuique enim data est gratiā pro mēsurā doni Christi. *Epiphanius* in hæc verba loquitur de Philippo Φιλίππος διάκονος οὗκ εἶχεν ἕρσιναι ἡ χεῖροῦσι τὸ δίδοναι δι' αὐτῆς τὸ πνεῦμα ἅγιον. Sed fuere baptizati. Intellige sub Iesu nomine Patris etiam, Sanctique Spiritus,  
iuxta

iuxta illud Christi, *Math. 28.* Ite, prædicate Euangelium, Baptizantes in nomen Patris, Filij, & Spiritus Sancti, id est Communis gratiæ, adoptionis, regenerationisque, peccatorum etiam remissionis, atque vnionis cum Christo, erant participes facti per fidem, quæ in Baptismo fidelibus offertur. Salus itaque & peccatorum remissio in Nomine Iesu nobis confertur, & offertur. Vocabis (inquit Angelus) Nomen eius Iesum, quia populum suum seruaturus est à peccatis, *Act. 4.* & *Apoc. 7.* Tametsi Dei filius Iesus Christus sit omnium Dominus, peculiari tamen modo, est fidelium ipsi insitorum Dominus nimirum, quod ipsos sanguine suo redemerit à Satana, arque peccato, peperitque ipsis Regnum cœleste, atque sempiternum.

*Verf. 17.* *Electio Petri, & Ioannis.* est Impositio manuum, quâ habitâ quidam ex Samaritanis huic Ecclesie Samaritane inseruituri singularia dona spiritus acceperunt. Vfus huius Cerimonie impositionis manuum erat duplex, Ordinarius nimirum, atque extraordinarius. Huius triplex erat vsus ordinarius. 1. fuit precum adiunctum, quo precantes maiori cum zelo inflammabantur ad precandum, *Math. cap. 19.* *Act. cap. 6.* In Diaconorum ordinatione, Apostoli precati sunt, & manus ijs imposuere. 2. In ordinandis Pastoribus, *Act. 13.* Ex quo dixit Spiritus Sanctus, Separate mihi Saulum & Barnabam ipsis manus imposuerunt, quo significabant ipsos ad Sanctum munus fuisse designatos. 3. Significabatur hac Cerimonia Dei manum affuturam auxiliatricem fideliter, & piè, puraque conscientia hoc sanctum munus obeuntibus. Extraordinarius vsus fuit, Cum hoc ritu donorum Spiritus Sancti Communicatio fuit coniuncta. vide *Act. cap. 19.* Paulus *Ephesinis* manus imposuit: ibique dicitur, quod linguis varijs sint locuti, atque Prophetarint. Cessante iam hoc dono singulari, atque temporaneo, necesse est ipsam Cerimoniam evanescere. Itaque hic locus nihil facit, pro papistica illa Confirmatione Sacramenti nomine ab ipsis vocata, Papistæ sine fundamento veritatis Confirmationem, vt appellant Sacramentum in Ecclesiam intruserunt, qua dicunt Christianorum filios adultos, oleo in fronte delibutos, alapaque ipsis ab Episcopo impactâ, Spiritum Sanctum recipere, Etiamsi nullam fidei edant confessionem.



Sacramentum esse non potest, cum non sit Divinæ institutionis, nec vllum habeat legitimum visibile signum. 1. Preces sequitur manuum impositio, proinde gratia in hac cerimonia non est inclusa, & vt Deus per signa, & Sacramenta operari constituit, nihilominus tamen ipse manet in solidum gratiæ Author, atque Largitor per spiritum suum. 2. Mutuum auxilium Pastorum, animorumque coniunctio maximè profunt regno Christi promovendo. Dissiunctio verò obstat. Abstinedum idcirco ab omni specie mali, per quam turbatio, vel scissio Ecclesiæ obtingere queat. *Vnitatem fidei Samaritanorum imitemur, Et cum Deus in filio suo erga nos SCOTOS, & imprimis erga vos Pertheses gratiam suam exprompserit, atque hoc honoris gradu redimiuerit, vt Sol Iustitiæ, arque Euangelij lux affulserit, date operam vt sartam tectam hanc veritatem conseruetis, retineatis, vitamque huic conformem instituatis, vt in vobis glorificetur nomen Iehouæ per*

*Simon Magus offe*

*Christum. Petri responsum ad 24. 3. quid Simon fecerit post responsum. 1. Petit Simon sibi dari colatâ pecuniâ potestatem conferendi Spiritum Sanctum. Nihil cogitat de Christo, eiusque potestate, sed partim propter ambitionem, partim propter quæstum quærit hanc ἔξουσιαν. Observ. Ambitio, & Auaritia sunt perniciosæ pestes in Ecclesia, atque Re- pub. Extrusi sunt Angeli creatione boni, cœlo, reseruatîq; ad iudicium magni diei in vinculis propter arrogantiam, & φιλοκαμίαν. Adam lapsus sibi, posterisque corruptionem, reatum, atque supplicium æiternum accersuit, quod non extiterit creationis statu contentus, sed ad altiorem dignitatis gradum adspirarit. Auaritia verò, 1. Timoth. 6. celebratur omnium malorum radix, ab Apost. Colof. 3. Idololatriæ nomine vocata. Omnibus fugiendâ hæ pestes, sed maximè fungentibus munere in Ecclesia. Quid mali attulerint Ecclesiæ omnis ætatis historiæ clarè testantur, & verendum, ni occurratur, ne damnum, si non perniciem ecclesiæ Christi in hoc Regno afferant. Obser. vt hypocritici professores pecuniâ omnia metiuntur, venaliaque habent, ita Spiritus Sancti dona eâ comparari posse autumant.*

*Vers. 20. Petri Responso cõplectitur primum Imprecationem grauem, atque acerbam cum ratione. 2. Seclusionem Simonis à fideli-*

fidelium societate addita ratione. 3. Exhortationem ad penitentiam, precesque. 4. Scopum, vt si fieri possit, cogitationem cordis condonet Dominus. 5. Dispositionem, statumq; in quo versatur *Simon. 1. Pars Respon. pereat pecunia tecum. Enuntiat hoc Petrus Spiritus Sancti motu, & non passione aliqua naturali, atque inordinata, quo ostendit quantum, & quam odiosum sit Simonis peccatum, qui putet divina pecunijs emi posse. Paulus Galat. 6. vult eum esse restituendum qui aliquo delicto præoccupatus fuerit in spiritu mansuetudinis: Hic Petrus longè aliter, vbi notandum, quando res est cum ijs, qui lapsi sunt ex infirmitate, aut ignorantia, & ipsi manēt infirmi, illiscum leuiter est agendum, vt Paulus præcipit, sed cum hypocritis, seuerius, vt hic Petrus, & vt de Domino dicitur cum peruerso ostendas te peruersum, Psal. 18. Quâto itaq; zelo flagraremus in vehēdi in scelerosos hypocritas, qui res divinas prostitui volunt ad nundinationem, maximè cum DE I gloria attentatur, aut aliquid ei deceditur. Perpende quonam zelo accendebantur Prophetæ aduersum hypocritas divinæ gloriæ diminutores, & nominatim, qua imprecatione cum divini iudicij subsecuta effusione, Elias cap. 1. Reg. 2. cum Ahazias egrotaret ex casu, & consuluerit Beelzebub Deum Elkronis, miseritque ad prophetam ducem 50. militibus stipatum, vt intelligeret, sit nec convaliturus, qui dixit Elia vir Dei imperat tibi Rex, descendas, cui Elias, Si homo DE I sum, descendat cælitus ignis, atque te, tuosque 50. consumat, quod est factum: quo renuntiato Regi mittitur alius Dux totidem cinctus qui etiam absumpti sunt. Tertio, cum tot mittitur alius, qui positus genibus precatus est Prophetam, vt ipsius vita in ipsius oculis esset preciosa, cui, & quibus est parsum: admonenteque Angelo adiit Regem Elias cui planè, & animosè dixit è lecto non descendes, donec emortuus fueris. 1. Observatio. Turpis lucri cupidos exitium manet: & auaritia est exitialis nisi respiscant, vocatur merces iniquitatis, quam promisit Balaac Balaamo: Quo iudicio affectus fuerit Achan, quod rem excommunicatam abstulerit, Ios. 7. Ipse, filij, eiusque omnia lapidibus obruta, ignique consumpta, quo Gehasi, qui inscio Eliseo Propheta, Dominoque suo præmium curatæ lepræ reportauit à Naamane Syro, ipseque Gehasi lepra est percussus, quæquidem eius semini adhæsit in perpetuum, 2. Reg. 5. vide quid Propheta Michæ*



habet cap. 1. de conquisitis mercede meretricia, reuersuris ad mercedem meretriciam. *Habac. 2.* Væ illi, qui cōdit, quæ sua non sunt. Et *Malach 3.* de Dei spoliatione. *Prover. 20.* destructio annūtiatur in eum, qui exedit, quod Sanctum est. Sacrilegi nihil hisce omnibus mouentur, sed sceleri suo agglutinantur, & sacrilegium etiam per nefariam legem strictè arteque tuentur. Deus oculos hominum aperiat, vt videant veritatem. 2. *Observatio.* Ex ratione. Dona spiritus sunt gratuita, quæ nostris meritis, quæ nulla sunt, aut putida sunt, nequeunt comparari vita æterna gratuita, *Rom. cap. 6. Apoca. cap. 21. Isa. ca. 55.* Venite, qui sititis, emite sine pecunia vinum, & lac. Vere, & benedixit *Bernhardus*; Meritum meum, miseratio Domini, & Meritum excludit gratiam. Et *Augustinus*: Gratia nullo modo est gratia, quæ non fir omni modo gratuita, & aut tota recipitur, aut tota reijcitur. Nullam partem habes in hoc λογῶν. *Observatio.* Hypocritæ confortio fidelium non solum sunt excludendi, sed à participatione bonarum rerum fidelibus communicatarum, earumque administratione, quorum corda, vt vt sint abstrusa, DEO tamen parent, eorumque intima ipsi sunt manifestissima. Studeamus itaque seruare purum cor, bonamque conscientiam; quæ nos valeat suffulciri temporibus turbulentissimis.

*Vers. 22.* Exhortatur ad pœnitentiam, & preces. Pœnitentia, quam requirit Petrus in Simone est vera cōversio ad Deum cum vitæ emendatione. Est pœnitentia non vera, quæ existit vel ex sensu iræ diuinæ, aut pœnæ infligendæ, vt *Caini. 2.* est hypocritica, vt *Esau*, lachrymas fictas effundentis. 3. est Temporaria, vt *Achabi. 4.* est coacta, quæ est, cum natura in flagitiosis deficit, & amplius peccare nequeunt 5. est desperata, vt *Iudæ* proditoris, qui confessione facta, pecuniaque reddita, secessit, atque sese suspendit. 6. est papistica, quæ vt illi volunt posita est in cordis contritione, & singulorum peccatorum exacta enumeratione in Missatici Sacertotis aurem, à quo accipiens peccatorum absolutionem, ipsi pœnitenti hoc modo iungitur satisfactio per opera, quæ vim accipientiâ à merito Christi; Diuinæ iustitiæ possent satisfacere. At Christi meritum est personale, & hæc asserta ab aduersarijs nullo veritatis funda-

fundamento nituntur, & etiam esse volunt Sacramentum, sed esse non potest, cum non sit diuinitus institutum, nec visibile, & materiale signum habeat. 2. est Precare DEVM. *Observatio.* Preces sunt Deo nuncupandæ, & certè ad gratiam ineundam apud Deum in Mediatoris nomine, pœnitentia, atque preces viuæ fidei effecta sunt efficacia. *εἰ ἀρα* non est vox dubitantis, sed potius asserentis grauitatem & pondus peccati Simonis, non itaque, cum verè recipiscimus, & fideliter precamur, hæsitandum nobis de Dei fauore per Christum obtinendo. Vide *Iac. 1. 6.* qui dubitat διακρίνομεθα similis est fluctui maris, qui ventis agitatur & iactatur.

*Vers. 23.* Verbis metaphoricis innuit prauam & impiam dispositionem cordis; fel amaritudinis vocat interiorum cordis malitiam, & virus illud Diabolicæ impietatis, quo Magus iste totus erat expletus, dicitur Magus ille esse in felle *εἰς τὸ χόλην πικρίας* quasi oppressus esset totus felle, & ideò sepultus: & quod sit positus nexu iniustitiæ, nihil est aliud, quam, quod sit vinculis iniquitatis irretitus. In priore alludere videtur ad illud *Deut. cap. 29.* Vbi mandat Dominus ne in populo sit radix amaritudinis, aut absynthij. *Observatio.* Præua cordis cogitatio est peccatum pro qua precandum, vt remittatur, & maximè si sint censeudi malitiosi, qui pietatem simulant.

*Vers. 24.* Quomodo Simon ille ista acceperit. Iubet Petrum precari. Ipse interim nihil de precibus cogitat DEO nuncupandis: quod est argumentum diffidentia: Nec possunt aliorum preces prodesse hypocritis, qui omni gratiâ precandi priuantur. Prohibet Dominus *Ieremiam* precari pro populo rebelle, precandi que spiritu vacante, abducendoque in *Babylonem.* Et *Ezech. cap. 14.* Si *Iobus, Danielq;* coram me steterint, animas tantum suas sunt conseruaturi. At verò fidelium preces per Spiritum Sanctum effusæ in Patris sinum meritis filij vnici Mediatoris nostri magnum pondus habent. Paulus iubet Romanos pro se precari, *Rom. cap. 15.* atque etiam *Ephesios cap. 6.* *Observatio.* Semper extitere, atque futuri sunt hypocritæ in Ecclesia militante, vide *Math. cap. 3.* Ideò minimè omnium putandum Ecclesiam fore omnimodo puram, atq; purgatam his in terrarum solis, vt somniant Anabaptistæ.

*Impius Pharaon iubet Moysen pro se precari.*



*Vers. 25.* Ultima pars actionum Petri & Ioannis, quæ seruit ad confirmandam veritatem Euangelij à Philippo apud *Samaritanos* prædicati. Quatuor hoc vers. continentur. 1. Testificantur. Ergo Euāgelij prædicatores sunt divinæ veritatis testes, comprobantque suo testimonio veritatem Christi. Testium partes sunt testari omnia clarè ipsis cognita, & nihil præterea. 2. Prædicant verbum Dei. *Observ.* est divinitus statutum, vt Euangelium prædicetur, & prædicatores Euangelio viuant, *Mat. 28. 1. Cor. 9. 3.* est. Reuertuntur *Ierosolymam.* *Obfer.* Nihil deterrere debet fidos Pastores à munere suo sacro obeundo. Vox *Pharaonis* interminata mortem *Moyfi* Domini seruum non deterruit. *Achabi* & *Iesabelis* minimè *Eliam*, qui dixit; Tu das turbas *Israeli*, domusque Patris tui: Non *Amazia* impij sacerdotis *Amozum.* 7. quin in *Ieroboamum* Regem mortem, in *Israelem* captiuitatem denunciauerit, ipsumque *Amaziam* interiturum in terra polluta: Nec illud prætereundum quod *Ioannes Knoxius* constantissimus, & fidelissimus, vigilantissimusque Ecclesie *SCOTICANÆ* instaurator fecerit, cum Magnatum, Procerumque Regni impietatis studio, atque Idololatriæ zelo in *Scotia* stabiliendæ, & continuandæ flagrantium. Verba atrocia ad eum perlata essent, de eo è viuis tollendo: & propterea quidam amicorum suassent, ne *Andreapoli* concionaretur, propter capitis periculum quod ipsi imminebat, Respondit animosè, & strenuè, se in decessu spondisse in reditu (Domino dante) concionaturum ibidem, & ideò se hominum mortalium minas nō extimescere, sed in Deum spe certā recumbere, cuius ope, atque auxilio diuinū illud opus prædicandi Euangelij apud *Scotos* inchoatum prosequuturum se, & pro mensura gratiæ concessæ promoturum: atque ita, piam, sanctam, præclaramque in Templo *Andreano* cōcionem habuit, magno cum fructu, & felici successu, & auditores celeberrimos. 4. est. Prædicant redeundo Euangelium in vrbibus *Samaritanis*: Omnem ergo operam collocant in promouendo Christi Regno, & extra cancellos vocationis suæ non egrediuntur. Toti itaque & in totum occuparemur *εὐχαρῶς ἀναρῶσε* in annuntiando illo lato salutis nuntio.

*Vers. 26.* Habetur altera Cap. pars. Nimirum Eunuchi ad fidem Christi conversio. Vbi. 1. occurrit instrumentum conversionis.

2. modus. Instrumentum est Philippus. In quo hæc habes. 1. Vocationem. 2. Directionem. 3. Obedientiam. 4. Actiones cum Eunuchis: quæ eo tendunt, vt per hunc Eunuchum conuersum Euangelium deriuetur ad Christi Regnum propagetur apud *Æthiopus*. In vocatione Philippi vocans primarius est Dominus. Sed subordinatus est Angelus naturæ spiritus, officio executor mandatorum, Imperantis Domini, & divinæ Maiestatis celebrator in cælis. Sic Angelus locutus est Philippo. *Obserua.* Salutis nostræ initium, & complementum est attribuendum gratiæ Dei. 2. *Obserua.* Deus varijs modis est locutus Antiquitus. scilicet ante Legem, Reuelationibus, *Moyfi* tempore per Legem, per Prophetas. & ipsi *Moyfi* facie ad faciem, *Num. 12.* Tādē per Christum, *Heb. 1.* & nunc per Angelum. 3. *Obserua.* Particularem curam gerit Dominus membrorum Ecclesie, vt huius Eunuchi, quem gratiā suā præuenit. 2. est directio, Angeli, Surge, & vade meridiem versus. Ergo non surgendum, antequam vocemur, neque currendum antequam mittamur, sed vocate Domino, obsecundandum. *Gaza* vrbs *Palestina* eversa ab *Alexandro.* vbi obserua, cum vides Imperia, Regna, magnificasque Vrbes eversas, mundana omniā vtcunque videantur prælustria, tādē esse peritura: sic *Nineue.* *Ion. 5.* *Tyrus.* *Isa. 23.* 3. est obedientia Philippi. *Obserua.* Domino obtemperandum, neque ratio quærenda, vide praxin obedientiæ singularis in *Abrahamo.* *Gen. 12.* Etsi serui dei præ infirmitate nonnunquam velint detrectare prouinciæ diuinæ administrationem, vt in *Moyse* animaduertere est, quod fuerit labijs præputiatus; tamen gratiā Domini confirmatus legationem ad *Pharaonem* suscepit, quam fideliter obiit. Sic *Isai ca. 6.* *Ier. 1.* *Chrysostomus* & *Basilium,* vt scribitur, difficillimè ministerium susceperunt. 27. *ιδὸς αὐτῆς εὐδίου* Eunuchus describitur. 1. à natura. 2. officio. 3. Religione. Notatio nominis est ab *εὐνη* id est cubile, & *εχειν*, castratum significare potest, sed hic Cubicularium, alijs aulicis tribuebatur hoc nomen vsu, & consuetudine *Αιδίου* verò quasi *εὐχρησίου* vel à *γαία*, id est terra, & *ο*, quasi terræ colorem referens nigrum. scilicet. Scribitur *Æthiopus* esse sub Meridiano, & proinde Solem habere ardentissimum, vnde corporum deformitatem atram contrahunt. 2. est officium Eunuchi, quod tribus est expressum, nempe cubicularij no-



rij nomine *δωδὰς*. 3. Thesaurarij. *Observa*. Nobiles Deum colerēt, & certe si *Æthyops* qui longè distabat venerat *Ierosolymam* adoraturus, multo maxime reddetur *ἀναπολόγητοι* qui propè sunt, & domum *Iehovæ* non accedunt ad sacra peragenda: simul & illi qui congressus instituunt, atque celebrant, cum Dei verbum prædicatur, quos, nisi penitentiâ renouentur, graue manet supplicium, cum illud firmum sit, atque omni tempore verificandum: *Proverb. 13*. Qui verbum auersatur, excidetur. *Observatio*. Officium neminem secludit à Christi Regno, *Colos. 3*. nec munere abdicarent se, qui ad Christianam fidem vocantur. Vide in *Iosepho* Christi Discipulo, & tamen Senatore Romano, in *Cornelio* conuerso, & tamen manente Duce Pauloque *Sergio* conuerso *Cypri* proconsule, *Act. 13*. Contra illam seditiosam Anabaptistarum sectam, qui magistratibus nullum in Repub. Christiana locum esse volunt. 2. Actio Eunuchi cum redit: Legit *Isaiam*. Benè & piè vtitur occasione. *Observa*. Scriptura sacra legenda, iterque vtiliter conficiendum. Plerique sunt, quid dicam, qui ne foris quidem, imò domi ne quidem sacra legunt, aut in templis libros habeant, longè dissimiles illis *Beraensibus*, *Act. 17*. qui scripturas scrutabatur, vt videre possent, num illa ab Apost. prædicata ita se haberent.

*Vers. 29*. Philippus admonetur à spiritu, vt adiungat se ad currum. *Observa*. Medijs vti solet Dominus in commodum suorum. *Vers. 30*. audit. Quæritque Philippus, ecquid intelligit quod legit? Respondit modeste, & fatetur ignorantiam. 2. humaniter iubet Philippum in currum ascendere vt doceatur. *Observa*. Dei verbum est exponendum, ignarosque fateri par est ignorantiam cum modestia, & humilitate, *Isa. 57. 66*. vt instruamur per genuinam & conformem veritati sacrarum literarum interpretationem, quæ in se perspicua sunt, sed nobis in naturæ tenebris versantibus obscura, demus itaque operam precibus, studiisque, vt intelligamus divinam voluntatem verbo scripto revelatam, & comprehensam. Addo in Eunucho, quod magnum iter confecerit ad adorandum *Iehovam Ierosolymis*, magna certe cura teneremur colendi Dei, vide *Psal. 84*. quanto desiderio David tenebatur visendi tabernacula Dei, quantaque cum difficultate, ac molestia populus perrexit per vallem *Baca*, & cursum non intermiserit, donec coram *Iehova* apparuit in *Sione*. Quantoque gaudio affe-

ctus

ctus fuerit *David*, *Psal. 122*. cum ipsi dixerat populus, ad eam domum Dei. 2. *Observa*. Honorat eum, quem Deus donis exornauit *Æthyops* Philippum. Sic *Pharao*, etsi *Ethnicus Iosephum* propter Dei *χαρίσματα*. *Nabuchadnezar* *Danielem*, *Dan. 2*. & *Darius* *Danielem* 6. *Assuerus* etiam *Mardocheum* pium.

*Vers. 32*. Locus scripturæ in quem *Æthyops* incidit; *Isa. 53. 7. 8*. quo capite Prophetia habetur de morte Christi, exaltatione, Regnique sui æternitate. Hoc vers. continetur Mors Christi, quæ duobus similibus illustratur. 1. Ovis. 2. Agni muti. Cum dicit ductum fuisse, innuit duo. 1. Mortem Christi fuisse voluntariam: nam volentes ducuntur. 2. Obedientiam filij paternæ voluntati, *Ioan. 3*. Deus sic dilexit mundum, vt dederit filium suum, quo credentes vitam haberent vitam æternam, & *Ioan. 4*. Christus sese appellat domum Dei, & *Ioan. cap. 10*. dicit se ponere animam pro ovibus suis, nulla proinde Christo illata iniuria, cū iuxta patris æternum decretum mortem subierit, & de obedientia habetur, *Hebr. 5*. Quod tametsi extiterit Dei filius, nihilominus obedientiam didicerit per ea, quæ passus est, & consecratus evadit salutis æternæ author omnibus ipsi obedientibus, vide *Philip. 2*. discamus hinc, si Deo videtur, vt pro veritate Evangelica patiamur, vltro vel atrocissimam mortem toleremus propter Dei patris filijque capitis nostri gloriam, aliorumque confirmationem in salutis, vitæque æternæ negotio. Ovis nomen indicat Christi simplicitatem: simus itaque simplices, hacque virtute Dominum nostrum referamus. Agni vero, notat innocentiam, vocatur Agnus mactatus ab origine mundi, *Apoc. 14*. quod fuerit quidem in Dei decreto, & legalibus sacrificijs, & *Ioan. 1*. Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, & à Petro Agnus immaculatus, quocirca studeamus vitæ innocentia, atque sanctitati, sine qua nemo Dominum est visurus. Sequitur, & non aperuit os suum. Hinc liquet patientissimum fuisse Dominum nostrum. Simus itaque patientes. Si cum capite patiamur, corregnabimus. *Observatio*. Cum terminus vocationis nostræ venerit, nobis silendum, & hinc exeundum: Dominus noster non paritur ante præfinitum tempus, quo instante, & si potuisset omnes solo spiritu prosternere, non fecit, sed volens morti se submitit, cum conuictijs eum prosciderunt, non retorfit conuictia, sed siluit, & si perspicuum sit, *Io. 18*. sola voce hac, sum ego, pro-



prostratos fuisse, qui venerant ad eum apprehendendum, ut ad Petri vocem *Ananias & Sapphira*, & *Eli* bis 50. milites cum ducibus extincti sunt. Mortis genus est crucifixio maledictum ex lege, ut nos legis *χράπα* eximeret, passus est: hinc ista beneficia habemus. 1. Destruitur Diabolus, qui mortis imperium habebat, *Heb. 2. 2.* Mortis aculeus remouetur scilicet peccatum, *1. Cor. 15. 3.* Mors, qua omnes sumus affiendi nobis electis sanctificatur. 4. Fœdus nouum confirmatur ad nos certiorandos de salute, & vita æterna. *Heb. 4.* Interueniente testatoris morte stabilitur Testamentum, & non alio nomine.

*Vers. 33.* Sequitur Christi exaltatio. Apud *Isaiam*, *meneser*, *ymim-mispat*, *lucath*. i. claustrum, vel carcere, & iudicio assumptus, id est, cum fuerat in summa deiectione in sepulchro tanquam in carcere, vinculis mortis coercitus, sentiens etiam patris indignationem, iramque, soluit dolores mortis, atque vincula, posuitque in ipso sepulchro, atque carcere suæ gloriæ initium. *Obserua.* Humiliatio præcedit glorificationem. Mors itaque Christo non amplius dominabitur, neque membris corporis sui. *Apoc.* Ego primus inquit, & nouissimus mortuus sum, nunc uiuo in æternum, & *Rom. 6.* Christus excitatus à mortuis non amplius moritur. Et addo mortem esse viam ad gloriam, vitamque ne proinde terreamur morte, cum per eam nobis accessus ad Regnum cœlestem. Nunc sequitur æternitas Regni Christi *dor*, Generationem, vitamque durationem significat. Quidam intelligunt de æterna Christi generatione, ut Patres nonnulli. Quidam de æterna, perpetuaque Christi vita, regnoque in cœlis, quidam de Ecclesia. Omnia iuxta veritatem. **D E I** filius iam regnat, uiuitque, atque regnaturus est, donec posuerit inimicos scabellum, & deinceps, & si non hoc regnandi modo tamen in suis membris regnaturus, & eadem conseruaturus in statu optimo in omnem æternitatem per *δωάμιν* & *χάριν αὐτοῦ*. Hinc sequitur inanem operam nauare scelerosos homines Sathanæ organa aduersus Christum, eiusque Regnum, *Psal. 2.* quod est constitutum abiectis omnibus mundanis, vide *Daniel 7.* *Quoniam tollitur à terra vita eius.* In *Heb. Isa. 53.*

*Ci*, *nigzar*, *meerets*, *haijm*, & excinditur à terra uiuentium designat mortem. In hac terra, uiuunt quidam naturaliter tantum per alimenta naturalia, quidam spiritualiter per uerbum, atque spiritum

spiritum hic inchoatiuè, post in cœlis æternaliter, & completiuè. Quidam brutam agunt vitam ingurgitantes sese in omne genus flagitiorum. Sed obseruemus Terram hanc non fore electorum habitaculum in æternum; verum illam permanentem civitatem esse in cœlis. *Heb. 11. & 12.* ad quam enixè aspiraremus.

*Vers. 34.* Rogat Eunuchus de quo loquitur Propheta, de se, an de alio quopiam. *Obserua.* Cùm dubitamus de genuino Scripturarum sensu, consulendi sunt ij, qui habent donum, & jus interpretandi iuxta scripturas: Sed hoc sine, ut instruamur. Non quo Pharisei, qui Christum rogare consueuerunt, non discendi, sed tentandi studio, ut multis legere est locis in Euangelio; sed nominatim *Math. 21. 22.* Vnde inquirunt tibi hæc authoritas, aut quis dedit tibi. Respondet per dilemna interrogatiuum: Baptismus Ioannis, unde, cœlitus ne? an ab hominibus, Ignorant, quid responsuri sint. Nota humiles esse par est, qui in sacris uelint proficere.

*Vers. 35.* Philippus aperuit os tanquam locuturus de re graui, & maximi ponderis. Euangelizauit ei Iesum, quod est læta annunciare cum in Iesu sit vita æterna, atque salus, *Math. 1. Act. 4. Apoc. 7.* hoc nomine includitur salutis summa. Seruat etenim Dei filius populum suum, id est ordinaros ad vitam, utpote fideles, *Act. 13.* per sanguinem suum ab omni peccato, *1. Ioan. 1.* originali, actuali, siue commissionis, siue omissionis. Proinde certò statuendum Peccata credentium ipsis ad mortem non imputatum iri, cùm in fonte domui *Davidica* recluso propter peccatum, & immunditiam perpurgata sint, *Zech. 13. 1.*

*Vers. 36.* Hic agitur de Baptismo Eunucho cūmunicato, quem Eunuchus fide petit sibi concedi. *Obserua.* Antequam hoc Sacramentum administraretur, uerbi prædicatio præmittenda. 2. *Obserua.* ex eo quod petit, & aquam reperiunt. Dominus nedum rerum exitus, atque euenta determinat, sed & media ad finem tendentia: nihil proinde hic, neque vllis in rebus fortuito evenit. 3. *Obseruatio.* fides regniti hominis non potest se continere intra peccatus, sed exerit se in apertam professionem. *Rom. 10.* Corde creditur ad iustitiam, ore fit confessio ad salutem: hoc militat contra eos, qui lucri gratiâ, aut impendente periculo non dubitant professionem suam diffiteri, existimantes satis preclare secum agi, si



prostratos fuisse, qui venerant ad eum apprehendendum, ut ad Petri vocem *Ananias & Sapphira*, & *Elia* bis 50. milites cum ducibus extincti sunt. Mortis genus est crucifixio maledictum ex lege, ut nos legis *χαρὰ* eximeret, passus est: hinc ista beneficia habemus. 1. Destruitur Diabolus, qui mortis imperium habebat, *Heb. 2. 2.* Mortis aculeus remouetur scilicet peccatum, *1. Cor. 15. 3.* Mors, qua omnes sumus affiendi nobis electis sanctificatur. 4. Fœdus nouum confirmatur ad nos certiorandos de salute, & vita æterna. *Heb. 4.* Interueniente testatoris morte stabilitur Testamentum, & non alio nomine.

*Vers. 33.* Sequitur Christi exaltatio. Apud *Isaiam*, *meneser*, *ymimisspat*, *luccath*. i. clastro, vel carcere, & iudicio assumptus, id est, cum fuerat in summa deiectione in sepulchro tanquam in carcere, vinculis mortis coercitus, sentiens etiam patris indignatione, iramque, soluit dolores mortis, atque vincula, posuitque in ipso sepulchro, atque carcere suæ gloriæ initium. *Obserua.* Humiliatio præcedit glorificationem. Mors itaque Christo non amplius dominabitur, neq; membris corporis sui. *Apoc.* Ego primus inquit, & nouissimus mortuus sum, nunc uiuo in æternū, & *Rom. 6.* Christus excitatus à mortuis non amplius moritur. Et addo mortem esse viam ad gloriam, vitamque ne proinde terreamur morte, cum per eam nobis accessus ad Regnum cœleste. Nunc sequitur æternitas Regni Christi *dor*, Generationem, vitamque durationem significat. Quidam intelligunt de æterna Christi generatione, ut Patres nonnulli. Quidam de æterna, perpetuaque Christi vita, regnoque in cœlis, quidam de Ecclesia. Omnia iuxta veritatem. **D E I** filius iam regnat, uiuitque, atque regnaturus est, donec posuerit inimicos scabellum, & deinceps, & si non hoc regnandi modo tamen in suis membris regnaturus, & eadem conseruaturus in statu optimo in omnem æternitatem per *δωάμιν* *χὲ χαρίν* *αὐτοῦ*. Hinc sequitur inanem operam nauare scelerosos homines Sathanæ organa aduersus Christum, eiusque Regnum, *Psal. 2.* quod est constitutum abiectis omnibus mundanis, vide *Daniel 7.* Quoniam tollitur à terra vita eius. In *Heb. Isa. 53.*

*Ci*, *nigzar*, *meerets*, *haym*, & excinditur à terra uiuentium designat mortem. In hac terra, uiuunt quidam naturaliter tantum per alimenta naturalia, quidam spiritualiter per verbum, atque spiritum

spiritum hic inchoatiuè, post in cœlis æternaliter, & completiuè. Quidam brutam agunt vitam ingurgitantes sese in omne genus flagitiorum. Sed obseruemus Terram hanc non fore electorum habitaculum in æternum; verum illam permanentem civitatem esse in cœlis. *Heb. 11. & 12.* ad quam enixe aspiraremus.

*Vers. 34.* Rogat Eunuchus de quo loquitur Propheta, de se, an de alio quopiam. *Obserua.* Cum dubitamus de genuino Scripturarum sensu, consulendi sunt ij, qui habent donum, & jus interpretandi iuxta scripturas: Sed hoc sine, ut instruamur. Non quo Pharisei, qui Christum rogare consueuerunt, non discendi, sed tentandi studio, ut multis legere est locis in Euangelio; sed nominatim *Math. 21. 22.* Vnde inquit tibi hæc authoritas, aut quis dedit tibi. Respondet per dilemna interrogatiuum: Baptismus Ioannis, unde, cœlitus ne? an ab hominibus, Ignorant, quid responsuri sint. Nota humiles esse par est, qui in sacris velint proficere.

*Vers. 35.* Philippus aperuit os tanquam locuturus de re graui, & maximi ponderis. Euangelizauit ei Iesum, quod est læta annunciare cum in Iesu sit vita æterna, atque salus, *Math. 1. Act. 4. Apoc. 7.* hoc nomine includitur salutis summa. Seruat etenim Dei filius populum suum, id est ordinos ad vitam, utpote fideles, *Act. 13.* per sanguinem suum ab omni peccato, *1. Ioan. 1.* originali, actuali, siue commissionis, siue omissionis. Proinde certò statuendum Peccata credentium ipsis ad mortem non imputatum iri, cum in fonte domui *Davidica* recluso propter peccatum, & immunditiam perpurcata sint, *Zech. 13. 1.*

*Vers. 36.* Hic agitur de Baptismo Eunuchus cumunicato, quem Eunuchus fide petit sibi concedi. *Obserua.* Antequam hoc Sacramentum administraretur, verbi prædicatio præmittenda. 2. *Obserua.* ex eo quod petit, & aquam reperiunt. Dominus nedum rerum exitus, atque euenta determinat, sed & media ad finem tendentia: nihil proinde hic, neque vllis in rebus fortuito evenit. 3. *Obseruatio.* fides regeniti hominis non potest se continere intra peccus, sed exerit se in apertam professionem. *Rom. 10.* Corde creditur ad iustitiam, ore fit confessio ad salutem: hoc militat contra eos, qui lucri gratiâ, aut impendente periculo non dubitant professionem suam diffiteri, existimantes satis preclare secum agi, si



fidem, eamque simulatam intus latentem habeant utpote hi, qui apud *Hispanos* negotiantur, perituri quæsius gratiâ, nō audent Iesum Christum eiusque synceram religionem verè & apertè profiteri. 4. *Obserua.* fides illud censet vtile, quod Christus vtile duxit, atque ordinavit, ut Sacramenta, contra Baptismi contemptores, cuius contemptio est exitialis.

*Vers. 37.* Resp. Philippus. Requirit in Eunucho fidem synceram, sed non omnino perfectam, verum gradibus suis perficiendam, instar illius dicti *Davidis*, *Psal. 119.* Diligo ex toto corde Dominum, quo nihil aliud significatur, quam *Davidem* syncerè diligere Dominum. Et fides hic imperfecta est. Dicunt *Apost. Luc. 17.* Adijce fidei nostræ. Non est hinc colligendum, infantes non esse Baptizandos cum fidem non habent actualem, quæ assurgit ex verbi auditione, & in praxin educitur: at comprehenduntur credere, idcirco baptizandi, ut Infantes *Iudæorum* octavo die erant Circumcisi: verum hic versus est de homine adulto olim à Christo alieno, iam ad eius Regnum vocato, quem oportet fidei rationem reddere, antequam possit baptizari, atque confirmari de peccatorum remissione in merito sanguinis Christi, & regeneratione, atque sanctificatione eiusdem virtute. Adde de infantium baptizazione: habent illi fidei semen, & potentialiter per Spiritus gratiam, placentque Deo in Christo, Angeli que eorum vident Dei faciem.

*Vers. 37.* Parte vltima. Confitetur Eunuchus Dei filium esse Iesum Christum, qua confessione summa fidei continetur. Porro Christus est Dei filius duplici modo. 1. per æternam generationem, tota Patris essentia filio communicatâ secundæ personæ, *αγίας γενέσεως*. Non est hic indagandum *πῶς* esset illud *ελεγχθη* *ἡ απιστίας*, ut loquitur *Iustinus & Nazianzenus* *δεῖ γενέσθαι σιωπητιμαῶν, μὴ σοι μαθεῖν οτι γεγεννηται*. 2. ratione vnionis hypostaticæ, iuxta illud *Math. 3. & 17.* Filius meus dilectus hic est, in quo mihi complacui. Fatetur Eunuchus se credere esse Deum, eiusque filium esse Iesum Christum, id est Seruatorem, & vnctum oleo lætitiæ, *Psal. 45.* vbi vnguens est Deus Pater, vnctus est Christus, & vnctio Spiritus Sancti gratiâ præter mensuram in officium triplex, Regnum, cuius functione omnem aduersariam potestatem

testatem debellavit: Sacerdotale, quo sese hostiam gratam & sufficientem pro electorum peccatis obtulit. Propheticum, quo Patris voluntatem plenè, atque perfectè, planèque patefecit in salutem credentium. Veritatis hostes *Papistæ* in omnia hæc delinquant. Deitatis proprietates scindunt, cum dicunt Deitatem concedere humanitati, ut simul, & semel multis sit in locis. Verum quantumvis Diuina & humana Christi natura, indiuisè cohereat, sintque cohesuræ in omnem æternitatem, Tamen essentia, proprietatibus, & operationibus distinguntur. Humanam naturam suâ proprietate spoliant, cum nolint certo loco circumscribi, contra sensus & Scripturam, *Act. 3.* Cælum oportet capere CHRISTVM, donec restituantur omnia. Regium munus, dum Christi loco caput, Principemque Ecclesiæ substituunt scilicet Papam. Sacerdotale, cum non contenti vnico, & per se sufficienti Christi sacrificio non reiterando quotidie in sua Missa pro vitis & mortuis offerunt. Propheticum, cum traditiones, & vera non scripta in Ecclesiam intrudunt, verboque Dei scripto autoritate exequant. Peccatur in Propheticum, & Regium Christi munus intrusione in regimen Ecclesiæ pseudoepiscopalis dominatus, quem Christus Propheta & Rex vnicus non modo non instituit, sed etiam precise prohibuit, & damnauit, *Luc. 22.* In Nomen IESV cum plus nomini tribuunt, quam oportet. Dicunt enim *Dæmonas* sola, nudaque nominis pronuntiatione profligari, ut *Iesuitaster Chyrræus*, eiusque sectæ fautores, cum tamen rei significatæ detrahant maximè, iungentes satisfactioni CHRISTI tanquam imperfectæ satisfactiones humanas, eiusque intercessioni, *Mariæ*, & *Sanctorum*: Sic plures inuehunt, atque constituunt seruatores. Nos verò melius edocti à Spiritu Sancto verbo cooperante in veritate demonstrata acquiescimus.

*Vers. 38. Verbum vltimum.* Baptizatur Eunuchus à Philippo. Elementum est Aqua. Figurans Christi sanguinem. Minister est Philippus, Ergo legitime vocatus debet Sacramentum celebrare: Non vetula, aut mulier, in casu, ut loquuntur, necessitatis. Modus, ritusque planus, atque simplex, non addit Oleum, Sputum, Sal, Exorcismum, quæ in adulterato *Papistatum* Baptismo vsurpantur, & retinentur. Locus est in itinere obuius:




non est multum disputandum de loco, si res postulet, ubi ecclesia vel non est constituta, vel turbata, esse possit in agris, at in pacato Ecclesiae statu, locus maxime idoneus est domus Dei ubi verbum praedicatur. Hoc baptismo non primum inseritur Christo, sed insitus ante per fidem Christianus declaratur, & confirmatur. Vtrum immergatur baptizandus: An aspergatur aqua non est admodum materiale. Commodius aspergi possunt infantes, quam demergi. Aspergio aquae asperione sanguinis Christi notat, mora sub aqua, mortificationem veteris hominis, at emersio noui hominis viuificationem. Per baptismum significatur etiam reatus abolitio, sed non naturae corruptionis, quae adharet, atque adhæsura est donec defungamur, hac vita nobis tamen merito sanguinis Christi non imputatur ad mortem contra papistarum opus operatum.

*Vers. 39.* Baptismo administrato, Philippi, atque *Eunuchi* fit separatio. Philippus à spiritu rapitur *Azotum* vsque: *Eunuchus* lætitia perfusus pergit in itinere. Raptus Philippi innuit ista omnia diuina dispensatione evenisse, inseruitque ad maiorem *Eunuchi* confirmationem in veritate audita, & exposita. *Obserua.* Spiritus ille facer Christi seruis inuigilat, ad eumque ipsis in muneris sui administratione, & quanquam amoueantur Pastores ab Euangelij professoribus spiritu suo tamen *DEVS* ipsis aderit ad summam consolationem, & gaudium. Quid potest nobis lætius obtingere, quam diuini fauoris sensus, & misericordiae in Christo. Lætatur itaque *Eunuchus*, quod non solum Christo sit insitus, verumetiam in fide Christiana confirmatus.

*Vers. 40.* *Azotū*, *Heb. Asdod*, *Ios. II. & 15.* Pergit sedulo in obeunda legatione de ampliando Christi Regno. *Obserua.* Officio nostro peragendo fideliter, & diligenter nobis incumbendum. Vide de premio, *Dan. 12. Luc. 12. 2. Timoth. 4. 1. Pet. 5. 2.* *Obserua.* Seruos suos Dominus in exilium missos facit gloriae suae illustratores, Regniq; filij sui prolatatores consolationem hinc petamus, si malis afficiamur, & nominatim exilio multetur, Dominus ad nominis sui, filijque gloriam, nostrumque bonum id conuertet. *Αόξα μου ὦ ἦ θεῶ.*

CAPVT

## CAPVT IX.



APERTIS partes sunt hæc. 1. est de Paulo ad *vers. 31.* 2. de statu Ecclesiae in *Iudea, Samaria, Galilea*, *vers. 31.* 3. de Petro. Ac primum de curatione per Petrum *Aenea* paralytici 8. annos laborante ad *vers. 36.* inde ad finem de exuscitatione *Tabithæ* à morte in vitam. In *Saulo* habemus eius conversionem ad *vers. 9.* ibi uocationem. Inde euenta ad *vers. 31.* conuersioni hæc præcurrunt. 1. Pauli interna dispositio. 2. actio externa. Interna per uerbum, *ἐκπνεῦν* exprimitur. *Spirans minas, & cadem.* *ETI.* Prius cap. 7. dicitur de Saulo, quod interfuerit lapidationi Stephani. & 22. 20. *vers.* fatetur assensum, vestesque custodiisse eorum qui Stephanum occiderunt. Adhuc spirat aduersum Christi Discipulos, & anhelat scelus. *Obserua.* Nulla remora atrocibus Ecclesiae hostibus iniici potest, nisi aut Dominus in misericordiam eos vocet ad gratiam in Christo, aut confusione involvat in iustitia. Primum vides in *Saulo*, secundum in *Pharaone*, qui uerbo diuino, nec plagis diuinitus missis poterat reprimi, ac coerceri ab exercenda crudelitate in Dei populum, donec tandem admota potèti Dei manu iuste cum suis adobrutus est. Discamus pro Ecclesiae hostibus sic præcari, ut vel in misericordiam convertantur: Si ad electionem Dei spectent, aut confundantur in iustitia, si sint uasa ad interitum apparatus. 2. *Obserua.* Crudelitas primum occupat animum. De Iuda dicitur, quod *Satanas* eius cor subintrarit: idcirco diligenter obseruandum est cor, ut retineatur in bono statu. Retinetur uero per fidem. Etenim fide purificatur: fides uero fit per uerbum, eiusque incrementum; uerbum itaque frequentandum, audiendum, legendum, in praxin ducendum, ut omnis occasio peruertendi cor atroci hosti præcidatur per preces assiduas, rerumque diuinarum meditationem. 3. *Spirans.* Persecutores ergo Ecclesiae permissu diuino spirare possunt, atque anhelare scelus: at nihil valent in uero Deo peragere: concipiunt, & prauo corde machinantur malum sed producant uentum, & ut loquitur



Propheta, *Isa. 59.* ovis aspidis incubant: Telamq; texunt *Aranea*, id est, machinationes impiorum sunt atroces, & subtiles, verum & cedunt in eorum ipsorum perniciem, atq; facillimè dissipantur. Expende in *Pharaone* meditante populi *Israelitici* excidiū atq; tunc dicente agamus sapienter, *Exod. 1. & ca. 10.* ad *Moysem*, ne post videris faciem meam. Nam quando, morieris. Cui *Moyes*. Rectè resp. non videbo amplius faciem tuam, & verè: nam cum exercitu suo detrusus est in profundum, subsiditq; ut lapis. In *Iezabele*, *1. Reg. 19.* *Elia* dicente per nuntium ex quo *Propheta Baalis* occisi sunt, sic dii faciant, & sic pergant, ut hoc ipso tempore cras postura sum vitam tuam, ut est vita vniuscuiusque illorum. At *Elia* vita conseruata est, & *Iezabelis* carnem comederunt canes, iuxta dictum *Iehovæ* per *Prophetam*, *2. Reg. cap. 9. & 1. Reg. 21.* In *Sinnacheribo* blasphemus, & scelerosus. In *Antiocho*, *Iuliano*, multisq; alijs *Ecclesiæ* hostibus: fundamentum itaq; positum de scelerosis manet firmum, qui affligunt electos, in suum ipsorum caput inevitabilem perniciem apparasse reperientur. Contra quos spirat *Saulus*, scilicet *Christi Discipulos*. *Obserua.* Ut *Discipuli Christi* maximè sint obnoxij persecutionibus, ita in rebus arctissimis, atque periculis grauissimis, fidei *Christi* adherentes stationem, *Christianã* minimè deserunt: in maximã illã prophetarum strage edita, *Achabi* & maledictæ *Iezabelis* tempore: relicta erant 7. milia hominum, qui non curuarunt genu *Baali*, & non est dubium quin suos habeat *Iehova* in *Ecclesia Scoticana*, qui divinã gratiã, veritatem, & professionem *Christianam* sanguine sunt obfigurati: atque hunc honorem si *Deo* placet postulaturi, ut constantes esse valeant assertores, & testes veritatis. 2. *Actiones Sauli externe.* 1. Accedit ad Pontificem maximum. *Obserua.* Astutia *Satanæ* est singularis in *Sanctorum* persecutoribus, cuius instinctu *Saulus* adhibet ad muniendam aduersum sanctos persecutionem, *Personæ Ecclesiasticæ* auctoritatem: idem tentare, & efficere consueverunt, quicumque contra *Ecclesiam*, eiusque libertatem machinantur, scilicet asciscere sibi præcipuos aliquos è *Pastorum* numero, quorum consilio, & approbatione abutuntur ad prauum suum institutum conficiendum. *Iudæi* ad *Christum* crucifigendum, *Iudæ* vnus ex *discipulis* operã atque prodicione sunt vsi. *Obseruemus* hanc *Satanicam* technam, ne

præiudicium *Ecclesiæ*: afferatur. 2. *Actionis pars.* Petit ab eo *Epistolas* perferendas *Damascum*, ad *Synagogas*. *Observatio.* Non solum id. efficit *Sathan*, ut atroces *Ecclesiæ* persecutores auctoritate obtinentium præcipuum locum in *Ecclesia* insigniantur, sed etiam lege, literisque crudelitatem in sanctos exprobandam muneri velint. Petit itaque literas. Quod non est nouum, nam tempore *Achabi* & *Iezabelis*, quo *Achabus* sese affligeret propter *Nabothi* vineam, hanc artem excogitauit *Iezabel* maledicta, ut obliquata litera mitterentur, & ieiunium indiceretur: interim adessent subornati testes duo qui *Nabothum*, ut blasphemum in *Deum*, & *Regem* accusatum lapidibus obruerent: quod est peractum, *1. Reg. 21.* sed *Achab*, atque *Iezabel* tanti sceleris pœnas penderunt, vide *1. Reg. 22. 2. Reg. 9.* ut alijs mensus fueris, ita remententur tibi.

Sic *Aman* literas impetrauit à *Rege Assuero*, *Esther. 3.* de contrucidandis vno die *Iudæis* omnibus, patibulumque erexit pro *Mardocheo*, cui ipse liberatis *Iudæis* opera *Estheræ* *Reginæ* est suffixus, & *Daniel. 3.* expendit edictum *Regium* *Idololatricum*, & abominabile promulgatum, & *Daniel 6.* vides hunc *Satanicum* modum agendi contra pios, & *Sanctos* diu obtinuisse, *Satanæ*que organa repentinum interitum sibi accersuisse. Porro literarum quas optat hæc est summa ut *Saulus* adducat *Ierosolymam* vinctos omnes tam viros, quam mulieres, qui sunt huius via, id est *sectæ*, qui *IESVM CHRISTVM* profitentur, eiusq; in nomine aeternam salutem: *Christus* sese viam appellat. *Io. 14.* Quod nemo patrem accedere possit nisi per eum. *Obserua.* *Sauli* scuitia est singularis, nulli *sexui* parcat, sed indifferenter vult omnes adduci *Ierosolymam*, quæ esset omnium *urbium* orbis terrarum gratissima in *Deum*, eam tot insignibus ornari, prerogatiuis, sed atrocissima existit in *Christum*, eiusque seruos: ita vsu venire solet, ut quos oportebat esse religiosissimos, & officiosissimos, sepius sint impiissimi, & hostes scruissimi: qui crudelitatis suæ debitum ferunt supplicium, ut animadvertere est in *Ierosolymorum* excidio à *Tito Vespasiani* facti. 2. *Obserua.* Conatur *Saulus* professores *CHRISTI* vinctos adducere, & ipse postea conuersus vincitur *Christi* causa.



Si malum patrare tentaueris, proportione seruata Dominus te remunerabitur: *Davidis* adulterium traditione concubinarum filio castigauit, 2. *Sam.* 12. *Achabi* patratum facinus in effusione sanguinis *Nabothani* pari poena puniuit: & *Adonibezecum* tali affecit supplicio, quali ille 70. *Reges. Iud.* 1. Atque hoc facit Dominus in misericordia erga suos, in iustitia erga reprobos.

*Vers.* 3. Habetur modus conuersionis *Sauline*. 1. Circumstantia est temporis. Cùm fuit propè *Damascum*. 2. Lux circumfulsit eum. 3. Cecidit in terram. 4. Vocem audiuit, *Saule Saule* quid me persequeris? 5. Ipse edit vocem hanc. Quis tu Domine? 6. Respondit Dominus, sum Iesus, quem tu persequeris durum tibi πρὸς κεντρὰ λαχλζειν. In temporis circumstantia obserua Dominum suis opitulari consueſſe, conatusque persecutorum, & atrocium hostium præpedire in executionis puncto versantium: expende praxin in populo tyrannide *Pharaonica* exempto, quem cùm *Pharao* persequeretur, montibusque vndiquaque cingeretur, mareque rubrum præ oculis fuisset (mirum) *Israelem* dat saluum obruto *Pharaone* atque *Egyptijs*: in  *Davide* multoties, 1. *Sam.* 18. 19. 23. 30. in *Ezechia* in obsidione *Ierosolymorum* à *Sinnacheribo* facta. *Reg.* 19. in *Iehosaphato*, 2. *Cro.* 20. & deniq; in *Ecclesiæ Anglicana*, atque *Scotica* conseruatione ab immani illa classe *Hispanica*, diuinitus fusa, atque demersa, cùm nulla superesse videretur spes euasionis. 2. *Observatio.* Lux illum circumfulsit. Dominus exercituũ habet in promptu omnes res creatas ad peragendum, quod ipsi videtur. Cælum elementa, vt supra ostendimus, minimas creaturas si armet potentiã, quis valet obſistere? quid dicam si ipsius hominis conscientiam excitet, quãtum tormentum? ne laceſſamus hunc omnipotentem, cuius ira si tantillum arserit, quis potest subsistere. Εξαιφνης. *Observa.* Nonnuquam eveniũt atque incidunt, iudicia Domini repentinò, *Prov.* 1. comparantur Turbini. Expende in *Baltazaro*, *Dan.* 5. qui descriptũ digito iudicium suum viderat in pariete inter conuiuandum, & dum sese cum magna caterua procerum pleno poculo prolueret. *E Cælo*: Domini iudicia decidunt cœlitus, itaque Dominus omnes terrenos monarchas supereminet: quos rebelles, impiõs, & contumaces, quando vult potest opprimere, & in nihilum redigere. *Cecidit.* *Observa.* Si visio lucis hunc producit effectum, vt ipsa prosternatur *Saulus*, quã terribilis futura impijs, & scelerosis apparitio

apparitio Agni, cùm sese manifestabit in nubibus in flãma ignis, 2. *Theſſ.* 1. vide *Isa.* 6. adde visionem potentiæ diuinæ, quæ non fit in misericordia, tantum formidabilem esse: proinde petamus frui potentiã diuinã, quæ gratiam coniunctam habeat. *Vox edita.* *Saule, Saule*, quid me persequeris? Ergo licet nominatim compellare *Ecclesiæ* persecutores. 2. *Observ.* Qui Christi membra persequuntur, ipsum Christum caput persequuntur, vt hic videre est, imò ipsum Deum patrem, *Isa.* 63. 9. Spiritumque Sanctum, vt supra fufius, 1. *Pet.* 4. 14. *Quis Domine?* *Observa.* Idonei sunt ad audiendam Domini vocem, qui sunt humiliati, atque deiecti, spiritusque Sancti gratiã præparati: vt in *Saulo* videre est, nemo enim potest vocare Iesum Dominum, nisi per spiritum, 1. *Corinth.* 12. *Respon.* IESVS, σκληρον Γε. Durum tibi contra stimulum calcitrare. Proverbium hoc mutuatum ab equis, qui calcitrant, aut Bobus reluctantibus, quando punguntur, quo significatur bellatores aduersus Christum sibi malum accersere. Vide *Dan.* 2. de lapide exiguo è monte exciso sine manibus, conterente imaginem illam terribilem, signante Christum dominum caputque & principem populi sui, & *Math.* 21. *Observ.* In hac *Sauli* conuersione notemus potentiam Dei singularem, atque misericordiam, ne de salute cuiusquam desperemus: vocat dominus in utero, vt *Ieremiam*: in ætate media *Saulum*, in mortis articulo, Latronem. At ne rarum hoc, & vnicum exemplum nobis proponamus, ad gratiæ diuinæ, atque misericordiæ abusum, poenitentiaque seriæ procrastinationem, verum cum animis nostris cogitemus deum, vt misericordem, ita etiam iustum esse omnis peccati, quod non consequitur vera resipiscentia, vindicem *Isa.* 56.

*Vers.* 6. Effectus alius, quem vox Christi in *Saulo* produxit. Est tremor, & pavor. Supra fuit reuerentia, appellauit enim Christũ Dominum. 3. Est obedientia. His verbis, quid vis Domine faciam. *Observatio.* Vbi gratia Spiritus Sancti cooperatur verbo, hæc tria consurgunt reuerentia, timor, obedientia: vbi verò ista non producuntur, certum est spiritum operatione cum verbo non cucurrisse. 2. *Observatio.* Correctio Domini est *Saulo* salutaris: verum deprehenditur illud, *Iob.* 5. Beatus ille est, quem DEVS castigat, & *Psal.* 94. Si non fuisset præpeditus atque coërcitus in atrocẽ, & sceleroso hoc proposito de vincendis Sanctis *Damascenis*,



adducendisq; *Ierosolymam* potuisset in suum ipsius interitum præceps abire. *Resp. Dominus IESVS Surge.* Dicitur tibi &c. jubet eum surgere. Cui oportet ipsum Iesum surgendi potestatem tribuere. *Observatio.* Tametsi fiant denturque nobis mandata, atque exhortationes, nulla ijs præstari potest à nobis obedientia, nisi gratiam Dominus largiatur: penes quem est etiam prostratos, atque deiectos quouis modo, excitare. 2. *Observatio.* Christus vult docere Saulum hac deiectione modestiam, qui tametsi sit leguleius, beneque doctus, nihilominus tamen cum humilitate sese tradat in disciplinam: hinc discant, personis hominum minime fastiditis, divinam vocem audire, atque amplecti, cum reverentia, animorumque submissione. 3. *Observatio.* Ordo à Christo institutus de instituendis hominibus ad salutem per prædicationem Evangelij observandus atque retinendus est, *Rom. cap. 10.* fides est ex auditu, & *Ephes. cap. 4.* Non sunt itaque de cælo expectandæ novæ revelationes, vt somniant Anabaptistæ, sed perfecta vitæ æternæ ratio ex verbo Dei scripto petenda: vbi Christi vox sonat, quæ tantum in Ecclesia audienda, iuxta patris testimonium; *Hunc audite.*

*Vers. 7.* Socij itineris audiunt vocem *Sauli*, at neminem vident. *Observa.* Qui scelus aliquod aggrediuntur, eiusdem socios habebunt ad manum, vide in apprehensione Christi, & in Ecclesiæ hostibus omni ætate: hoc etiam tempore, in quo versamur, qui haud dubiè iudicij eiusdem futuri sunt participes cum sceleris authore, vt & hi qui existunt *ὄφιοι* attoniti, fugiamus proinde prava commercia, si minus possimus pravorum præsentiam declinare: Nam sic, vt loquitur Apost. *1. Corinth. ca. 5.* mundo nobis esset exeundum: ad minimum corruptos mores, atque scelerosa facta devitemus.

*Vers. 8.* Paulus surgit apertis oculis, neminemque videt, lux, quæ illum circumfulsit adeò oculos ipsi perstrinxit. Introducitur cæcus à comitibus itineris, ille idem, qui proficiscebatur *Damascum* ad ligandos sanctos, quos perferret *Ierosolymam.* *Observatio.* Impiorum proposita redeunt in ipsorum caput, & quæ in alios decreuerunt, in ipsos retruduntur, vide *Reg. 2. cap. 6.* de *Aramitis Elisæum* virum **D E I** persequentibus, occæcatis, atque in urbem

SAMA

*Samaritanam* introductis, & in *Balaamo*, qui maledictionis loco, benedictionem populo contulit: denique in ijs qui missi sunt ad apprehendendum Christum ipsi ab Iesu vera, & pia loquente apprehensi sunt. Mira est Domini potentia non solum reprimendis impiorum insultibus, sed retrudendis, atque conuertendis in ipsorum bonum.

*Vers. 9.* Vocatio *Sauli* non videntis, qui nec edit, nec bibit. 3. dies. Ieiunat miraculosè, & in officium præparatur, cui erat sufficiens, interim pijs cogitationibus occupatus.

*Vers. 10.* Colloquium Domini cum *Anania* discipulo, quem mittit ad Saulum restituendum, & instituendum. Tria, vt patebit, præstat *Ananias*. 1. Restituit ipsi visum vt Domini instrumentum impositione manuum. 2. Communicat Spiritum Sanctum instrumentaliter. 3. Baptizat. & hoc Sacramento declarat Saulum esse ascitum in numerum filiorum Dei, atque societatem Christi. Alloquitur Dominus *Ananiam* in visione, vt moris erat antiqui, quo testatur suam præsentiam. *Resp. Ananias adsum Domine.* *Observa.* Vocanti Domino, atque imperanti est obediendum. *Supra* fusè.

*Vers. 11.* Præscribit Dominus, quid *Anania* sit faciendum: Nimirum, vt eat ad vicum qui rectus dicitur. *Observa.* Omnia divinis oculis patent, ne idcirco peccemus obtectionis spe, siquidem cuncta ipsi sunt manifesta, ipsa etiam media ad finem ducentia. Paulus precabatur. *Observatio.* Exemplo *Sauli* simus precibus intenti quibus mediatoris nomine nuncupatis impetrantur bona à Deo patre, atque depelluntur mala. *Supra.*

*Vers. 12.* Eodem tempore vidit *Saulus* per visum virum nomine *Ananiam.* *Observa.* Vt prius Dominus media componit, & disponit ad propositum tendentia.

*Vers. 13.* Videtur *Ananias* detrectare cum ratione. 1. Nam hic *Saulus* fuit persecutor, etenim audiui & verè quod malis affecerit Sanctos *Ierosolymis.* *Observatio.* Fama mala volat: attendendum itaque actionibus nostris, prout enim quisque sese gesserit in vocatione, & muneris functione, ita futurum à plerisque vel bene vel male audiat: Et si de bonis mali male loquantur, boni tamen & piè sentiunt, & bene loquentur de bonis.

Ee 2

Vers. 14.



*Vers. 14.* 2. Ratio *Anania*. Potestatem habet à principibus Sacerdotum vincendi omnes, qui invocant nomen tuum. *Observa.* Maximè regentus in hac vita infirmitatibus naturæ manet obnoxius utpote timori, alijsque. Animadvertere est in *Abrahamo*, affirmante *Abimelecho Saram* fuisse sororem, in *Moyse* detrectante ad *Pharaonem* proficisci, in *Elia* post cedem sacerdotum *Baalis*: studeamus nos divina gratia freti hunc timorem excutere, divinoque verbo credere, artemque hic Satanicam obseruemus, quia vult Ecclesiæ hostes autoritate vestiri ad perpetrandum facinora qualiacumque.

*Vers. 15.* Iubetur *Ananias* à Domino proficisci, cum instrumentum electum sit iste *Saulus*, qui perferat nomen Iehovæ in conspectum gentium, & Regum, filiorumque Israelis. *Observa.* Quemadmodum Dominus habet præfinitum tempus vocationis ad gratiam, ita nihil habemus boni, aut gratiæ, nisi quod nobis Dominus communicat: quare ipsi in solidum omnis gloria tribuenda. 2. *Observatio.* Munus nostrum est proferre ad omnis ordinis populum nomen I E S V, id est, prædicare in hoc nomine esse salutem omni credenti: Nam salus per Christum parta est communis Iudæis, atque gentibus, si credant: proinde quisque pro vocatione, sed maximè reges autoritate valètes omnem gloriam, atque potentiam conferre debent ad huius Regni Christi illustrationem, & amplificationem.

*Vers. 16.* Præmonet hunc *Saulum* multa laturum pro nomine Iesu: vide 2. *Corinth. 11.* verificatum: quantoque susceperit labores in Euangelij propagatione, ab *Ierusalem*, & circumiacentibus regionibus usque ad *Illyricum*; *Rom. 15. 19.* *Obser.* Piorum fors & servorum Christi maximè fidei est crux, 2. *Tim. 3.* omnes qui pie vivere volunt in Christo persecutionem patientur, & *Philip. 1.* datum vobis non solum credere, sed pati, quod est sanè gloriosum: qui si patiamur regnabimus, 2. *Timoth. 2.*

*Vers. 17.* Habes. 1. obedientiam *Anania*, mandati que commissi executionem. 2. *Saulini* visus restitutionem. 3. *Sauli* prædicationem, atque confirmationem Christum esse Dei filium. 4. effectum productum in auditoribus: Dominus per *Ananiam*, Paulum separat ad munus Apostolicum. *Observa.* Medium à Deo ordinatum, non est contemnendum. Potest cœlitus ἀμεσῶς docere homines,

mines, sed secus decrevit scilicet per verbum à legitimè vocatis prædicatum. 2. *Observatio.* Obtemperemus vocanti Domino præsertim rationibus convicti. 1. Exemplo *Moyse*, qui initio volebat illam ad *Pharaonem* præfectionem reijcere: tandem rationibus moti susipientis, *Isa. 6. Ier. 1.* & hac praxe *Anania*, qui domum est ingressus. *Observa.* Non satis est in genere obedire, sed par est in singulis circumstantijs. *Elias* Propheta per inspirationem Spiritus Iehovæ etiam dissuadente *Obadiah*, inquit, *Achabo*, tu das turbas Israeli, domusque patris tui: sic *Amos* prophetauit in curia, sacelloque regio, dehortante *Amazia* Regeque conquerenti. *Amos. 7.* *Ananias* appellat *Saulum* fratrem paulo ante persecutorem. *Observa.* Mutatâ professione nomen commodè mutandum, ita illi appellandi, qui olim hostes Ecclesiæ, nunc vero eiusdem membra, modo verè eos pœniteat antea acta mala vitæ, & atrocitatis in Ecclesiam exprompta: de nostris excommunicatis valde dubitamus, quia adhuc in ipsis studium propagandi regni Christi, atque conseruandi in puritate eiusdem libertatem desideratur. *Dominus misit me.* Pastores sunt veri, gratiaque ad docendum ornat, qui à Christo mittuntur: non currendum, antequam mittantur, ne destitutos nos deserat in medio cursu. *I E S V S qui visus est.* Dominus ille Dominantium certissimè interrupit propositum impiorum, & priusquam animadvertunt, aut destruit, dissipatque, aut ad se in gratia vocat, ut *Saulum*. Finis missionis est, ut visum recipiat, impleaturque Spiritu Sancto. Statim occacatus, statim restituitur, vtrumque facile est Domino perficere: mittitur *Ananias* ad *Saulum* non ut solum videat oculis corporis, sed, ut illuminetur mente, in qua lux mundi luceat, Sol illæ justitiæ, *Isa.* illaque matutina stella Iesus Christus, qua collustratus gentibus lucem ferat Euangelicam, illæ vero hac prælucente ferantur in cœlestem patriam. Per Spiritum Sanctum intelligenda sunt Spiritus Sancti dona, nominatim donum prophetiæ, prædicandi que Euangelij, & diuersis linguis loquendi, edendi que miracula, quæ maximè facere videntur ad illustrandum, & amplificandum Christi Regnum: Cerimonia qua utitur *Ananias* est manuum impositio, de qua bis supra. *Observatio.* Naturâ sumus omnes meræ tenebræ, mentibus vero illuminationis donum conceditur à Christo luce. *Ephes. 5.* Proinde à patre luminum petamus τοῖς χάρισμασι τοῦ πνεύματος



πνεύματι ἀγνῶσ repleamur, præsertim cœlesti luce ad muneris functionem.

*Vers. 18.* Quasi λεπίδες. Λεπίς est Squama, & etiam porrigo genus morbi: Significatur Pauli status ante conuersionem: Qui tametsi ad pedes Gamalielis fuerit educatus & institutus, tenebris tamen densissimis mentem habebat offuscata, donec lux mundi I E S U S in ea lucere cœpit. Fatetur ipse *Philip. 3.* ex quo enumerauit, quibus ornabatur, prærogatiuas, omnia duxit σκύβαλα præ illa excellenti Iesu Christi cognitione. In Iudaismo, & Pharisaismo erat eius mens quasi obuelata squamis, vt & omnes, antequâ per gratiam Christi illuminentur. Iudæi dicuntur habere velum, quo eorum cor obtegitur, ne videre queant eius finem, quod est abolendum, id est legis, cuius finis est Christus, *2. Corinth. cap. 3.* Moyses fuit velata facie, quando descenderat à Domino, cuius faciem ne Iudæi quidem intueri poterant, hanc duritiem cordis figurabat. In Euangelio sine velo licebit Domini faciem in Christo splendentem intueri, *2. Corint. cap. 3.* *Observ.* Antequam possimus videre cœlestia, naturalem cæcitatem, cui omnium mentes subijciuntur, profligari oportet. Sequitur. Et Baptizatus est. Non est per hoc Sacramentum factus Christianus, sed declaratus, cuius certè contemptus est exitialis: Proinde qui contemnit, sibimetipsi existit causa pœnæ, atque supplicij grauissimi.

*Vers. 19. 1.* Capescit cibum. *Observatio.* Naturæ habenda ratio, quæ in sano statu est conseruanda per alimentum, quo possumus demando munere sani defungi, *1. Timoth. 5.* Apostolus iubet *Timotheum* ολιγῶσιν ἡ χρεῖσται propter crebras stomachi infirmitates. In abstinentia à cibo, quidam superstitiosuli religionem collocant. vide *2. Colof. cap. 2.* περὶ τῆς ἐθελοθρησκείας, & *1. Timoth. ca. 4.* vocat Apostolus Doctrinam Dæmoniorum hanc abstinentiam. *2.* Mansit cum Discipulis *Damasci.* *Observ.* Iuxta hanc Pauli praxin bonorum sodalities delectaremur, qui habitabunt in tabernaculo Iehovæ, pios, timentesque Deum, magno habent loco: & David oblectatur Sanctis, ad quos eius bonitatem ait extendi, *Psal. 16.*

*Vers. 20.* Iam Paulus prædicat Christum esse Dei filium, quem paulò ante tam ardentem est persecutus: Magna mutatio per Spiritus

ritus Sancti operationem. Hæc verba fuere exposita in Baptizatione Eunuchi. Hoc tantum hac vice. Consilium carnis non esse admittendum in suscipiendo, atque obeundo nostro munere.

*Vers. 31.* Effectus prædicationis Paulinæ. Stupor scilicet omnes occupat, atque meritò, cum extiterit Ecclesiæ vastator, summusque Sanctorum persecutor, vbi iterum habes admirandam Dei in Paulum misericordiam. Quos vult vocat ad gratiam, & quando ipsi videtur: Nouit optimè qui sunt sui. Non est volentis, vt loquitur Apostolus *Rom.* neque currentis, sed miserentis Dei. vide *1. Timoth. 1.*

*Vers. 22.* Paulus non solâ autoritate contendit, sed allatis Prophetarum testimonijs, atque collatis Scripturæ locis, vt artifices aliquid compacturi solent singulas partes comparare, vt alix alijs ad Amussim quadrent: demonstratque eum esse Christum. *Observatio.* Optima ratio comprobandi veritatem, est per verbum Dei à Prophetis atque Apostolis, Spiritus Sancti amantibus conscriptum.

*Sers. 23. ad 31.* Comprehenduntur hisce versibus duo. Sauli pericula, duæque evasiones, eiusque cum Discipulis Ierosolymitanis reconciliatio per *Barnabam.* Primum periculum ipsi imminet, quod Christum Dei filium prædicauerit. *Observa.* Prædicantibus veritatem discrimen impedere ab hostibus, certum est. Verum consolatione fruamur ex liberatione Saulinâ, cuius Sauli protectioni divina providentia ita inuigilauit, vt semper tutus, saluusque manserit, donec finis vocationis instaret, quo tempore in Paulo martyre per cōstantem veritatis assertionem glorificatus est Dominus. Iudæi duo machinantur in Saulum. *1.* Consilium prensant de eo interficiendo. *2.* excubias agunt per gubernatorem sub *Areto,* *2. Cor. 11. vlt. vers.* De eo etiam occidendo. *1. Occurrit* temporis descriptio, *ἰκάναι ἡμερῶσ.* Spatium temporis est Triennium, quo Apostolus *Damasci,* atque in circumiacente Regione docuit. *Observ.* Cum tempus omnibus præstitutum sit implendum, benè, & sapienter eodem vtamur, gratiamque oblatam præclara hac occasione absit, repudiemus. Etenim vel in hoc vitæ curriculo gratiâ amplecti, & pœnitentiâ agere oportet, vel certò statuendū post hanc vitam nullum locū hinc relinqui.

*Observ.*



3. *Observa.* Impij quod volunt, exequi nequeunt, nec quando: non fuit penes *Pharaonem* populum *DEI* extinguere, tamen  $\alpha\omicron\lambda\upsilon\beta\omicron\pi\omega\varsigma$  & atrocissime sit conatus. Ipse *Satanas* in summam consolationem nostram, divinæ providentiæ cancellis coercetur, extra quos nefas egredi, nisi permittente *Iehova*. 3. agunt per consilium. *Observatio.* Pessimi quique Ecclesiæ hostes instinctu, & Satanico astu, consilio scilicet prensato, vt volunt, res perniciosissimas aggrediuntur. Dixit *Pharao*, dum scelus meditaretur de opprimendo *Israelitico* populo, operemur prudenter. Et gubernatores principesque sub *Dario*, de *Daniele* è viuis tollendo statuum instar *Perlici* curarunt promulgandum: Etiam *Iudæi* concilium coegerunt de crucifigendo *Dei* filio. Ita infestissimi Ecclesiæ aduersarij à *Satanâ* occæcati, cum in *Christi* membra machinantur malum, autumant se consulto, atque bene operari: sed quod faciunt divinâ dispensatione recidit in ipsorum caput, & reapse probant euentuque redundante in ipsorum perniciem sese in omnibus machinationibus fuisse stultissimos. Expende in *Pharaone*, *Sinnacheribo*, *Hamane* in *Patibulum* acto, quod erexit pro *Mardochoao*, & in alijs. 4. *Observa.* Qui essent præcipui Ecclesiæ defensores, causæque *Christi*, sapissimè reperiuntur in eandem machinatores, zeli indumento religionisque velati, vt hic *Iudæi*, & *Papistæ*, necnon *Iesabel*, quæ fuco divini cultus jejenum jubet indici, testesque subornari, qui *Nabothum* accusarent atque lapidibus obruerent, 1. *Reg.* 21. huc accedit, quod decreta impij concilij semper existunt perniciofa.

*Vers.* 24. *Saulo* innotescunt eorum  $\epsilon\pi\iota\beta\omicron\lambda\omicron\gamma$ . Sed quomodo, hic non exprimitur. *Deus* secreta revelat suis seruis, *Amoz.* 3. excitat etiam fautores eorum saluti consulentes vtpotè *Obadiam Achabi* tempore, qui edocuit *Eliam* de Regis, atque *Reginæ Iesabelis* pernicioso proposito: necnon sororis *Pauli* filium, qui centurioni detexit 40. *Iudæorum* conspiracyonem de trucidando *Paulo*, *Act.* 23. 16. 17. militibus stipato, salvoque misso ad felicem gubernatorem: decretum *Regis Syria* in conclavi *Elisæo* revelatum: rumoremque quendam esse à *Deo* testatur *Propheta Obadiab*: hinc perspicuum *Iehovam* in bonum Ecclesiæ, seruatorumque eius vno, aut altero modo de impiorum conatibus consueuisse præmonere. 2. membrum periculi: observant portas die, ac nocte. *Iudæi* instigarunt

instigarunt gubernatorem *Areta* Regis ad hoc præstādum, 2. *Cor.* 11. *Observ.* Scelerosi, & sanguinolenti nihil non moliuntur ad complēdum suum facinus. Hi volunt civilis Magistratus autoritate muniri, magnosque & multos assumunt labores, vt impiè faciant, *Iere.* 9. 5. peruersè agendo defetiscuntur: *Prouerb.* 4. 16. Ne quiescere quidem valent, nisi aliquid mali patrauerint.

*Vers.* 25. *Euasio* *Sauli*, cura *Discipulorum* & modus. *Observa.* Licet etiam vocatione salua hostium insidias, atque conatus devitare. 2. *Observ.* Vbi in arctum coguntur *Christi* serui, omnisque effugij spes videtur ipsis adempta *Dominus* offert evadendi occasionem. 3. *Observa.* Veri *Discipuli* sunt hi, qui cum capitis periculo non dubitant manum admouere ad conseruationem seruatorum *Christi* in discrimine versantium. Paucos admodum reperias hac tempestate hisce similes ex nostris professoribus. Quotusquisque est ille, qui vitæ, imò bonorum, & quod est minus existimationis, atque famæ iacturam, velit facere pro eius defensione, qui *Christi* vice legatione fungitur. At plerisque, qui *Ministorum* vitam infectentur, eosque calumnijs, ludibrijs, cōvitijsque proscindant. Boni est Magistratus officium, adeoque omnium *Christianorum* has partes implere, quas hi *Discipuli*. 4. *Observ.* fas est ad tempus hostium furori cedere, vt ad meliora reseruari, munere nobis commisso perfungi valeamus. *Luc.* ca. 4. *Math.* cap. 10. extat præceptum, Si fuerint vos persecuti in vna civitate, fugite in aliam.

*Vers.* 26. 27. *Reconciliatio* *Sauli* cum *Discipulis Ierosolymitanis*. Ac primum perhibetur *Ierosolymam* rediisse longe mutatus ab illo, qui exijt. Erat enim atrox *Sanctorum* persecutor. Redit verò *Pastor*, & *Apostolus* ad prædicandum *Iesum* esse *Dei* filium, in quo crucifixo sit apprehendenda per fidem salus, & vita æterna. Conatur se adiungere *Discipulis*. *observatio.* Verè conuersi tentant se pijs iungere: quodque impiè fecerunt, id ipsum toto animo odisse: vbi verò conuersionem non sequitur antea actæ vitæ detestatio, atque emendatio, nequaquam censendi sunt syncerè conuersi; vt animaduertere est in ijs, qui armis, auroque *Hispanico* contra *Christi* causam conati sunt disceptare. Sed (*Deo* gratiâ) incallum. Addo, non esse in societatem *Christianorum*, sinumque Ecclesiæ admittendos temerè, & nimis cito, qui vel



veræ religioni sese opposuerunt, aut in eandem sunt machinati.

Certè nobis hic opus est prudentiâ serpentinâ.

quoniam nam  
Lucas de ductum  
ad Apostolos fu-  
isse a Barnaba  
non tamen de  
duo dicitur ad au-  
piendum, sed de i-  
duobus, qui soli  
tunc erant Hæretici  
Solyimii Cæli in  
Gal. 1. 12

*Vers. 27.* Reconciliator est *Barnabas*, qui adducens *Saulum* ad Apostolos, nominatim *Petrum & Iacobum*, tribus vitur rationibus, quibus impulsus eum pro Discipulo, Christi que seruo agnoscat. 1. quod viderit Dominum in via. 2. quod ei sit locutus; quod *Damasci* ἐπαρρησιατὸ liberè prædicauerit ἐν ὁ δὲ δυνατὸν τὸ Ἰησοῦ. Ergo, & si periculis vnde quaque cingamur liberè, atque animosè est prædicanda veritas. Hæc in nobis verbi præconibus est solito multis numeris remissior, quam si non possent extinguere, & in totum abolere; saltem imminuere nituntur, hac aitate, quod quidem Christi liberrimi Regis sceptro magnum affert præiudiciū: Nos autem audentius eamus in cursu sincero asserenda & continuanda libertatis Regni Christi, quam ne quidem patiamur vllatenus labefactari, ne dicam aboleri: approbati que bonorum testimonio sanctè, piè, ac fideliter in vocatione nos geramus.

*Vers. 28.* Constantibus Dei seruis pericula ex periculis sunt expectanda, sed Deus eorum conseruationi invigilat.

*Vers. 29.* Prædicat Iesum, atque disceptat cum Græcis, vel natione Græcis Iudaicam religionem amplexis, vel Iudæis in Græcia versantibus. Duo hic nobis incumbunt. 1. prædicare debemus, vide *1. Cor. 9.* Væ mihi nisi Euangelizaro. 2. Disputare σωζητε si opus fuerit, per scripturas, confirmare, quod prædicamus. *Saulus* incurrit nouum vitæ discrimen, sed diuinitus liberatur, ducitur que *Cæsaream*, atque mittitur *Tharsum*.

*Vers. 30.* *Observ.* Ecclesiæ consilio verbi ministris licet locum mutare, præsertim cum ab hostibus impetuntur. Vide in hoc *Saulo*, Prophetis que excellentissimis, nominatim *Elia*, qui vitam pro diuina veritate profundere non hæsitasset. 2. *Obser.* Quid sit expectandum ab impio mundo vigilantissimis, atque fidissimis dei seruis veritatem cœlestem strictè, ac tènè que tenentibus, & asserentibus, nimirum mors. Si libere loquantur in peccata ab hominibus cuiuscunque ordinis patrata, læsæ, imminuta que maiestatis censentur rei. Vide in praxi *Achabiana* aduersus *Elia*: *Sedechiana* aduersus *Ieremiam*, *Amazie* in *Amozum*, alijs que: qui cum rationū

mo-

momentis præualere sese nō posse vident, armis ad piorum mortem velint disceptare.

*Vers. 31.* 2. Cap. pars: in quâ *Felix* status ecclesiarum in *Iudea*, *Galilea*, *Samaria* que, describitur hisce notis. 1. Pacem habent. 2. ædificantur. 3. pergunt in timore Domini. 4. multiplicantur per consolationem Spiritus Sancti. *Obser.* vt conuerso Paulo persecutore summo tranquillatur ecclesiæ status, ita sublatis inimicis maximis Satanâ, atque peccato, conculcatis que, tranquillissima, & pacatissima omnis miseræ expers futura est sanctorum, in cœlis conditio. 2. *Obser.* Ecclesiæ perturbationes, & persecutiones non sunt sempiternæ. Dominus enim statis temporibus respirationem eidem concedit, atque pacem; ne prorsum fatiscat continua oppressione, & spem omnem amittat, *Psal. 125.* Non sinit Dominus virgam impiorum perpetuo requiescere in sortem iustorum, ne & iusti manum extendant ad patrandum scelus. Pax Ecclesiæ hoc in terrarum solo est interrupta, & etiam conscientiæ, sed in illa ἐπιφανεια Domini nostri futura perfecta omnibus partibus, perpetua, atque æterna. Vide *2. Thess. cap. 1. 4. 5.* Verum non semper cum Ecclesiæ externi tumultus, & perturbationes cohærent: Diuinâ gratiâ in CHRISTO Sanctorum precibus effusis pax Ecclesiæ tribuitur: vt in *Psal. 122.* & *1. Timoth. cap. 2. 3.* *Obser.* Dissimulatione minimè vtendum ad procurandam pacem, vt quidam mundani, atque carnales, Sapientes que supra id, quod scriptum est facere consueuerunt. *Paulus* ἐπαρρησιατὸ prædicat Christum esse DEI filium, & iam pax est subsecuta: Liberè ergo annuntiemus DEI verbum prout accepimus, & eventum, atque successum committamus Domino. 2. *Ædificantur* in Domino, fidei que Christianæ incrementum capiunt, & stabiliuntur in fundamento, quod positum est in Ecclesiâ, *1. Corinth. cap. 3.* Porro, Metaphora est sumpta ab ædicatoribus, quibus Pastores conferuntur, fideles que domui, *Proverb. cap. 9.* Qui etiam sunt instar lapidum locandorum super hoc fundamentum, Spiritu Sancto per verbum prædicandum operante extruendorum, per Sacramenta cōfirmatorum, per disciplinam reformatorum, & conformatorum fundamento, capitique Christo.

Ff 2

Obserua.



veræ religioni sese opposuerunt, aut in eandem sunt machinati.

Certè nobis hic opus est prudentiâ serpentinâ.

*Vers. 27.* Reconciliator est *Barnabas*, qui adducens *Saulum* ad Apostolos, nominatim *Petrum* & *Iacobum*, tribus utitur rationibus, quibus impulsus eum pro Discipulo, Christi que seruo agnoscat. 1. quod viderit Dominum in via. 2. quod ei sit locutus; quod *Damasci* ἐπαρρησιατο liberè prædicauerit ἐν ᾧ ὅμοιωται τῷ Ἰησοῦ. Ergo, & si periculis vnde quaque eingamur liberè, atque animosè est prædicanda veritas. Hæc in nobis verbi præconibus est solito multis numeris remissior, quam si non possent extinguere, & in totum abolere; saltem imminuere nituntur, hac aitate, quod quidem Christi liberrimi Regis sceptro magnum affert præiudiciū: Nos autem audentius eamus in cursu sincero asserendæ & continuandæ libertatis Regni Christi, quam ne quidem patiamur vllatenus labefactari, ne dicam aboleri: approbati que bonorum testimonio sanctè, piè, ac fideliter in vocatione nos geramus.

*Vers. 28.* Constantibus Dei seruis pericula ex periculis sunt expectanda, sed Deus eorum conseruationi invigilat.

*Vers. 29.* Prædicat Iesum, atque disceptat cum Græcis, vel natione Græcis Iudaicam religionem amplexis, vel Iudæis in Græcia versantibus. Duo hic nobis incumbunt. 1. prædicare debemus, vide *1. Cor. 9.* Væ mihi nisi Euangelizaro. 2. Disputare σωζητην si opus fuerit, per scripturas, confirmare, quod prædicamus. *Saulus* incurrit nouum vitæ discrimen, sed diuinitus liberatur, ducitur que *Cæsaream*, atque mittitur *Tharsum*.

*Vers. 30.* *Observ.* Ecclesiæ consilio verbi ministris licet locum mutare, præsertim cum ab hostibus impetuntur. Vide in hoc *Saulo*, Prophetis que excellentissimis, nominatim *Elia*, qui vitam pro diuina veritate profundere non hæsitasset. 2. *Obser.* Quid sit expectandum ab impio mundo vigilantissimis, atque fidissimis dei seruis veritatem cœlestem strictè, arctè que tenentibus, & asserentibus, nimirum mors. Si libere loquantur in peccata ab hominibus cuiuscunque ordinis patrata, læsæ, imminuta que maiestatis censentur rei. Vide in praxi *Achabiana* aduersus *Eliam*: *Sedechiana* aduersus *Ieremiam*, *Amazia* in *Amozum*, alijs que: qui cum rationū

momentis præualere sese nō posse vident, armis ad piorum mortem velint disceptare.

*Vers. 31.* 2. Cap. pars: in quâ *Felix* status ecclesiarum in *Iudea*, *Galilea*, *Samaria* que, describitur hisce notis. 1. Pacem habent. 2. ædificantur. 3. pergunt in timore Domini. 4. multiplicantur per consolationem Spiritus Sancti. *Observ.* vt conuerso *Paulo* persecutore summo tranquillatur ecclesiæ status, ita sublatis inimicis maximis Satanâ, atque peccato, conculcatis que, tranquillissima, & pacatissima omnis miseræ expers futura est sanctorum, in cœlis conditio. 2. *Observ.* Ecclesiæ perturbationes, & persecutiones non sunt sempiternæ. Dominus enim stans temporibus respirationem eidem concedit, atque pacem; ne prosum fatiscat continua oppressione, & spem omnem amittat, *Psal. 125.* Non finit Dominus virgam impiorum perpetuo requiescere in sortem iustorum, ne & iusti manum extendant ad patrandum scelus. Pax Ecclesiæ hoc in terrarum solo est interrupta, & etiam conscientia, sed in illa ἐπιφανεα Domini nostri futura perfecta omnibus partibus, perpetua, atque æterna. Vide *2. Thess. cap. 1. 4. 5.* Verum non semper cum Ecclesia externi tumultus, & perturbationes cohærent: Diuinâ gratiâ in CHRISTO Sanctorum precibus effusis pax Ecclesiæ tribuitur: vt in *Psal. 125.* legere est, nominatim *1. 2. 2.* & *1. Timoth. cap. 2. 3.* *Obser.* Dissimulatione minimè vtendum ad procurandam pacem, vt quidam mundani, atque carnales, Sapientes que supra id, quod scriptum est facere consueuerunt. *Paulus* ἐπαρρησιατο prædicat Christum esse DEI filium, & iam pax est subsecuta: Liberè ergo annuntiemus DEI verbum prout accepimus, & eventum, atque successum committamus Domino. 2. *Ædificantur* in Domino, fidei que Christianæ incrementum capiunt, & stabiliuntur in fundamento, quod positum est in Ecclesiâ, *1. Corinth. cap. 3.* Porro, Metaphora est sumpta ab ædicatoribus, quibus Pastores conferuntur, fideles que domui, *Proverb. cap. 9.* Qui etiam sunt instar lapidum locandorum super hoc fundamentum, Spiritu Sancto per verbum prædicandum operante extruendorum, per Sacramenta cōfirmatorum, per disciplinam reformatorum, & conformandorum fundamento, capiti que Christo.

quarquam narrant  
Lucas de ductum  
ad Apostolos fuisse  
a Barnaba  
non tamen de  
duo dicitur ad accipi-  
pienda, sed de i-  
duobus, qui soli  
tunc erant  
Solymini Cult. in  
Gal. 6. 1. 2. 9



verz religioni sese opposuerunt, aut in eandem sunt machinati.

Certè nobis hic opus est prudentiâ serpentinâ.

*Lucas de ductum ad Apostolos fuit a Barnaba non tamen de duo dicitur ad accipienda, sed de iacobus, qui soli tunc erant in iherosolymis. Coll. in Gal. 2. 10.*

*Vers. 27.* Reconciliator est *Barnabas*, qui adducens *Saulum* ad Apostolos, nominatim *Petrum & Iacobum*, tribus vitur rationibus, quibus impulsus eum pro Discipulo, Christi que seruo agnoscent. 1. quod viderit Dominum in via. 2. quod ei sit locutus; quod *Damasci* *ἐπαγγέλιον* liberè prædicauerit *ἐν Ἰερουσαλὴμ* *τῷ Ἰησοῦ*. Ergo, & si periculis vnde quaque cingamur liberè, atque animosè est prædicanda veritas. Hæc in nobis verbi præconibus est solito multis numeris remissior, quam si non possent extinguere, & in totum abolere; saltem imminuere nituntur, hac aitate, quod quidem Christi liberrimi Regis sceptro magnum affert præiudiciû: Nos autem audentius eamus in cursu sincero asserenda & continuanda libertatis Regni Christi, quam ne quidem patiamur vllatenus labefactari, ne dicam aboleri: approbati que bonorum testimonio sanctè, piè, ac fideliter in vocatione nos geramus.

*Vers. 28.* Constantibus Dei seruis pericula ex periculis sunt expectanda, sed Deus eorum conseruationi invigilat.

*Vers. 29.* Prædicat Iesum, atque disceptat cum Græcis, vel natione Græcis Iudaicam religionem amplexis, vel Iudæis in Græcia versantibus. Duo hic nobis incumbunt. 1. prædicare debemus, vide *1. Cor. 9.* Væ mihi nisi Euangelizaro. 2. Disputare *συναγῆ* si opus fuerit, per scripturas, confirmare, quod prædicamus. *Saulus* incurrit nouum vitæ discrimen, sed diuinitus liberatur, ducitur que *Cæsaream*, atque mittitur *Tharsum*.

*Vers. 30.* *Observ.* Ecclesiæ consilio verbi ministris licet locum mutare, præsertim cum ab hostibus impetuntur. Vide in hoc *Saulo*, Prophetis que excellentissimis, nominatim *Elia*, qui vitam pro divina veritate profunderè non hæsitasset. 2. *Obser.* Quid sit expectandum ab impio mundo vigilantissimis, atque fidissimis dei seruis veritatem cælestem strictè, arctè que tenentibus, & asserentibus, nimirum mors. Si libere loquantur in peccata ab hominibus cuiuscunque ordinis patrata, læsæ, imminuta que maiestatis censentur rei. Vide in praxi *Achabiana* aduersus *Elia*: *Sedechiana* aduersus *Ieremiam*, *Amaziana* in *Amozum*, alijs que: qui cum rationû

mo-

momentis præualere sese nō posse vident, armis ad piorum mortem velint disceptare.

*Vers. 31.* 2. Cap. pars: in quâ *Felix* status ecclesiarum in *Iudea*, *Galilea*, *Samaria* que, describitur hisce notis. 1. Pacem habent. 2. ædificantur. 3. pergunt in timore Domini. 4. multiplicantur per consolationem Spiritus Sancti. *Obser.* vt conuerso Paulo persecutore summo tranquillatur ecclesiæ status, ita sublatis inimicis maximis *Satanâ*, atque peccato, conculcatis que, tranquillissima, & pacatissima omnis miseriæ expers futura est sanctorum, in cælis conditio. 2. *Obser.* Ecclesiæ perturbationes, & persecutiones non sunt sempiternæ. Dominus enim statis temporibus respirationem eidem concedit, atque pacem; ne prorsum fatiscat continua oppressione, & spem omnem amittat, *Psal. 125.* Non sinit Dominus virgam impiorum perpetuo requiescere in sortem iustorum, ne & iusti manum extendant ad patrandum scelus. Pax Ecclesiæ hoc in terrarum solo est interrupta, & etiam conscientia, sed in illa *ἐπιφανεια* Domini nostri futura perfecta omnibus partibus, perpetua, atque æterna. Vide *2. Thess. cap. 1. 4. 5.* Verum non semper cum Ecclesia externi tumultus, & perturbationes coheret: Divinâ gratiâ in CHRISTO Sanctorum precibus effusa pax Ecclesiæ tribuitur: vt in *Psal. 125.* legere est, nominatim *1. 2. 2.* & *1. Timoth. cap. 2. 3.* *Obser.* Dissimulatione minimè vtendum ad procurandam pacem, vt quidam mundani, atque carnales, Sapientis que supra id, quod scriptum est facere consueuerunt. *Paulus* *ἐν παρηγορίᾳ* prædicat Christum esse DEI filium, & iam pax est subsecuta: Liberè ergo annuntiemus DEI verbum prout accepimus, & eventum, atque successum committamus Domino. 2. *Ædificantur* in Domino, fidei que Christianæ incrementum capiunt, & stabiliuntur in fundamento, quod positum est in Ecclesiâ, *1. Corinth. cap. 3.* Porro, Metaphora est sumpta ab ædicatoribus, quibus Pastores conferuntur, fideles que domui, *Proverb. cap. 9.* Qui etiam sunt instar lapidum locandorum super hoc fundamentum, Spiritu Sancto per verbum prædicandum operante extruendorum, per Sacramenta cōfirmandorum, per disciplinam reformadorum, & consermandorum fundamento, capiti que Christo.

Ff 2

Obserua.



*Obserua.* Cùm Sancti sint Domus, Spiritusq; templa debent studere sanctitati, & puritati vitæ: ne opus regenerationis inchoatum præpediatur. 2. *Obseru.* Muneris nostri est omnia, quæ prædicamus ad ædificationem personarum non destructionem dirigere, sed ad vitiorum inhærentium personis aut peccatorum ab ipsis admissorum abolitionem: vnusquisque etiam se vt est apud Iudam, vers. 20. in sanctissima fide ædificare debet. Queruntur quidam quod non ædificentur per Euangelij prædicationem: & certè mirum, nisi gratiâ destituantur etenim oportet ædificationem sequi, vbi annuntiatur syncerè Dei verbum, nisi hominum corda partim gratia priuentur, partim rebellione fuerint indurata. 3. est. Pergunt in timore Domini, quod vitæ conuersationem arguit esse piam. Hic timor propriè est ille, qui cadit in filios Dei, vocaturque filialis, qui complectitur divini nominis reuerentiam, amorem, & obedientiam in fide, qui est vt inquit *Salomon* sapientiæ initium: est & seruilis, qui competit seruis peccati: timent Deum propterea, quod pœnam metuant ab obirato Domino, iustoque vindice ipsis infligendam: quanquam non prorsus secluserim DEI filios à metu suppliciorum diuinorum, sed impij eo duntaxat nomine Deum timere dicuntur, quod pœna inevitabili sint affiendi. Pij verò ardenti amore divini nominis inflammantur, reuerentia etiam, & obedientiâ delectantur, cùm timent. Præclarè nobiscum agetur, si Dei timorem ob oculos præstitutum habeamus in omni actione. 4. est. Multiplicabantur. Numerus ad Christum vocatus crescebat sed quomodo, per consolationem Spiritus. *Obser.* Verbum prædicatum prodesse non potest, nisi Spiritus consolationis operetur, itaq; propter Ecclesiæ ampliationem optandos est Dei Spiritus, & si quouis affligaris modo, vel conscientia divexeris, hinc consolationem pete. Quidam cum affliguntur, aut vexantur alio modo nituntur sese refocillare, vel confugiendo ad hominum facetorum cœtum, vel viuo sese ingurgitando, sed verum, & solitum refrigerium manat ab hoc spiritu consolationis, qui sanguinem crucifixi, Christi agniq; Dei mactati conscientijs inspergit ad eas tranquillandas, pacandasq;.

*Vers. 32.* 3. Pars cap. Continet Miraculum de *Aenea* paralytico sanato: cuius scopus est Dei gloriam illustrare, Ecclesiæque prodesse per veritatis confirmationem. Hæc habemus. 1. occasionem.

2. per-

2. personam restitutam. 3. modum. 4. effectum. Occasio est. Petrus peregrinabatur in illis partibus vt ipsi ex officio incumberebat, docebat Euangelium, Ecclesias plantabat, in veritate confirmabat, errores refutabat: Christi que regnum sedulo propagabat. Hic velit colligere Papa argumentum pro usurpata illa auctoritate, & potestate, quam præterdit: at perperam: cùm Petrus nihil præstet præter id, quod omnibus Apostolis fuerat commune. Sed cur non Papa verè vera docendo, obeundoque regiones Ecclesiam Christi instruit, stabilitq; iuxta verbum Dei scriptum omnibus suis numeris absolutum. Hac Petri praxe sedula discamus nos Pastores prouinciam nobis concreditam fideliter obire. Quo peruenit Petrus ad sanctos scilicet, qui habitabant *Lydda*. Quæ civitas est in Palestina à mari mediterraneo non procul distans, in Rupe edita sita, quæ *διοσπολις* dicitur in hanc permeat Euangelium Christi per Petri prædicationem: sicut ad nos *Scotos* perlatum est ordinatione divina sed piorum, fidorumque hominum ministerio simus grati.

*Vers. 33.* 2. *Persona curata.* *Aeneas Liddensis* 8. annos paralyticus in lecto decumbens. Ex temporis circumstantia obseruo cùm egrotamus aut quouis laboramus modo spe certa expectemus liberationis nostræ tempus, si ipsi videbitur, eximet nos, nec illud diuinum opus vlla temporis diurnitas impedit. 3. Modus est per verbum, quod est tale, Iesus Christus te sanat: Hinc sequitur sanationem esse Christi actionem, & sanitatem eius donum, qui nedum corporis infirmitates curat, sed, & animarum: etenim verbum incarnatum præbet medicinam omnibus nostris languoribus.

*Vers. 34.* *Dixit, Surge.* Nulla inerat huic paralytico potentia ad surgendum 8. annos iam laboranti. Quare exhortationes ad virtutes amplectendas, & vitia deuitanda minimè arguunt inesse nobis naturalem potentiam obtemperandi: sed potius *ἀδυναμίαν*, & proinde nullo nomine nos penes esse parere, nisi gratia cœlitus nobis fuerit concessa: itaque cum *Augustino* diceremus, *Da Domine, quod jubes, jube quod vis, & tunc non frustra jubebis.* Cùm Dominus noster dixit Lazaro surge quadriduum in sepulchro scetenti, *Ioan. 11.* nulla in eo *δυναμὶς* surgendi, sed qui dixit surge, surgendi potestatem dedit: sic nihil bonarum virium in

Ff 3

nobis



nobis naturâ ad obediendum divinis mandatis, tota obedientiâ gloria gratiæ est ascribenda.

*Vers. 35. Effectum. Liddenses & Saronenses* in circumiacente Regione conuertuntur ad fidem Christianam: quod certè pro miraculo ducendum, cum in peccatis mortui viuificantur, & in Christi Regnum asciscuntur. Facessant alia fictitia miracula, & ista miraculosa vis, admirandaque virtus conuertendorum hominum ad Dominum sub Euangelio per diuinam gratiam continetur.

*Vers. 36. Aliud miraculum:* quo Petrus suscitato per nomen Christi cadauere omnibus satis indicat sese verbum vitæ annuntiare. Cum *Tabitha* mortua vitæ restituitur, multi *Ioppenses* ad *Messiam* conuertuntur. Partes miraculi, & circumstantiæ sunt hæc. 1. Persona vitæ restituta. 2. Instrumentum per quod operatur Dominus noster. 3. Effectum miraculi: conuersio scilicet multorum *Ioppensium* ad fidem Christianam, *vers. 36. 37.* Describitur persona restituta. 1. ab vrbe in qua habitat nimirum *Ioppa* maritima, quo appellere consueuerunt profecturi in Iudæam ex *Æthiopia*. *Observatio.* Executioni quadam ex parte mandatum est Christi præceptum Apost. datum vt scilicet Euangelium prædicarent, testesque ipsi assisterent ad vltimas terræ oras, *Act. cap. 1.* 2. à professione est *μαθητρία*, id est, discipula, quæ semet Christo in disciplinam tradidit, professa remissionem peccatorum in eius sanguinis merito, reconciliationemque cum Deo patre. Hoc certè præcipuum tuum elogium si pro Christi discipulo commenderis ab eo institutus in via salutis, & gloriæ. 3. à nomine: *Tabitha* significat *Cervum*. *Dorcus*. à perspicacia videndi deductum nomen, & ista fuit bene perspicax in rebus diuinis *Nabat*, Hebræis videre, & *δεραρυ* Græcis est aspicere. *Observa.* Et vtile, etiam est laudabile in rebus diuinis esse perspicacem. 4. à religionis praxi. Dicitur plena bonis operibus, & eleëmofynis, quæ à fide, Charitateque proficiscuntur. Veri Discipuli Christi hæc est descriptio, is est, qui agnoscit Christum pro Domino, salutisque petra, & ei per fidem incumbit, producit pietatis fructus in DEI gloriam redundantes, charitatisque in proximi vsum. Si examinemus, & exigamus ad hanc descriptionem huius ætatis miserimæ in quam incidimus, professores, facile videmus discipulo-

rum

rum verorum nomen minimè in eos quadrare, cum dicta, factaque ex diametro pugnent cum Christiana professione, officijque debiti partibus. Obseruare est plerisque deditos operibus tenebrarum producendis paucos verò, qui fructibus Spiritus delectentur, aut huiusmodi proferant, qualia hæc pia, & religiosa *Ioppensis* matrona: multis omissis, pro amplificando, atque continuando Christi Regno nulla cura tenentur. Imò rerum impiarum & periturarum ita sollicitè satagunt, vt quibus promoueretur Euangelium bona sacrilegi sacrilegè ad se traxerint. Vide interminationem *Malach. 3. Proverb. 20.* Domus etiam materiales in Dei cultum erectas, & consecratas nedum pollui, sed corruere miserrimè patiuntur. Sed ad vos *Perthenses* vbi opera fidei: estne diuini nominis blasphematio quæ regnat, opus fidei, transgressione Sabbathi? cædes, adulterium, scortatio, ebrietas, odium, inuidia, hypocrisis, & quæ non apud vos, religionisve sincerae fructus? quid dicam de incuria vestra continuandi ministerij, & ad posteros transmittendi: alendi que pauperes in *ξενόδοχιον*, imò dicam quod res est, à plerisque vestrum citra conscientiam retineri bona, quibus alerentur, fruerentur egenæ Christi membra: velim, atque diuinam maiestatem in Christo imploro, hæc per gratiam emendentur in vobis ad Dei gloriam bonumque vestrum: Memores sitis veram fidem non esse mortuam, ne otiosam quidem, atque fidelium nomen minimè mereri eos, qui in vsus pauperum nihil conferunt: Proinde in testimonium fidei vestrae sitis in pauperes beneuoli, atque liberales. 5. egrotauit *Dorcus*.

*Observatio.* Nemo mortalium est, qui non sit *voçis* infestus, ne liceat Reges excipere egrotant *Ezechias*, *David* alijque, *Psal. 32.* Ita etiam morti sunt obnoxij, proinde omnibus ita viuendum, ac si actutum esset ipsis hinc emigrandum: cunctis maximè attendendum sanctitati vitæ. Cum piam & religiosam vitam beata mors sequatur in Domino. 6. *Lauerunt* corpus. Obtinuit hæc apud Iudæos, atque Gentes consuetudo, vt patet hoc *vers.* (*Tarquini* corpus bona scemina lauit, & vnxit: ) Hac lotionem reddebantur memores resurrectionis, vt per illa aromata, atque vnguenta, quibus inungebantur antiquitus: Necnon purificationis, & sanctificationis per sanguinem Christi.



Christi, *Heb.* 9. 12. 13. *Observa.* Tractari debent mortuorum corpora decenter, & humaniter, omni superstitione funerum pompa amandatâ, nec non scœuitiâ & atrocitate in cadauera ab hominum animis profligatâ, & expulsâ. *Amoz* 1. 16. Sic ait Iehoua, propter tres defectiones *Moabi*, etiam propter quatuor non auertam istud eo quod combusserit ossa *Regis Edomaorum*, vt calcem.

*Vers.* 38. Instrumentum Christi est Petrus in hac restitutione *Tabitha*. *Observ.* *Tabitham* religiosam velint in vitam reuocari in rem Ecclesiæ: quæ sublatione piorum non potest non damnum pati, qui diuinitus tolluntur, ne mala futura videant, *Isa. cap.* 51. 2. *Observ.* Natura fidei est hæc, certò expectare ea, quæ omnem naturæ rationem superant: vt est mortuorum Resurrectio. *Hebr.* 11. 1. Petrus vocantibus obtemperat. *Observat.* Serui Christi obtemperare debent accersentibus ad aliquam muneris sui partem obeundam, vt est ægrotorum visitatio: consolationis collatio.

*Vers.* 39. *Fleat.* *Observ.* Fas est deflere defunctos, atque lugere in spem resurrectionis, 1. *Theff.* 4. Sed supra. 2. *Observa.* Fidei testimonia post nos relicta pietatem, atque religionem nostram testantur, vt hæc *Tabitha* insignia.

*Vers.* 40. Modus hoc habetur restitutionis *Tabitha*. 1. Petrus procumbit in genua, qui est precantium gestus. *Observ.* Antequam vlli operi manuum admoueamus, ardentem, atque summissè precemur positus genibus ad indicandam animorum deiectionem. 7. *Tabitha surge.* *Observ.* Quosdam Christus sanat virtute, vt *Ioan.* 5. Rectoris filium sanitati restituit: nonnunquam voce, vt *Lazarus*, *Ioan.* 11. Nonnunquam medijs repugnâtibus, vt luto admoto curauit cæci oculos: hic Petrus voce, sed virtute Christi revocat in vitam, vt *Elias*, 1. *Reg.* 17. *Sareptana* viduæ filium, & *Elifaus*, 2. *Reg.* 4. *Sunamitidis*. Hinc discamus adeò excellentem esse Christi potentiam, vt per media, contra media, & sine medijs valeat quæ vult efficere. 2. *Observatio.* In *Tabitha* emortua, nulla fuit potentia resurgendi: sic in nobis nulla est obediendi vis natura exhortationibus ad virtutes amplectendas, & vita fugienda, si quam habeamus inclinationem ad bonum est certè ex gratiâ. *Aperuit oculos.* & viso *Petro resedit.* Christus. Ergò est vitæ mortisque Dominus, *Apoc.* 1. *Rom.* 14.

*Vers.* 41. Vitæ restituta vocatis sanctis representatur.

*Vers.* 42.

Vide Pro-  
verb. 3. de  
matronis  
sedulis.

*Apoc.* 14.  
de morien-  
tibus in Do-  
mino.

*Vers.* 42. Miraculi effectum scilicet multorum conversio ad fidem Christianam: hic non est papistis præstitutus scopus in suis miraculis fictitijs, sed vt vulgus rapiant in admirationem, deludant sensus, lucrum querant, anram popularem, applausam, honoresque vanentur. Quæritur cum huius matronæ anima omnibus mundanis miserijs fuerit exempta, cur sit corpore restituta ad nouas miseras subeundas? Resp. propter Dei gloriam, quæ in potentia diuina reluceat, Euangelij veritas stabiliatur, multique ad fidem convertantur.

*Vers.* 43. Manet multos dies *Ioppæ* apud *Coriarium*. Papa qui vult sese haberi: Petri successor, non dignatur Proletariorum domos ingredi, sed palatiâ Regum: Imò vult Monarchas sibi subiici, & quod est scœdum pedes exosculari. Nos verò Pastores hinc modestiam, atque humilitatem discamus. *Observ.* Plebei homines gratiores existunt, & melius affecti erga Christi seruos, quam *εὐγενεις*, illustri que loco oriundi. Vidua *Sareptana* *Eliam*, *Martha* Christum, *Lydia* Paulum *Silamq;*, acceperunt. addo in fine sinu Ecclesiæ contineri omnis ordinis homines, qui fide Christum *σωτηρίας αρχηγον* amplectuntur.

## CAPVT X.



CORNELIUS ad Christi fidem adducitur ministerio Petri gentibus Euangelium prædicantis, quæ, accepto spiritu sancto, baptizantur. Partes principales sunt. 1. Causæ impulsivæ sermonis Petri ad *Vers.* 34. 2. Sermo ipse cum effecto ad finem. A 1. *vers.* ad 9. *Cornelius* *εὐσεβης, & φοβούμεος τὸ θεόν* iubetur ab Angelo accersere Petrum eum erudituro quid sit faciendum, cui obtemperat. *Cornelij* descriptio duobus primis versibus habetur. Vbi obserua *γένεως* verificatam esse illam *Noachi* Prophetiam, *Genes.* 9. Deus persuadebit *Iapheto*, vt habitet in Tentorijs *Semi*. Iam per Euangelij prædicationem vocatur *Cornelius*, Gentesque ad Christum, in cuius nomine salutem assequantur per fidem.

*Vers.* 1. habetur officium eius Centurionis nomine designatum.

Gg

Præ-



Præerat enim in *Cæsarea* militibus 100. ex cohorte Italica. Cohors 1000. Legio cohortes 5. ex recepta opinione *Calvini* cõpletur. *Pomponius Mela* lib. 2. 10. refert Romanos, ex quo *Iudeam* & *Syriam* *Pompeius Magnus* subegit suos milites in urbibus habuisse, qui sub Romanorum Imperio easdem conseruarent, & in obsequio retinerent. *Observ.* Ingratitudo in Deum, contemptusque verbi populum nedum libertate, sed gloriosâ Euangelij luce priuat. Iam temporis hæc terra manet redacta in potestatem *Turcicam*: Si Deus non pepercit naturalibus ramis, Quid fiet de infititijs, si tales reperiantur. Plura, & magis abominanda in *Scotia* peccata regnant: Proinde grauius iudicium tibi *SCOTIA* expectandum, nisi diuinâ gratiâ resipueris.

*Vers.* 2. *Cornelius* celebratur *ἱουδαῖος* bene colens DEVM, & religiosus, timensque Deum. Religio ergo *Cornelij* non p̄debat à supremi Magistratus autoritate, atque opinione. *Tertullianus* scribit, lib. 5. in Apologet. Quod Senatus, quos decreuit Deos colendos, eosdem populus colere tenebatur. Miserabilis & miseranda religio, quæ pendet ab hominum præscripto, & approbatione. Tres illi pueri impio Decreto & Idololatrico obtemperare detrectant, potius eligentes conijci in fornacem, quàm coram Idolo sese prosternere, qui injecti diuinâ potentiâ illæsi remanserunt. . Religioni itaque cultuique diuino strictè adhærendum verbo scripto consignato. *Observ.* Vera hominis commendatio confurgit ex vero timore Domini reuerentiam & obedientiam complectente, qui filialis dici consuevit, charitatisque opera à fide promanantia coniuncta habet. In hoc Centurione hæc licet animaduertere, nimirum fidem in Messiam venturum: nondum credebat in Christum incarnatum, sed postea à Petro edoctus in Christum crucifixum credidit, eiusque in Nomine remissionem peccatorum, Salutem, Reconciliationem cum Deo Patre, Vitam denique æternam, atque gloriosam certissimè sperabat. 2. Obedientiam, quæ patet per ipsius actiones & opera. Difertis habetur verbis, quod assidue sit precatus, populoque eleemosynas tribuerit egenti, erogaritque. Paucos milites, Imò dicam professores Christiani nominis reperias hunc adæquantes, at plerosque reperire est, ita Auaros, sordidos, parcos, vt nihil in egenorum vsum velint impertiri, quos

si do-

si Domino placeret, *Salomonis* dicta optarem, expèderent, *Prov.* 19. 17. & 28. 27. *Eccles.* 11. 1. 3. est. Precabatur assidue. *Observ.* Precibus continuo incubendum, 1. *Thef.* 5. Quæ deo soli per vnicum Mediatorem Iesum Christum sunt nuncupandæ: & religionis officia ita sunt obeunda, vt Ecclesia ædificetur, & prolatetur. *Cornelius* nō solum sui, sed familiæ rationem habet, vt & *Abraham*, *Gen.* 18. *Ios.* 24. & *Esther* 4. eximia certè illius laus, qui domesticos, atque necessarios curat esse pios, Religiososque.

*Vers.* 3. Vidit Angelum humana specie ad horâ nonam. *Observ.* Pij non egebunt cõsolatione Divina: aut per Spiritus Sancti internam operationē, aut Spiritus ministratorij præsentiam solatij plenam visitabuntur. De Angelorum bonorū officio paulò ante diximus. Vox verò Angeli ad *Cornelium* est nominatim eum appellans. *Corneli.* *Vers.* 4. effectum quod sequitur, est Pavor: sic *Dan.* 10. *Observ.* Si Angelorum aspectus terrorem pijs incutit: quanto magis terreat impios diuinæ maiestatis præsentia in magno illo iudicij vltimi die. Revereamur, & syncerè colamus hanc verendam, atque tremendam Maiestatem. Et si *Cornelius* tantâ reuerentiâ Angelum compellat, quantâ nos Creatorem prosequeremur. Dicit ei Angelus: Preces tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt memoriæ causâ in Dei conspectum. Vbi nota phrasin esse translaticiam, Hebræis: familiarè ab holocausti ritu ad preces, & sensus hic, Preces tuæ, & eleemosynæ tuæ non sinunt Deum veluti tui obliuisci. Sic enim solet interdū Scriptura quasi balbutire. *Observ.* Sanctorum preces exaudit Dominus, tametsi nō largiatur semper quod petunt: sed nonnunquâ præstâtius: vt Paulo petenti ipsi adimatur stimulus carnis, nō cõcedit dominus, verū ipsi gratiam atq; potentiâ reprimēdi dat: quod est melius, cū ita in Apostoli infirmitate *δυναμὶς τοῦ θεοῦ* perficiatur: aliquādo differt pi-orum petitis annuere, vt fides, atq; eorum patientiâ exerceatur. Vide in praxi illa mulieris *Cananeæ*, *Mat.* 15. Proinde indefinēter precemur in fide certò nobiscū statuentes preces iustorum, si sint feruida, apud Deum patrem magnū pondus habere, *Iaco.* 5. Non est existimandum preces *Cornelij*, hancq; in pauperes benevolentiam apud Deum promeruisse, sed deum expēdisse fidem *Cornelij*, in quo opus suum coronauit. Porrò ne regenitorū quidem opera possunt mereri, cū sint contaminata peccato, sint imperfecta, *Luc.* 17. & tandē sint debita.

G g 2

Observ.



*Observa.* Recordatur Dominus, si quid in pauperes fuerit collatum, vide *Math. 25.* Christi duplicem sententiam vnam latam in pios, alteram in impios. Et expendere locum, *Prov. 19. & 28. 27.* Qui largitur egenis ipse non egebit. *Mandatum Angeli.* Mitte Ioppen pro Petro. Hic quæras quomodo hoc resciverit Angelus. *Resp.* per revelationem divinam: habent Angeli cognitionem triplicem. 1. naturalem, & certè natura ipsis est insita singularis notitia. 2. revelatam ut hic, & *Dan. 9. Gabrieli* revelatur 70. hebdomadam interpretatio. 3. experimentalem, ut, ita dicam, *Ephes. 3.* Potestatibus in cœlestibus multiformis sapientia est per Ecclesiam. Obtemperat *Cornelius.* *Observatio.* Verbo divino obediendum. At ætas in quam incidimus renititur maximè DEI verbo, ut animadvertere est in hominibus huius seculi refractarijs, ebriosis, blasphemis, sacrilegis, adulteris, qui toties præmoniti minimè ad huc sese recipiunt ad meliorem frugem: quare ipsis expectandum divinitus iudicium inevitabile. Mittit duos, & militem timentem Deum. *Observa.* Fructus piè institutæ familiæ redundat in ipsum patrem familias. Partes fidelis serui præstitit *Abrahami* seruus religiosè institutus, *Genes. 24.* Nero impius, & crudelis questus est quod totâ vitâ fidelem neminem reperire potuerit: & meritò cum ipse scelerosus seruorum piè instituendorum nullam habuerit rationem. 2. *Observa.* In omni hominum statu habet Deus, qui ipsum verè timeant. *Obadiam* apud *Achabum* Idololatram, hic Centurionem, & *Math. 8.* hominem illum cuius filium Christus curavit vitæ restituendum, illum etiam de quo sermo, *Math. 27.* qui dixit Iesum Christum fuisse verè Dei filium. Scribitur, *Theodosium*, *Ruff. 2. lib. 33.* quòd antequam prælium fecisset cum *Eugenio* rota nocte esse precatum, & inde victoriam esse consecutum. Et *Constantium Constantini* magni, patrem cultores alienorum Deorum curiâ suâ expulisse, at contra sit apud nos, admittuntur, atq; tractantur Idololatræ, quibus *χαρειν* non esset dicendum, nec hospitium dandum, cum veram Christi doctrinam minimè afferant, neque profiteantur, imò eandem conentur subvertere. *David* nolit mendacem, deceptorem, arrogantem impium apud se commorari, sed in suis ædibus fidelem, qui in vijs Domini continenter ambularet, *Psal. 10.* faxit Deus, pietatem synceramq; religionem excolamus familiasque curemus piè instituendas.

Vers. 9.

*Vers. 9.* Serui amandati à *Cornelia* veniunt, cumque appropinquant civitati Petrus ascendit precatum. *Observatio.* Serui mandata Dominorum suorum in supremo Domino, cœli, terræque creatore exequerentur: hac ætate videre est plerosque Dominis legitima imperantibus obniti, immò Divinæ voluntati reluctari: contra præstant hi. Eminus properant ad urbem. At sunt ex nostris qui haberi, dicique volunt Domini serui, qui ædibus suis vix, ac ne vix quidem egredi dedignantur ad audiendum verbum Iehovæ qui redduntur *ἀναπολογητοι* per horum seruorum praxin, atque Iudæorum *Ierosolymam* per difficilia loca pergentium, neque vnquam subsistentium donec coram Iehova in *Sione* comparuerunt, *Psal. 84.* *Actio Petri* ante visionem est precatio quâ petit gratiam divinam sibi concedi pro Regni Christi amplificatione. *Observatio.* Omnes actiones sunt per preces inchoandæ. Antequam capeisset cibum, precatur memor muneris obeundi, Ecclesiæque Christi apud Gentes amplificandæ imitatur Dominum suum, qui dixit, esca mea est exequi voluntatem eius, qui misit me, & perficere opus eius, *Ioan. cap. 4. 34.* 1. *Timoth. 2.* & *Daniel, Dan. 6.* Certè preces, Christi vnici mediatoris nomine effusæ in fide, multum possunt ad Thronum divinæ gratiæ, vide *Exod. 17.* *Ios. 10.* *Isa. 38.* *Iacob. 5.* Simus itaque precibus intenti. Locus est superior pars domus, vide *Math. ca. 10. 27.* *Observa.* Et si omni loco precari liceat, idoneus tamen, & tranquillus locus diligendus. Christus in montem concessit oraturus, David vult, te conclavi tuo includas precaturus, sed quod sese receperit in æditorem domus partem docere nos vult corda in cœlum attollenda inter precandum, precantesque esse debere à rebus terrenis alienatos, sed in cœlestibus cõtemplandis occupatos. *Tempus.* Est hora sexta circa meridiem: trinis vicibus solebāt precari. *David Psal. 55. 17.* septenis imò noctu surrexit ad precandum. Extat Apost. præceptum, 1. *Theff. 5.* ut precemur indefinenter, & rite quidem cum nunquam non peccemus, Dominusque noster nos jubeat vigilare, atq; precari, ne intremus in tentationem; Petrus etiam ad vigilantiam nos exhortatur, cum Diabolus instar rugientis leonis circummeat, quærens quem deuoret.

*Vers. 10.* Erat Petrus *προωπειν*, id est, valde esuriebat. Ergo precabatur jejunos, sed nullum in jejunio collocabat meritum,



at ut moris est naturalis esuriebat, non solum cupiens cibo hanc vitam alere, ac prorogare, quo munere commisso melius defungi possit, sed & esurie spirituali tangebatur propter Dei gloriam, gratiamque gentibus declarandam per Evangelij prædicationem. Sequitur interim præparantibus ipsi cibum incidit in eum mentis excessus. Quanquam non stupet Petrus, sed Dei colloquio fruitur, & mysteria eius docetur, mens tamen quasi excessu altius euecta fuit, breui ad locum, statumque suum reditura. 1. *Observatio.* Seruis Christi fidei non deerunt alimenta, vtcunque à magnatibus reijciantur, ac fastidiantur. Leo potest premi esuriginè, sed timentibus Iehovam nihil deerit, *Psal. 34.* Præmisit Dominus Iosephum in Ægyptum qui Ecclesiæ suæ fame pressæ prouideret. Coruum emisit ad alendum Eliam: viduam etiam illam *Sareptanam* designauit, cuius exiguâ farinâ, sed divinitus aucta enutritur. Ut ingratus mundus Christi seruos alimento indignos putet & sacrilegi, qui ad sese sacrilegè rapuerunt bona Ecclesiastica, tamen divinâ gratiâ nihil ipsis deerit: Si regnum Dei, iustitiâque eius quæserimus, illa adiicientur nobis. *Math. cap. 6.* Porro hæc ἐκστασις fuit quædam sensuum alienatio: Tali affectus Paulus, cum raptus fuisse fertur in cælum tertium, & vtrum in corpore, an extra corpus ipsi non constabat, *2. Corinth. 12.*

*Vers. 11.* Propositum visionis est ostendere ciborum discrimen esse tollendum, gentesque ad Christi Regnum esse vocandas. Visionis partes sunt hæ. 1. Cælum vidit apertum, ut & fuit tempore Baptismi Christi, & cum Stephanus πρωτομαρτυρ à sceleroso, impioque populo lapidibus adobrueretur, *Act. 7.* hac apertione cæli significatur gentibus reueratum, & reclusum iri cælum propter peccatum primorum parentum clausum per semen illud benedictum serpentis caput contriturum. Aperitur itaque nobis cælum olim clausum merito sacrificij Christi in cruce peracti fide apprehendentibus, qui pontifex magnus penetravit cælos, *Hebr. 4. 14.* Quum igitur habeamus libertatem ingrediendi Sacrarium per sanguinem Iesu ea via, quam dedicauit nobis recentem, & viuam per velum, hoc est per Carnem suam, quumque habeamus sacerdotem magnum præfectum domus Dei, accedamus cum vero corde, & certa persuasione puris cordibus à

con-

conscientia mala, & abluto corpore aqua pura teneamus confessionem spei non vacillantem: fidelis enim est, qui promisit. *Hebr. 10. 19. 20. 21. 22. 23.* 2. Σκευθὼς ὡς ὀδονλίω μεγάλω τειροσασσιν ἀρχαῖς δεδεμένον. Quo figuratur Ecclesiam ex omnibus mundi plagis corrogandam ut constat ex Prophetis. 3. Demittitur in terram, quo significatur locum militantis Ecclesiæ esse terram ad tempus donec in cœlestem patriam transferatur. Perperam, atque arroganter faciunt, qui locum in terris Sponsæ Christi, nisi ipsis videatur, denegant. 4. Contenta vasculo, quadrupedia feræ, reptilia, volucresque cœli, quæ figurant gentes à Republica Israelis, vitæque Dei alienas. *Obserua.* Mens omnium hominum, antequam efficaciter vocentur, est tenebris obfusata, cor peruersum, voluntas praua, affectiones corruptæ, denique quicquid est in nobis minus regenitis, est brutum. Quatuor Monarchæ Danieli representantur per quatuor animalia terribilia, quæ ad viuum exprimunt atrocem, ferocemque eorum naturam: & Christus meritò appellat Herodem vulpem, *Luc. 13.* Crudelitate, prauis moribus iniquis actionibus ad Christi gratiam non vocati naturam Immanium Belluarum referunt. Cæterum *Isaias 11.* vaticinatus est de gentibus coaptandis in Christi Regnum, ubi dicit Leonem, & Agnum, Lupum, Ovemque; cohabitare, quo innuit, tametsi natura simus feri, & ab omni gratiâ alieni, futurum tamen, ex quo fuerimus vocati, ut praua nostra natura subigatur per Spiritum in verbo operantem, & inchoatiue componamur ad illam iustitiæ, atque sanctitatis imaginem, ut tandem aliquando ipsi Christo capiti nos membra cõformemur. 5. Vox auditur θυγὼν, καὶ φαγε. Hic sublato iri vult Dominus ciborum discrimen, vide *Lev. 11.* & *Deut. 14.* de comedendis, & non comedendis animalibus, sed aliud hic insinuatur nimirum, Petrum esse debere mactatorem corruptionis, & prauitatis quæ latet in gentibus per gladium Spiritus, id est, Euangelium, quibus resectis, aut saltem coercitis conformentur Christo in sanctitate vitæ: atque huius administrationis fidelem, ac diligentem executionem vult esse Petri cibum, juxta illud Christi: τὸ βρωμα μὲν ὡς ὁ πατήρ μου, & exequar opus, at quod me misit. *Obser.* Etsi hac ætate homines egerimè ferunt reprehendi, spiritualique gladio secari ad carnis destructionem, incumbit tamen

men




non est multum disputandum de loco, si res postulet, ubi ecclesia vel non est constituta, vel turbata, esse possit in aquis, at in pacato Ecclesiae statu, locus maxime idoneus est domus Dei ubi verbum praedicatur. Hoc baptismo non primum inseritur Christo, sed insitus ante per fidem Christianus declaratur, & confirmatur. Vtrum immergatur baptizandus. An aspergatur aqua non est admodum materiale. Commodius aspergi possunt infantes, quam demergi. Aspersio aquae asperione sanguinis Christi notat, mora sub aqua, mortificationem veteris hominis, at emersio noui hominis viuificationem. Per baptismum significatur etiam reatus abolitio, sed non naturae corruptionis, quae adhæret, atque adhæsura est donec defungamur, hac vita nobis tamen merito sanguinis Christi non imputatur ad mortem contra papistarum opus operatum.

Vers. 39. Baptismo administrato, Philippi, atque Eunuchi fit separatio. Philippus à spiritu rapitur Azotum vsque: Eunuchus lætitia perfusus pergit in itinere. Raptus Philippi innuit ista omnia diuina dispensatione evenisse, inseruitque ad maiorem Eunuchi confirmationem in veritate audita, & exposita. *Obserua.* Spiritus ille sacer Christi seruis inuigilat, ad eumque ipsis in muneris sui administratione, & quanquam amoueantur Pastores ab Euangelij professoribus spiritu suo tamen DEVS ipsis aderit ad summam consolationem, & gaudium. Quid potest nobis latius obtingere, quam diuini fauoris sensus, & misericordiae in Christo. Lætatur itaque Eunuchus, quod non solum Christo sit insitus, verumetiam in fide Christiana confirmatus.

Vers. 40. Azotum, Heb. Asdod, Ios. 11. & 15. Pergit sedulo in obeunda legatione de ampliando Christi Regno. *Obserua.* Officio nostro peragendo fideliter, & diligenter nobis incumbendum. Vide de premio, Dan. 12. Luc. 12. 2. Timoth. 4. 1. Pet. 5. 2. *Obserua.* Seruos suos Dominus in exilium missos facit gloriae suae illustratores, Regniq; filij sui prolatatores consolationem hinc petamus, si malis afficiamur, & nominatim exilio multetur, Dominus ad nominis sui, filijque gloriam, nostrumque bonum id conuertet. Αόξα μου εἶς θεῶν.

CAPVT

## CAPVT IX.



APITIS partes sunt hæc. 1. est de Paulo ad vers. 31. 2. de statu Ecclesiae in Iudæa, Samaria, Galilæa, vers. 31. 3. de Petro. Ac primū de curatione per Petrum Aeneæ paralytici 8. annos laborante ad vers. 36. inde ad finem de exuscitatione Tabithæ à morte in vitam. In Saulo habemus eius conversionem ad vers. 9. ibi uocationem. Inde euenta ad vers. 31. conuersioni hæc præcurrunt. 1. Pauli interna dispositio. 2. actio externa. Interna per uerbum, ἐκπνεῶν exprimitur. *Spirans minas, & cadem.* Eri. Prius cap. 7. dicitur de Saulo, quod interfuerit lapidationi Stephani. & 22. 20. vers. fatetur assensum, vestesque custodiisse eorum qui Stephanum occiderunt. Adhuc spirat aduersum Christi Discipulos, & anhelat scelus. *Obserua.* Nulla remora atrocibus Ecclesiae hostibus iniici potest, nisi aut Dominus in misericordiâ eos uocet ad gratiam in Christo, aut confusione involuat in iustitia. Primum uides in Saulo, secundum in Pharaone, qui uerbo diuino, nec plagis diuinitus missis poterat reprimi, ac coerceri ab exercenda crudelitate in Dei populum, donec tandem admota potētī Dei manu iuste cum suis adobrutus est. Discamus pro Ecclesiae hostibus sic præcari, ut vel in misericordiâ convertantur: Si ad electionem Dei spectent, aut confundantur in iustitia, si sint uasa ad interitum apparatus. 2. *Obserua.* Crudelitas primum occupat animum. De Iuda dicitur, quod Satanæ eius cor subintrarit: idcirco diligenter obseruandum est cor, ut retineatur in bono statu. Retinetur uero per fidem. Etenim fide purificatur: fides uero fit per uerbum, eiusque incrementum; uerbum itaque frequentandum, audiendum, legendum, in praxin ducendum, ut omnis occasio peruertendi cor atroci hosti præcidatur per preces assiduas, rerumque diuinarum meditationem. 3. *Spirans.* Persecutores ergo Ecclesiae permissu diuino spirare possunt, atque anhelare scelus: at nihil ualent invito Deo peragere: concipiunt, & prauo corde machinantur malum sed producunt uentum, & ut loquitur



Propheta, *Isa. 59.* ovis aspidis incubant: Telamq; texunt *Araneae*, id est, machinationes impiorum sunt atroces, & subtiles, verum & cedunt in eorum ipsorum perniciem, atq; facillimè dissipantur. Expende in *Pharaone* meditante populi *Israelitici* excidiū atq; tunc dicente agamus sapienter, *Exod. 1. & ca. 10.* ad *Moysem*, ne post videris faciem meam. Nam quando, morieris. Cui *Moyse*. Rectè resp. non videbo amplius faciem tuam, & verè: nam cum exercitu suo detrusus est in profundum, subsiditq; ut lapis. In *Iesabele*, *1. Reg. 19.* *Elia* dicente per nuntium ex quo *Propheta Baalis* occisi sunt, sic dii faciant, & sic pergant, ut hoc ipso tempore cras positura sum vitam tuam, ut est vita vniuscuiusque illorum. At *Elia* vita conseruata est, & *Iezabelis* carnem comederunt canes, iuxta dictum *Iehovæ* per *Prophetam*, *2. Reg. cap. 9. & 1. Reg. 21.* In *Sinnacheribo* blasphemo, & sceleroso. In *Antiocho*, *Iuliano*, multisque alijs *Ecclesiæ* hostibus: fundamentum itaq; positum de scelerosis manet firmum, qui affligunt electos, in suum ipsorum caput inevitabilem perniciem apparasse reperientur. Contra quos spirat *Saulus*, scilicet *Christi Discipulos*. *Obserua.* Ut *Discipuli Christi* maximè sint obnoxij persecutionibus, ita in rebus arctissimis, atque periculis grauissimis, fidei *Christi* adherentes stationem, *Christianā* minimè deserunt: in maximā illā prophetarum strage edita, *Achabi* & maledictæ *Iezabelis* tempore: relicta erant 7. milia hominum, qui non curuarunt genu *Baali*, & non est dubium quin suos habeat *Iehova* in *Ecclesia Scoticana*, qui divinā gratiā, veritatem, & professionem *Christianam* sanguine sint obsignaturi: atque hunc honorem si *Deo* placet postulaturi, ut constantes esse valeant assertores, & testes veritatis. 2. *Actiones Sauli externa.* 1. Accedit ad Pontificem maximum. *Obserua.* Astutia *Satanæ* est singularis in *Sanctorum* persecutoribus, cuius instinctu *Saulus* adhibet ad muniendam aduersum sanctos persecutionem, *Personæ Ecclesiasticæ* auctoritatem: idem tentare, & efficere consueverunt, quicumque contra *Ecclesiam*, eiusque libertatem machinantur, scilicet asciscere sibi præcipuos aliquos è *Pastorum* numero, quorum consilio, & approbatione abutantur ad prauum suum institutum conficiendum. *Iudæi* ad *Christum* crucifigendum, *Iudæ* vnus ex *discipulis* operā atque prodicione sunt vsi. *Obseruamus* hanc *Satanicam* technam, ne

præiudicium *Ecclesiæ* afferatur. 2. *Actionis pars.* Petit ab eo *Epistolæ* perferendas *Damascum*, ad *Synagogas*. *Observatio.* Non solum id efficit *Sathan*, ut atroces *Ecclesiæ* persecutores auctoritate obtinentium præcipuum locum in *Ecclesia* insigniantur, sed etiam lege, literisque crudelitatem in sanctos expromendam muneri velint. Petit itaque literas. Quod non est nouum, nam tempore *Achabi* & *Iezabelis*, quo *Achabus* sese affligeret propter *Nabothi* vineam, hanc artem excogitauit *Iezabel* maledicta, ut obliquata literæ mitterentur, & jejuniū indiceretur: interim adessent subornati testes duo qui *Nabothum*, ut blasphemum in *Deum*, & *Regem* accusatum lapidibus obruerent: quod est peractum, *1. Reg. 21.* sed *Achab*, atque *Iezabel* tanti sceleris pœnas penderunt, vide *1. Reg. 22. 2. Reg. 9.* ut alijs mensus fueris, ita remerientur tibi.

Sic *Aman* literas impetrauit à *Rege Assuero*, *Esther. 3.* de contrucidandis vno die *Iudæis* omnibus, patibulumque erexit pro *Mardocheo*, cui ipse liberatis *Iudæis* opera *Estheræ* *Reginæ* est suffixus, & *Daniel. 3.* expendit edictum *Regum* *Idololatricum*, & abominabile promulgatum, & *Daniel. 6.* vides hunc *Satanicum* modum agendi contra pios, & *Sanctos* diu obtinuisse, *Satanæ*que organa repentinum interitum sibi accersuisse. Porro *literarum* quas optat hæc est summa ut *Saulus* adducat *Ierosolymam* vinctos omnes tam viros, quam mulieres, qui sunt huius viæ, id est *sectæ*, qui *I E S V M C H R I S T V M* profitentur, eiusq; in nomine aternam salutem: *Christus* sese viam appellat. *Io. 14.* Quod nemo patrem accedere possit nisi per eum. *Obserua.* *Sauli* scuitia est singularis, nulli sexui parcat, sed indifferenter vult omnes adduci *Ierosolymam*, quæ esset omnium *urbium* orbis terrarum gratissima in *Deum*, eam tot insignibus ornari, prærogatiuis, sed atrocissima existit in *Christum*, eiusque seruos: ita vsu venire solet, ut quos oportebat esse religiosissimos, & officiosissimos, sepius sint impijssimi, & hostes scuitissimi: qui crudelitatis suæ debitum ferunt supplicium, ut animadvertere est in *Ierosolymorum* excidio à *Tito Vespasiani* facto. 2. *Obserua.* Conatur *Saulus* professores *C H R I S T I* vinctos adducere, & ipse postea conuersus vincitur *Christi* causa.



Si malum patrare tentaueris, proportione seruata Dominus te remunerabitur: *Davidis* adulterium traditione concubinarum filio castigauit, 2. *Sam.* 12. *Achabi* patratum facinus in effusione sanguinis *Nabothani* pari poena puniuit: & *Adonibezecum* tali affecit supplicio, quali ille 70. *Reges. Iud.* 1. Atque hoc facit Dominus in misericordia erga suos, in iustitia erga reprobos.

*Vers.* 3. Habetur modus conuersionis *Sauline.* 1. Circumstantia est temporis. Cùm fuit propè *Damascum.* 2. Lux circumfulsit eum. 3. Cecidit in terram. 4. Vocem audiuit, *Saule Saule* quid me persequeris? 5. Ipse edit vocem hanc. Quis tu Domine? 6. Respondit Dominus, sum Iesus, quem tu persequeris durum tibi  $\pi\rho\delta\varsigma$   $\kappa\epsilon\upsilon\tau\epsilon\varsigma$   $\lambda\alpha\lambda\iota\zeta\epsilon\upsilon$ . In temporis circumstantia obserua Dominum suis opitulari consuesse, conatusque persecutorum, & atrocium hostium præpedire in executionis puncto versantium: expende praxin in populo tyrannide *Pharaonica* exempto, quem cùm *Pharao* persequeretur, montibusque vndiquaque cingeretur, mareque rubrum præ oculis fuisset (mirum) *Israelem* dat saluum obruto *Pharao*ne atque *Aegyptijs*: in  *Davide multoties*, 1. *Sam.* 18. 19. 23. 30. in *Ezechia* in obsidione *Ierosolymorum* à *Sinnacheribo* facta. *Reg.* 19. in *Iehosaphato*, 2. *Cro.* 20. & deniq; in *Ecclesiæ Anglicanae*, atque *Scoticanae* conseruatione ab immani illa classe *Hispanica*, diuinitus fusa, atque demersa, cùm nulla superesse videretur spes euasionis. 2. *Observatio.* Lux illum circumfulsit. Dominus exercituū habet in promptu omnes res creatas ad peragendum, quod ipsi videtur. Cælum elementa, vt supra ostendimus, minimas creaturas si armet potentiā, quis valet obistere? quid dicam si ipsius hominis conscientiam excitet, quātum tormentum? ne laceffamus hunc omnipotentem, cuius ira si tantillum arserit, quis potest subsistere.  $\text{E}\xi\epsilon\mu\phi\upsilon\upsilon\varsigma$ . *Observa.* Nonnunquam eveniūt atque incidunt, iudicia Domini repentinò, *Prov.* 1. comparantur Turbini. Expende in *Baltazaro*, *Dan.* 5. qui descriptū digito iudicium suum viderat in pariete inter conuiuandum, & dum sese cum magna caterua procerum pleno poculo prolueret. *E Cælo*: Domini iudicia decidunt cœlitus, itaque Dominus omnes terrenos monarchas supereminet: quos rebelles, impiòs, & contumaces, quando vult potest opprimere, & in nihilum redigere. *Cecidit.* *Observa.* Si visio lucis hunc producit effectum, vt ipsa prosteratur *Saulus*, quā terribilis futura impijs, & scelerosis apparitio

apparitio Agni, cùm sese manifestabit in nubibus in flāma ignis, 2. *Theff.* 1. vide *Isa.* 6. adde visionem potentiæ divinæ, quæ non fit in misericordia, tantum formidabilem esse: proinde petamus frui potentiā divinā, quæ gratiam coniunctam habeat. *Vox edita.* *Saule, Saule*, quid me persequeris? Ergo licet nominatim compellare *Ecclesiæ* persecutores. 2. *Observ.* Qui Christi membra persequuntur, ipsum Christum caput persequuntur, vt hic videre est, imò ipsum Deum patrem, *Isa.* 63. 9. Spiritumque Sanctum, vt supra fulius, 1. *Pet.* 4. 14. *Quis Domine?* *Observa.* Idonei sunt ad audiendam Domini vocem, qui sunt humiliati, atque deiecti, spiritusque Sancti gratiā præparati: vt in *Saulo* videre est, nemo enim potest vocare Iesum Dominum, nisi per spiritum, 1. *Corinth.* 12. *Respon.* IESVS,  $\sigma\kappa\lambda\eta\rho\nu$   $\Theta\iota$ . Durum tibi contra stimulum calcitrare. Proverbium hoc mutuatum ab equis, qui calcitrant, aut Bobus reluctantibus, quando punguntur, quo significatur bellatores aduersus Christum sibi malum accersere. Vide *Dan.* 2. de lapide exiguo è monte exciso sine manibus, conterente imaginem illam terribilem, signrante Christum dominum caputque & principem populi sui, & *Math.* 21. *Observ.* In hac *Sauli* conuersione notemus potentiam Dei singularem, atque misericordiam, ne de salute cuiusquam desperemus: vocat Dominus in vtero, vt *Ieremiam*: in ætate media *Saulum*, in mortis articulo, *Latronem*. At ne rarum hoc, & vnicum exemplum nobis proponamus, ad gratiæ divinæ, atque misericordiæ abusum, pœnitentiæque seriæ procrastinationem, verum cum animis nostris cogitemus deum, vt misericordem, ita etiam iustum esse omnis peccati, quod non consequitur vera resipiscentia, vindicem *Isa.* 56.

*Vers.* 6. Effectus alius, quem vox Christi in *Saulo* produxit. Est tremor, & pavor. Supra fuit reuerentia, appellauit enim Christū Dominum. 3. Est obedientia. His verbis, quid vis Domine faciam. *Observatio.* Vbi gratia Spiritus Sancti cooperatur verbo, hæc tria consurgunt reuerentia, timor, obedientia: vbi verò ista non producūtur, certum est spiritum operatione cum verbo non cucurrisse. 2. *Observatio.* Correctio Domini est *Saulo* salutaris: verum deprehenditur illud, *Iob.* 5. Beatus ille est, quem DEVS castigat, & *Psal.* 94. Si non fuisset præpeditus atque coërcitus in atrocē, & sceleroso hoc proposito de vincendis Sanctis *Damascenis*,



adducendisq; *Ierosolymam* potuisset in suum ipsius interitum præceps abire. *Resp. Dominus IESVS Surge.* Dicitur tibi &c. jubet eum surgere. Cui oportet ipsum Iesum surgendi potestatem tribuere. *Observatio.* Tametsi fiant denturque nobis mandata, atque exhortationes, nulla ijs præstari potest à nobis obedientia, nisi gratiam Dominus largiatur: penes quem est etiam prostratos, atque deiectos quouis modo, excitare. 2. *Observatio.* Christus vult docere Saulum hac deiectione modestiam, qui tametsi sit leguleius, beneque doctus, nihilominus tamen cum humilitate sese tradat in disciplinam: hinc discant, personis hominum minime fastiditis, divinam vocem audire, atque amplecti, cum reuerentia, animorumque submissione. 3. *Observatio.* Ordo à Christo institutus de instituendis hominibus ad salutem per prædicationem Euangelij obseruandus atque retinendus est, *Rom. cap. 10.* fides est ex auditu, & *Ephes. cap. 4.* Non sunt itaque de cælo expectandæ nouæ revelationes, vt somniant Anabaptistæ, sed perfecta vitæ æternæ ratio ex verbo Dei scripto petenda: vbi Christi vox sonat, quæ tantum in Ecclesia audienda, iuxta patris testimonium; *Hunc audite.*

*Vers. 7.* Socij itineris audiunt vocem *Sauli*, at neminem vident. *Obserua.* Qui scelus aliquod aggrediuntur, eiusdem socios habebunt ad manum, vide in apprehensione Christi, & in Ecclesiæ hostibus omni ætate: hoc etiam tempore, in quo versamur, qui haud dubiè iudicij eiusdem futuri sunt participes cum sceleris authore, vt & hi qui existunt *ὄντες* attoniti, fugiamus proinde praua commercia, si minus possimus prauorum præsentiam declinare: Nam sic, vt loquitur Apost. 1. *Corinth. ca. 5.* mundo nobis esset exeundum: ad minimum corruptos mores, atque scelerosa facta devitemus.

*Vers. 8.* Paulus surgit apertis oculis, neminemque videt, lux, quæ illum circumfulsit adeò oculos ipsi perstrinxit. Introducitur cæcus à comitibus itineris, ille idem, qui proficiscebatur *Damasum* ad ligandos sanctos, quos perferret *Ierosolymam.* *Observatio.* Impiorum proposita redeunt in ipsorum caput, & quæ in alios decreuerunt, in ipsos retruduntur, vide *Reg. 2. cap. 6.* de *Aramitis Elifæum* virum DEI persequentibus, occæcatis, atque in urbem

SAMA 7

*Samaritanam* introductis, & in *Balaamo*, qui maledictionis loco, benedictionem populo contulit: denique in ijs qui missi sunt ad apprehendendum Christum ipsi ab Iesu vera, & pia loquente apprehensi sunt. Mira est Domini potentia non solum reprimendis impiorum insultibus, sed retrudendis, atque conuertendis in ipsorum bonum.

*Vers. 9.* Vocatio *Sauli* non videntis, qui nec edit, nec bibit. 3. dies. Ieiunat miraculosè, & in officium præparatur, cui erat sufficiens, interim pijs cogitationibus occupatus.

*Vers. 10.* Colloquium Domini cum *Anania* discipulo, quem mittit ad Saulum restituendum, & instituendum. Tria, vt patebit, præstat *Ananias*. 1. Restituit ipsi visum vt Domini instrumentum impositione manuum. 2. Communicat Spiritum Sanctum instrumentaliter. 3. Baptizat. & hoc Sacramento declarat Saulum esse ascitum in numerem filiorum Dei, atque societatem Christi. Alloquitur Dominus *Ananiam* in visione, vt moris erat antiqui, quo testatur suam præsentiam. *Resp. Ananias adsum Domine.* *Obserua.* Vocanti Domino, atque imperanti est obediendum. Supra fusè.

*Vers. 11.* Præscribit Dominus, quid *Anania* sit faciendum: Nimirum, vt eat ad vicum qui rectus dicitur. *Obserua.* Omnia divinis oculis patent, ne idcirco peccemus obtectionis spe, siquidem cuncta ipsi sunt manifesta, ipsa etiam media ad finem ducentia. Paulus precabatur. *Observatio.* Exemplo *Sauli* simus precibus intenti quibus mediatoris nomine nuncupatis impetrantur bona à Deo patre, atque depelluntur mala. Supra.

*Vers. 12.* Eodem tempore vidit *Saulus* per visum virum nomine *Ananiam.* *Obserua.* Vt prius Dominus media componit, & disponit ad propositum tendentia.

*Vers. 13.* Videtur *Ananias* detrectare cum ratione. 1. Nam hic *Saulus* fuit persecutor, etenim audiui & verè quod malis affecerit Sanctos *Ierosolymis.* *Observatio.* Fama mala volat: attendendum itaque actionibus nostris, prout enim quisque sese gesserit in vocatione, & muneris functione, ita futurum à plerisque vel bene vel male audiat: Et si de bonis mali male loquantur, boni tamen & piè sentiunt, & bene loquentur de bonis.

Ec 2

Vers. 14



*Vers. 14. 2.* Ratio *Anania*. Potestatem habet à principibus Sacerdotum vincendi omnes, qui invocant nomen tuum. *Observa.* Maximè regentus in hac vita infirmitatibus naturæ manet obnoxius utpote timori, alijsque. Animadvertere est in *Abrahamo*, affirmante *Abimelecho Saram* fuisse sororem, in *Moyse* detrectante ad *Pharaonem* proficisci, in *Elia* post cedem sacerdotum *Baalis*: studeamus nos divina gratia freti hunc timorem excutere, divinoq; verbo credere, artemq; hic Satanicam obseruemus, qua vult Ecclesiæ hostes autoritate vestiri ad perpetrandum facinora qualiacumque.

*Vers. 15.* Iubetur *Ananias* à Domino proficisci, cum instrumentum electum sit iste *Saulus*, qui perferat nomen Iehovæ in conspectum gentium, & Regum, filiorumque Israelis. *Observa.* Quemadmodum Dominus habet præfinitum tempus vocationis ad gratiam, ita nihil habemus boni, aut gratiæ, nisi quod nobis Dominus communicat: quare ipsi in solidum omnis gloria tribuenda. 2. *Observatio.* Munus nostrum est proferre ad omnis ordinis populum nomen I E S V, id est, prædicare in hoc nomine esse salutem omni credenti: Nam salus per Christum parta est communis Iudæis, atque gentibus, si credant: proinde quisq; pro vocatione, sed maximè reges autoritate valètes omnem gloriam, atque potentiam conferre debent ad huius Regni Christi illustrationem, & amplificationem.

*Vers. 16.* Præmonet hunc *Saulum* multa laturum pro nomine Iesu: vide 2. *Corinth. 11.* verificatum: quantoque susceperit labores in Euangelij propagatione, ab *Ierusalem*, & circumiacentibus regionibus vsque ad *Illyricum*; *Rom. 15. 19.* *Obser.* Piorum fors & seruatorum Christi maximè fidei est crux, 2. *Tim. 3.* omnes qui piè vivere volunt in Christo persecutionem patientur, & *Philip. 1.* datum vobis non solum credere, sed pati, quod est sanè gloriosum: qui si patiamur regnabimus, 2. *Timoth. 2.*

*Vers. 17.* Habes. 1. obedientiam *Anania*, mandatiq; commissi executionem. 2. *Saulini* visus restitutionem. 3. *Sauli* prædicationem, atque confirmationem Christum esse Dei filium. 4. effectum productum in auditoribus: Dominus per *Ananiam*, Paulum separat ad munus Apostolicum. *Observa.* Medium à Deo ordinatum, non est contemnendum. Potest cœlitus ἀμείσως docere homines,

mines, sed secus decrevit scilicet per verbum à legitimè vocatis prædicatum. 2. *Observatio.* Obtemperemus vocanti Domino præsertim rationibus convicti. 1. Exemplo *Moyfis*, qui initio volebat illam ad *Pharaonem* præfectionem reijcere: tandem rationibus moti susipientis, *Isa. 6. Ier. 1.* & hac praxe *Anania*, qui domum est ingressus. *Observa.* Non satis est in genere obedire, sed par est in singulis circumstantijs. *Elias* Propheta per inspirationem Spiritus Iehovæ etiam dissuadente *Obadiab*, inquit, *Achabo*, tu das turbas Israeli, domusque patris tui: sic *Amos* prophetavit in curia, sacelloque regio, dehortante *Amazia* Regeq; conquerenti. *Amos. 7.* *Ananias* appellat *Saulum* fratrem paulo ante persecutorem. *Observa.* Mutatâ professione nomen commodè mutandum, ita illi appellandi, qui olim hostes Ecclesiæ, nunc vero eiusdem membra, modo verè eos pœniteat antea acta malæ vitæ, & atrocitatis in Ecclesiam expromptæ: de nostris excommunicatis valde dubitamus, quia adhuc in ipsis studium propagandi regni Christi, atq; conferuandi in puritate eiusdem libertatem desideratur. *Dominus misit me.* Pastores sunt veri, gratiaque ad docendum ornati, qui à Christo mittuntur: non currendum, antequam mittantur, ne destitutos nos deserat in medio cursu. *I E S V S qui visus est.* Dominus ille Dominantium certissimè interruptit propositum impiorum, & priusquam animadvertunt, aut destruit, dissipatque, aut ad se in gratia vocat, ut *Saulum*. Finis missionis est, ut visum recipiat, impleaturque Spiritu Sancto. Statim occæcatus, statim restituitur, vtrumque facile est Domino perficere: mittitur *Ananias* ad *Saulum* non ut solum videat oculis corporis, sed, ut illuminetur mente, in qua lux mundi luceat, Sol illæ justitiæ, *Isa.* illaq; matutina stella Iesus Christus, qua collustratus gentibus lucem ferat Euangelicam, illæ vero hac prælucente ferantur in cœlestem patriam. Per Spiritum Sanctum intelligenda sunt Spiritus Sancti dona, nominatim donum prophetiæ, prædicandi que Euangelij, & diuersis linguis loquendi, edendi que miracula, quæ maximè facere videntur ad illustrandum, & amplificandum Christi Regnum: Cerimonia qua utitur *Ananias* est manuum impositio, de qua bis supra. *Observatio.* Naturâ sumus omnes meræ tenebræ, mentibus vero illuminationis donum conceditur à Christo luce. *Ephes. 5.* Proinde à patre luminum petamus τοῖς χάρισμασι τῆ



πνεύματι ἀγνῶ repleamur, præsertim cœlesti luce ad muneris functionem.

*Vers. 18.* Quasi λεπιδες. Λεπις est Squama, & etiam porrigo genus morbi: Significatur Pauli status ante conuersionem: Qui tamen ad pedes Gamalielis fuerit educatus & institutus, tenebris tamen densissimis mentem habebat offuscata, donec lux mundi I E S V S in ea lucere cœpit. Faterur ipse *Philip. 3.* ex quo enumerauit, quibus ornabatur, prærogatiuas, omnia duxit σκύβαλα præ illa excellenti Iesu Christi cognitione. In Iudaismo, & Pharisaismo erat eius mens quasi obuelata squamis, vt & omnes, antequam per gratiam Christi illuminentur. Iudæi dicuntur habere velum, quo eorum cor obtegitur, ne videre queant eius finem, quod est abolendum, id est legis, cuius finis est Christus, *2. Corinth. cap. 3.* Moyses fuit velata facie, quando descenderat à Domino, cuius faciem ne Iudæi quidem intueri poterant, hanc duritiem cordis figurabat. In Euangelio sine velo licebit Domini faciem in Christo splendentem intueri, *2. Corint. cap. 3.* *Observ.* Antequam possimus videre cœlestia, naturalem cæcitatem, cui omnium mentes subiiciuntur, profligari oportet. Sequitur. Et Baptizatus est. Non est per hoc Sacramentum factus Christianus, sed declaratus, cuius certè contemptus est exitialis: Proinde qui contemnit, sibimetipsi existit causa pœnæ, atque supplicij grauissimi.

*Vers. 19. 1.* Capescit cibum. *Observatio.* Naturæ habenda ratio, quæ in sano statu est conseruanda per alimentum, quo possumus demando munere sani defungi, *1. Timoth. 5.* Apostolus iubet *Timosheum* ολιγῶ οινῶ χρῆσαι propter crebras stomachi infirmitates. In abstinentia à cibo, quidam superstitiosuli religionem collocant. vide *2. Colos. cap. 2.* περὶ τῆς ἐθελουθρησκείας, & *1. Timoth. ca. 4.* vocat Apostolus Doctrinam Daemoniorum hanc abstinentiam. 2. Mansit cum Discipulis *Damasci.* *Observ.* Iuxta hanc Pauli praxin bonorum sodalities delectaremur, qui habitabunt in tabernaculo Iehovæ, pios, timentesque Deum, magno habent loco: & David oblectatur Sanctis, ad quos eius bonitatem ait extendi, *Psal. 16.*

*Vers. 20.* Iam Paulus prædicat Christum esse Dei filium, quem paulò ante tam ardentè est persecutus: Magna mutatio per Spiritus

ritus Sancti operationem. Hæc verba fuere exposita in Baptizatione Eunuchi. Hoc tantum hac vice. Consilium carnis non esse admittendum in suscipiendo, atque obeundo nostro munere.

*Vers. 31.* Effectus prædicationis Paulinæ. Stupor scilicet omnes occupat, atque meritò, cum extiterit Ecclesiæ vastator, summusque Sanctorum persecutor, vbi iterum habes admirandam Dei in Paulum misericordiam. Quos vult vocat ad gratiam, & quando ipsi videtur: Nouit optimè qui sunt sui. Non est volentis, vt loquitur Apostolus *Rom.* neque currentis, sed miserentis Dei. vide *1. Timoth. 1.*

*Vers. 22.* Paulus non solâ autoritate contendit, sed allatis Prophetarum testimonijs, atque collatis Scripturæ locis, vt artifices aliquid compacturi solent singulas partes comparare, vt alia alijs ad Amussim quadrent: demonstratque eum esse Christum. *Observatio.* Optima ratio comprobandi veritatem, est per verbum Dei à Prophetis atque Apostolis, Spiritus Sancti amnuensibus conscriptum.

*Sers. 23. ad 31.* Comprehenduntur hisce versibus duo. Sauli pericula, duæque evasiones, eiusque cum Discipulis Ierosolymitanis reconciliatio per *Barnabam.* Primum periculum ipsi imminet, quod Christum Dei filium prædicauerit. *Observa.* Prædicantibus veritatem discrimen impedere ab hostibus, certum est. Verum consolatione fruamur ex liberatione Saulinâ, cuius Sauli protectioni divina providentia ita inuigilauit, vt semper tutus, saluusque manserit, donec finis vocationis instaret, quo tempore in Paulo martyre per constantem veritatis assertionem glorificatus est Dominus. Iudæi duo machinantur in Saulum. 1. Consilium prensant de eo interficiendo. 2. excubias agunt per gubernatorem sub *Areto*, *2. Cor. 11. vlt. vers.* De eo etiam occidendo. 1. *Occurrit* temporis descriptio, *ἰκάναι ἡμερῶν.* Spatium temporis est Triennium, quo Apostolus *Damasci*, atque in circumiacente Regione docuit. *Observ.* Cum tempus omnibus præstitutum sit implendum, benè, & sapienter eodem vtamur, gratiamque oblatam præclara hac occasione absit, repudiemus. Etenim vel in hoc vitæ curriculo gratiâ amplecti, & pœnitentiâ agere oportet, vel certò statuendū post hanc vitam nullum locū hinc relinqui.

*Observ.*



3. *Observa.* Impij quod volunt, exequi nequeunt, nec quando: non fuit penes *Pharaonem* populum DEI extinguere, tametsi  $\omega\lambda\upsilon\beta\omicron\pi\omega\varsigma$  & atrocissime fit conatus. Ipse *Satanas* in summam consolationem nostram, divinæ providentiæ cancellis coercetur, extra quos nefas egredi, nisi permittente *Iehova*. 3. agunt per consilium. *Observatio.* Pessimi quique Ecclesiæ hostes instinctu, & Satanico astu, consilio scilicet prensato, ut volunt, res perniciosissimas aggrediuntur. Dixit *Pharao*, dum scelus meditaretur de opprimendo *Israelitico* populo, operemur prudenter. Et gubernatores principesque sub *Dario*, de *Daniele* è viuis tollendo statutum instar *Perlici* curarunt promulgandum: Etiam *Iudæi* concilium coegerunt de crucifigendo Dei filio. Ita infestissimi Ecclesiæ aduersarij à *Satanâ* occæcati, cum in Christi membra machinantur malum, autumant se consulto, atque bene operari: sed quod faciunt divinâ dispensatione recidit in ipsorum caput, & reapse probant euentuque redundante in ipsorum perniciem sese in omnibus machinationibus fuisse stultissimos. Expende in *Pharaone*, *Sinnacheribo*, *Hamane* in *Patibulum* acto, quod erexit pro *Mardocheo*, & in alijs. 4. *Observa.* Qui essent præcipui Ecclesiæ defensores, causæque Christi, sæpissimè reperiuntur in eandem machinatores, zeli indumento religionisque velati, ut hic *Iudæi*, & *Papistæ*, necnon *Iesabel*, quæ fucò divini cultus jejenium jubet indici, testesque subornari, qui *Nabothum* accusarent atque lapidibus obruerent, 1. *Reg.* 21. huc accedit, quod decreta impij concilij semper existunt perniciofa.

*Vers.* 24. *Saulo* innotescunt eorum  $\epsilon\pi\theta\omicron\lambda\alpha\iota$ . Sed quomodo, hic non exprimitur. Deus secreta revelat suis seruis, *Amoz.* 3. excitat etiam fautores eorum salutem consulentes utpotè *Obadiam Achabi* tempore, qui edocuit *Eliam* de Regis, atque Regiæ *Iesabelis* pernicioso proposito: necnon sororis *Pauli* filium, qui centurioni detexit 40. *Iudæorum* conspiracyonem de trucidando *Paulo*, *Act.* 23. 16. 17. militibus stipato, salvoque misso ad felicem gubernatorem: decretum Regis *Syriæ* in conclavi *Eliseo* revelatum: rumoremque quendam esse à Deo testatur *Propheta Obadiab*: hinc perspicuum *Iehovam* in bonum Ecclesiæ, seruatorumque eius vno, aut altero modo de impiorum conatibus consueuisse præmonere. 2. membrum periculi: obseruant portas die, ac nocte. *Iudæi* instigarunt

instigarunt gubernatorem *Areta* Regis ad hoc præstādum, 2. *Cor.* 11. *Observ.* Scelerosi, & sanguinolenti nihil non moliantur ad complēdum suum facinus. Hi volunt civilis Magistratus auctoritate muniri, magnosque & multos assumunt labores, ut impiè faciant, *Iere.* 9. 5. peruersè agendo defetiscuntur: *Prouerb.* 4. 16. Ne quiescere quidem valent, nisi aliquid mali patrauerint.

*Vers.* 25. *Euasio* *Sauli*, cura *Discipulorum* & modus. *Observa.* Licet etiam vocatione salua hostium insidias, atque conatus devitare. 2. *Observ.* Vbi in arctum coguntur Christi serui, omnisque effugij spes videtur ipsis adempta Dominus offert evadendi occasionem. 3. *Observa.* Veri *Discipuli* sunt hi, qui cum capitis periculo non dubitant manum admouere ad conseruationem seruatorum Christi in discrimine versantium. Paucos admodum reperias hac tempestate hisce similes ex nostris professoribus. Quotusquisque est ille, qui vitæ, imò bonorum, & quod est minus existimationis, atque famæ iacturam, velit facere pro eius defensione, qui Christi vice legatione fungitur. At plerisque, qui *Ministorum* vitam infectentur, eosque calumnijs, ludibrijs, contumelijsque proscindant. Boni est Magistratus officium, adeoque omnium Christianorum has partes implere, quas hi *Discipuli*. 4. *Observ.* fas est ad tempus hostium furori cedere, ut ad meliora reseruari, munere nobis commisso perfungi valeamus. *Luc.* ca. 4. *Math.* cap. 10. extat præceptum, Si fuerint vos persecuti in vna civitate, fugite in aliam.

*Vers.* 26. 27. *Reconciliatio* *Sauli* cum *Discipulis Ierosolymitanis*. Ac primum perhibetur *Ierosolymam* rediisse longe mutatus ab illo, qui exijt. Erat enim atrox *Sanctorum* persecutor. Redit verò *Pastor*, & *Apostolus* ad prædicandum *Iesum* esse Dei filium, in quo crucifixo sit apprehendenda per fidem salus, & vita æterna. Conatur se adiungere *Discipulis*. *observatio.* Verè conuersi tentant se pijs iungere: quodque impiè fecerunt, id ipsum toto animo odisse: vbi verò conuersionem non sequitur antea vitæ detestatio, atque emendatio, nequaquam censendi sunt syncerè conuersi; ut animaduertere est in ijs, qui armis, auroque *Hispanico* contra Christi causam conati sunt disceptare. Sed (Deo gratiâ) incassum. Addo, non esse in societatem Christianorum, sinumque Ecclesiæ admittendos temerè, & nimis cito, qui vel



veræ religioni sese opposuerunt, aut in eandem sunt machinati.

Certè nobis hic opus est prudentiâ serpentinâ.

*Vers. 27.* Reconciliator est *Barnabas*, qui adducens Saulum ad Apostolos, nominatim *Petrum & Iacobum*, tribus utitur rationibus, quibus impulsus eum pro Discipulo, Christi que seruo agnoscat. 1. quod viderit Dominum in via. 2. quod ei sit locutus; quod *Damasci* *ἐπαγγελία* liberè prædicauerit *ἐν ἑὐνοίᾳ τῆς ἰστορίας*. Ergo, & si periculis vnde quaque cingamur liberè, atque animosè est prædicanda veritas. Hæc in nobis verbi præconibus est solito multis numeris remissior, quam si non possent extinguere, & in totum abolere; saltem imminuere nituntur, hac ætate, quod quidem Christi liberrimi Regis scepro magnum affert præiudiciû: Nos autem audentius eamus in cursu sincero asserendæ & continuandæ libertatis Regni Christi, quam ne quidem patiamur vllatenus labefactari, ne dicam aboleri: approbati que bonorum testimonio sanctè, piè, ac fideliter in vocatione nos geramus.

*Vers. 28.* Constantibus Dei seruis pericula ex periculis sunt expectanda, sed Deus eorum conseruationi invigilat.

*Vers. 29.* Prædicat Iesum, atque disceptat cum Græcis, vel natione Græcis Iudaicam religionem amplexis, vel Iudæis in Græcia versantibus. Duo hic nobis incumbunt. 1. prædicare debemus, vide *1. Cor. 9.* Væ mihi nisi Euangelizaro. 2. Disputare *συνζητεῖν* si opus fuerit, per scripturas, confirmare, quod prædicamus. Saulus incurrit nouum vitæ discrimen, sed diuinitus liberatur, duciturque *Cæsaream*, atque mittitur *Tharsum*.

*Vers. 30.* *Observ.* Ecclesiæ consilio verbi ministris licet locum mutare, præsertim cum ab hostibus impetuntur. Vide in hoc Saulo, Prophetis que excellentissimis, nominatim *Elia*, qui vitam pro divina veritate profundere non hæsitasset. 2. *Obser.* Quid sit expectandum ab impio mundo vigilantissimis, atque fidissimis dei seruis veritatem cœlestem strictè, arctè que tenentibus, & asserentibus, nimirum mors. Si libere loquantur in peccata ab hominibus cuiuscunque ordinis patrata, læsæ, imminutæ que maiestatis censentur rei. Vide in praxi *Achabiana* aduersus *Eliam*: *Sedechiana* aduersus *Ieremiam*, *Amazia* in *Amozum*, alijs que: qui cum rationū

mo-

momentis praualesere sese nō posse vident, armis ad piorum mortem velint disceptare.

*Vers. 31.* 2. Cap. pars: in quâ *Felix* status ecclesiarum in *Iudea*, *Galilea*, *Samaria*, describitur hisce notis. 1. Pacem habent. 2. ædificantur. 3. pergunt in timore Domini. 4. multiplicantur per consolationem Spiritus Sancti. *Obser.* vt conuerso Paulo persecutore summo tranquillatur ecclesiæ status, ita sublatis inimicis maximis Satanâ, atque peccato, conculcatis que, tranquillissima, & pacatissima omnis miseriæ expers futura est sanctorum, in cœlis conditio. 2. *Obser.* Ecclesiæ perturbationes, & persecutiones non sunt sempiternæ. Dominus enim statis temporibus respirationem eidem concedit, atque pacem; ne prosum fatiscat continua oppressione, & spem omnem amittat, *Psal. 125.* Non sinit Dominus virgam impiorum perpetuo requiescere in sortem iustorum, ne & iusti manum extendant ad patrandum scelus. Pax Ecclesiæ hoc in terrarum solo est interrupta, & etiam conscientiæ, sed in illa *ἐμπνεύματι* Domini nostri futura perfecta omnibus partibus, perpetua, atque æterna. Vide *2. Thess. cap. 1. 4. 5.* Verum non semper cum Ecclesia externi tumultus, & perturbationes cohærent: Divinâ gratiâ in CHRISTO Sanctorum precibus effusis pax Ecclesiæ tribuitur: vt in *Psal. 125.* legere est, nominatim *1. 2. 2.* & *1. Timoth. cap. 2. 3.* *Obser.* Dissimulatione minimè vtendum ad procurandam pacem, vt quidam mundani, atque carnales, Sapientis que supra id, quod scriptum est facere consueuerunt. Paulus *ἐπαγγελία* prædicat Christum esse DEI filium, & iam pax est subsecuta: Liberè ergo annuntiemus DEI verbum prout accepimus, & eventum, atque successum committamus Domino. 2. Ædificantur in Domino, fidei que Christianæ incrementum capiunt, & stabiliuntur in fundamento, quod positum est in Ecclesiâ, *1. Corinth. cap. 3.* Porro, Metaphora est sumpta ab ædicatoribus, quibus Pastores conferuntur, fideles que domui, *Proverb. cap. 9.* Qui etiam sunt instar lapidum locandorum super hoc fundamentum, Spiritu Sancto per verbum prædicandum operante extruendorum, per Sacramenta cōfirmandorum, per disciplinam reformadōrum, & conformandorum fundamento, capiti que Christo.

Ff 2

Observa.

quoniam namque  
Lucas de ductum  
ad Apostolos fu-  
isse a Barnaba  
non tamen de  
duo dicitur ad au-  
piendum, sed de i-  
duo bus, qui soli  
tunc erant Hæro-  
solymiti Call. in  
Gal. c. 1. 29



*Obserua.* Cùm Sancti sint Domus, Spiritusq; templa debent studere sanctitati, & puritati vitæ: ne opus regenerationis inchoatum præpediatur. 2. *Obseru.* Muneris nostri est omnia, quæ prædicamus ad ædificationem personarum non destructionem dirigere, sed ad vitiorum inhærentium personis aut peccatorum ab ipsis admissorum abolitionem: vniuersusque etiam se vt est apud Iudam, vers. 20. in sanctissima fide ædificare debet. Queruntur quidam quod non ædificentur per Euangelij prædicationem: & certè mirum, nisi gratiâ destituantur etenim oportet ædificationem sequi, vbi annuntiatur syncerè Dei verbum, nisi hominum corda partim gratia priuentur, partim rebellione fuerint indurata. 3. est. Pergunt in timore Domini, quod vitæ conuersationem arguit esse piam. Hic timor propriè est ille, qui cadit in filios Dei, vocaturque filialis, qui complectitur divini nominis reuerentiam, amorem, & obedientiam in fide, qui est vt inquit *Salomon* sapientiæ initium: est & seruilis, qui competit seruis peccati: timent Deum propterea, quod pœnam metuant ab obirato Domino, iustoque vindice ipsis infligendam: quanquam non prorsus secluserim DEI filios à metu suppliciorum divinorum, sed impij eo duntaxat nomine Deum timere dicuntur, quod pœna inevitabili sint affiendi. Pij verò ardenti amore divini nominis inflammantur, reuerentia etiam, & obedientiâ delectantur, cùm timent. Præclare nobiscum agetur, si Dei timorem ob oculos præstitutum habeamus in omni actione. 4. est. Multiplicabantur. Numerus ad Christum vocatus crescebat sed quomodo, per consolationem Spiritus. *Obser.* Verbum prædicatum prodesse non potest, nisi Spiritus cōsolationis operetur, itaq; propter Ecclesiæ ampliationem optandos est Dei Spiritus, & si quouis affligaris modo, vel conscientia divexeris, hinc consolationem pete. Quidam cum affliguntur, aut vexantur alio modo nituntur sese refocillare, vel confugiendo ad hominum facetorum cœtum, vel viuo sese ingurgitando, sed verum, & solitum refrigerium manat ab hoc spiritu consolationis, qui sanguinem crucifixi, Christi agniq; Dei mactati conscientijs inspergit ad eas tranquillandas, pacandasq;

*Vers. 32.* 3. Pars cap. Continet Miraculum de *Aenea* paralytico sanato: cuius scopus est Dei gloriam illustrare, Ecclesiæque prodesse per veritatis confirmationem. Hæc habemus. 1. occasionem.

2. per-

2. personam restitutam. 3. modum. 4. effectum. Occasio est. Petrus peregrinabatur in illis partibus vt ipsi ex officio incumberebat, docebat Euangelium, Ecclesias plantabat, in veritate confirmabat, errores refutabat: Christi que regnum sedulo propagabat. Hic velit colligere Papa argumentum pro usurpata illa auctoritate, & potestate, quam prætendit: at perperam: cùm Petrus nihil præstet præter id, quod omnibus Apostolis fuerat commune. Sed cur non Papa verè vera docendo, obeundoque regiones Ecclesiam Christi instruit, stabilitq; iuxta verbum Dei scriptum omnibus suis numeris absolutum. Hac Petri praxe sedula discamus nos Pastores prouinciam nobis concreditam fideliter obire. Quo peruenit Petrus ad sanctos scilicet, qui habitabant *Lydda*. Quæ civitas est in Palestina à mari mediterraneo non procul distans, in Rupe edita sita, quæ *διοσωλις* dicitur in hanc permeat Euangelium Christi per Petri prædicationem: sicut ad nos *Scotos* perlatum est ordinatione divina sed piorum, fidorumque hominum ministerio simus grati.

*Vers. 33.* 2. *Persona curata.* *Aneas Liddensis* 8. annos paralyticus in lecto decumbens. Ex temporis circumstantia obseruo cùm egrotamus aut quouis laboramus modo spe certa expectemus liberationis nostræ tempus, si ipsi videbitur, eximet nos, nec illud diuinum opus vlla temporis diurnitas impedit. 3. Modus est per verbum, quod est tale, Iesus Christus te sanat. Hinc sequitur sanationem esse Christi actionem, & sanitatem eius donum, qui nedum corporis infirmitates curat, sed, & animarum: etenim verbum incarnatum præbet medicinam omnibus nostris languoribus.

*Vers. 34.* *Dixit, Surge.* Nulla inerat huic paralytico potentia ad surgendum 8. annos iam laboranti. Quare exhortationes ad virtutes amplectendas, & vitia deuitanda minimè arguunt inesse nobis naturalem potentiam obtemperandi: sed potius *ἀδυναμίαν*, & proinde nullo nomine nos penes esse parere, nisi gratia cœlitus nobis fuerit concessa: itaque cum *Augustino* dicemus, *Da Domine, quod jubes, jube quod vis, & tunc non frustra jubebis.* Cùm Dominus noster dixit Lazaro surge quadriduum in sepulchro scetenti, *Ioan. 11.* nulla in eo *δυναμὶς* surgendi, sed qui dixit surge, surgendi potestatem dedit: sic nihil bonarum virium in

Ef 3

nobis



nobis naturâ ad obediendum divinis mandatis, tota obedientiæ gloria gratiæ est ascribenda.

*Vers. 35. Effectum. Liddenses & Saronenses* in circumiacente Regione conuertuntur ad fidem Christianam: quod certè miraculo ducendum, cum in peccatis mortui viuificantur, & in Christi Regnum asciscuntur. Facessant alia fictitia miracula, & ista miraculosa vis, admirandaque virtus conuertendorum hominum ad Dominum sub Euangelio per divinam gratiam continetur.

*Vers. 36. Aliud miraculum*: quo Petrus suscitato per nomen Christi cadauere omnibus satis indicat sese verbum vitæ annuntiare. Cum *Tabitha* mortua vitæ restituitur, multi *Ioppenses* ad Messiam conuertuntur. Partes miraculi, & circumstantiæ sunt hæc. 1. Persona vitæ restituta. 2. Instrumentum per quod operatur Dominus noster. 3. Effectum miraculi: conuersio scilicet multorum *Ioppensium* ad fidem Christianam, *vers. 36. 37.* Describitur persona restituta. 1. ab vrbe in qua habitat nimirum *Ioppa* maritima, quo appellere consueuerunt profecturi in Iudæam ex *Æthyopia*. *Observatio.* Executioni quadam ex parte mandatum est Christi præceptum Apost. datum vt scilicet Euangelium prædicarent, testesque ipsi assisterent ad vltimas terræ oras, *Act. cap. 1.* 2. à professione est *μαθήτρια*, id est, discipula, quæ semet Christo in disciplinam tradidit, professa remissionem peccatorum in eius sanguinis merito, reconciliationemque cum Deo patre. Hoc certè præcipuum tuum elogium si pro Christi discipulo commenderis ab eo institutus in via salutis, & gloriæ. 3. à nomine: *Tabitha* significat *Ceruum*. *Dorcus*. à perspicacia videndi deductum nomen, & ista fuit bene perspicax in rebus divinis *Nabat*, Hebræis videre, & *δεραυν* Græcis est aspicere. *Observa.* Et vtile, etiam est laudabile in rebus divinis esse perspicacem. 4. à religionis praxi. Dicitur plena bonis operibus, & eleëmofynis, quæ à fide, Charitateque proficiscuntur. Veri Discipuli Christi hæc est descriptio, is est, qui agnoscit Christum pro Domino, salutisque petra, & ei per fidem incumbit, producit pietatis fructus in DEI gloriam redundantes, charitatisque in proximi vsum. Si examinemus, & exigamus ad hanc descriptionem huius ætatis miserimæ in quam incidimus, professores, facile videmus discipulo-

runt

rum verorum nomen minimè in eos quadrare, cum dicta, factaque ex diametro pugnent cum Christiana professione, officijque debiti partibus. Obseruare est plerosque deditos operibus tenebrarum producendis paucos verò, qui fructibus Spiritus delectentur, aut huiusmodi proferant, qualia hæc pia, & religiosa *Ioppensis* matrona: multis omissis, pro amplificando, atque continuando Christi Regno nulla cura tenentur. Imò rerum impiarum & periturarum ita sollicitè satagunt, vt quibus promoueretur Euangelium bona sacrilegi sacrilegè ad se traxerint. Vide interminationem *Malach. 3. Proverb. 20.* Domus etiam materiales in Dei cultum erectas, & consecratas nedum pollui, sed corruere miserrimè patiuntur. Sed ad vos Pertheses vbi opera fidei: estne divini nominis blasphematio quæ regnat, opus fidei, transgressione Sabbathi? carnes, adulterium, scortatio, ebrietas, odium, inuidia, hypocrisis, & quæ non apud vos, religionisve sincerae fructus? quid dicam de incuria vestra continuandi ministerij, & ad posteros transmittendi: alendi que pauperes in *ξενόδοξιω*, imò dicam quod res est, à plerisque vestrum citra conscientiam retineri bona, quibus alerentur, fruerentur egenæ Christi membra: velim, atque divinam maiestatem in Christo imploro, hæc per gratiam emendentur in vobis ad Dei gloriam bonumque vestrum: Memores sitis veram fidem non esse mortuam, ne otiosam quidem, atque fidelium nomen minimè mereri eos, qui in vsus pauperum nihil conferunt: Proinde in testimonium fidei vestrae sitis in pauperes beneuoli, atque liberales. 5. egrotauit *Dorcus*.

*Observatio.* Nemo mortalium est, qui non sit vobis infestus, ne liceat Reges excipere egrotant *Ezechias*, David alijque, *Psal. 32.* Ita etiam morti sunt obnoxij, proinde omnibus ita viuendum, ac si actutum esset ipsis hinc emigrandum: cunctis maximè attendendum sanctitati vitæ. Cum piam & religiosam vitam beata mors sequatur in Domino. 6. *Lauerunt* corpus. Obtinuit hæc apud Iudæos, atque Gentes consuetudo, vt patet hoc *vers.* (*Tarquini* corpus bona fœmina lauit, & vnxit: ) Hac lotionem reddebantur memores resurrectionis, vt per illa aromata, atque vnguenta, quibus inungebantur antiquitus: Necnon purificationis, & sanctificationis per sanguinem Christi.



Christi, *Heb. 9. 12. 13. Observa.* Tractari debent mortuorum corpora decenter, & humaniter, omni superstitionis funerum pompa amandatâ, nec non scruvitiâ & atrocitate in cadauera ab hominum animis profligatâ, & expulsâ. *Amoz 1. 16.* Sic ait Iehoua, propter tres defectiones *Moabi*, etiam propter quatuor non auertam istud eo quod combusserit ossa. *Regis Edomaorum*, vt calcem.

*Vers. 38.* Instrumentum Christi est Petrus in hac restitutione *Tabitha*. *Observ.* *Tabitham* religiosam velint in vitam reuocari in rem Ecclesiæ: quæ sublatione piorum non potest non damnum pati, qui diuinitus tolluntur, ne mala futura videant, *Isa. cap. 51. 2. Observ.* Natura fidei est hæc, certò expectare ea, quæ omnem naturæ rationem superant: vt est mortuorum Resurrectio. *Hebr. 11. 1.* Petrus vocantibus obtemperat. *Observat.* Serui Christi obtemperare debent accersentibus ad aliquam muneris sui partem obeundam, vt est ægrotorum visitatio: consolationis collatio.

*Vers. 39. Flent.* *Observ.* Fas est deflere defunctos, atque lugere in spem resurrectionis, *1. Theff. 4.* Sed supra. *2. Observa.* Fidei testimonia post nos relicta pietatem, atque religionem nostram testantur, vt hæc *Tabitha* insignia.

*Vers. 40.* Modus hoc habetur restitutionis *Tabitha*. *1.* Petrus procumbit in genua, qui est precantium gestus. *Observ.* Antequam vlli operi manuum admoueamus, ardentem, atque summissè precemur positis genibus ad indicandam animorum deiectionem. *7. Tabitha surge.* *Observ.* Quosdam Christus sanat virtute, vt *10a. 5.* Rectoris filium sanitati restituit: nonnunquam voce, vt *Lazarum*, *Ioan. 11.* Nonnunquam medijs repugnâtibus, vt luto admoto curauit cæci oculos: hic Petrus voce, sed virtute Christi revocat in vitam, vt *Elias*, *1. Reg. 17.* *Sareptana* viduæ filium, & *Elisæus*, *2. Reg. 4. Sunamitidæ*. Hinc discamus adeò excellentem esse Christi potentiam, vt per media, contra media, & sine medijs valeat quæ vult efficere. *2. Observatio.* In *Tabitha* emortua, nulla fuit potentia resurgendi: sic in nobis nulla est obediendi vis natura exhortationibus ad virtutes amplectendas, & vita fugienda, si quam habeamus inclinationem ad bonum est certè ex gratiâ. *Aperuit oculos.* & viso *Petro* resedit. Christus. Ergò est vitæ mortisque Dominus, *Apoc. 1. Rom. 14.*

*Vers. 41.* Vitæ restituta vocatis sanctis representatur.

*Vers. 42.*

Vide Pro-  
verb. 3. de  
matronis  
sedulis.

Apoc. 14.  
de morien-  
tibus in Do-  
mino.

*Vers. 42.* Miraculi effectum scilicet multorum conversio ad fidem Christianam: hic non est papistis præstitutus scopus in suis miraculis fictitijs, sed vt vulgus rapiant in admirationem, deludant sensus, lucrum querant, anram popularem, applausam, honoresque vœnentur. Quæritur cum huius matronæ anima omnibus mundanis miserijs fuerit exempta, cur sit corpore restituta ad nouas miseras subeundas? Resp. propter Dei gloriam, quæ in potentia divina reluceat, Euangelij veritas stabiliatur, multique ad fidem convertantur.

*Vers. 43.* Manet multos dies *Ioppæ* apud *Coriarium*. Papa qui vult sese haberi: Petri successor, non dignatur Proletariorum domos ingredi, sed palatiâ Regum: Imò vult Monarchas sibi subiici, & quod est scædum pedes exosculari. Nos verò Pastores hinc modestiam, atque humilitatem discamus. *Observ.* Plebei homines gratiores existunt, & melius affecti erga Christi seruos, quam *ευγενεις*, illustri que loco oriundi. Vidua *Sareptana* *Eliam*, *Martha* Christum, *Lydia* Paulum *Silamq.*, acceperunt. addo in fine sinu Ecclesiæ contineri omnis ordinis homines, qui fide Christum *τ σωτηρίας αρχηγον* amplectuntur.

## CAPUT X.



CORNELIUS ad Christi fidem adducitur ministerio Petri gentibus Euangelium prædicantis, quæ, accepto spiritu sancto, baptizantur. Partes principales sunt. *1.* Causæ impulsivæ sermonis Petri ad *Vers. 34.* *2.* Sermo ipse cum effecto ad finem. *A 1. vers. ad 9.* *Cornelius* *ευγενεις, & φοβουμνος τ θεου* iubetur ab Angelo accersere Petrum cum erudituro quid sit faciendum, cui obtemperat. *Cornelij* descriptio duobus primis versibus habetur. Vbi obserua *γενικως* verificatam esse illam *Noachi* Prophetiam, *Genes. 9.* Deus persuadebit *Iapheto*, vt habitet in Tentorijs *Semi*. Iam per Euangelij prædicationem vocatur *Cornelius*, Gentesque ad Christum, in cuius nomine salutem assequantur per fidem.

*Vers. 1.* habetur officium eius Centurionis nomine designatum.

Gg

Præ-



Præerat enim in *Cæsarea* militibus 100. ex cohorte Italica. Cohors 1000. Legio cohortes 5. ex recepta opinione *Calvini* cõpletur. *Pomponius Mela* lib. 2. 10. refert *Romanos*, ex quo *Judeam* & *Syriam* *Pompeius Magnus* subegit suos milites in urbibus habuisse, qui sub Romanorum Imperio easdem conseruarent, & in obsequio retinerent. *Observ.* Ingratitudo in Deum, contemptusque verbi populum nedum libertate, sed gloriosâ Euangelij luce priuat. Iam temporis hæc terra manet redacta in potestatem Turcicam: Si Deus non pepercit naturalibus ramis, Quid fiet de insitijs, si tales reperiantur. Plura, & magis abominanda in *Scotia* peccata regnant: Proinde grauius iudicium tibi *SCOTIA* expectandum, nisi diuinâ gratiâ resipueris.

*Vers.* 2. *Cornelius* celebratur *ἱεροσεβης* bene colens DEVM, & religiosus, timensque Deum. Religio ergo *Cornelij* non peditabat à supremi Magistratus autoritate, atque opinione. *Tertullianus* scribit, lib. 5. in Apologet. Quod Senatus, quos decreuit Deos colendos, eosdem populus colere tenebatur. Miserabilis & miseranda religio, quæ pendet ab hominum præscripto, & approbatione. Tres illi pueri impio Decreto & Idololatrico obtemperare detrectant, potius eligentes conijci in fornacem, quàm coram Idolo sese prosternere, qui injecti diuinâ potentiâ illæsi remanserunt. . Religioni itaque cultuique diuino strictè adhærendum verbo scripto consignato. *Observ.* Vera hominis commendatio consurgit ex vero timore Domini reuerentiam & obedientiam complectente, qui filialis dicî consuevit, charitatisque opera à fide promanantia coniuncta habet. In hoc Centurione hæc licet animaduertere, nimirum fidem in Messiam venturum: nondum credebat in Christum incarnatum, sed postea à Petro edoctus in Christum crucifixum credidit, eiusque in Nomine remissionem peccatorum, Salutem, Reconciliationem cum Deo Patre, Vitam denique æternam, atque gloriosam certissimè sperabat. 2. Obedientiam, quæ patet per ipsius actiones & opera. Disertis habetur verbis, quod assiduè sit precatus, populoque eleemosynas tribuerit egenti, erogaritque. Paucos milites, Imò dicam professores Christiani nominis reperias hunc adæquantes, at plerosque reperire est, ita Auaros, sordidos, parcos, vt nihil in egenorum vsum velint impertiri, quos

si do-

si domino placeret, *Salomonis* dicta optarem, expederent, *Prov.* 19. 17. & 28. 27. *Eccles.* 11. 1. 3. est. Precabatur assiduè. *Observ.* Precibus continuò incubendum, 1. *Thef.* 5. Quæ deo soli per vnicum Mediatorem Iesum Christum sunt nuncupandæ: & religionis officia ita sunt obeunda, vt Ecclesia ædificetur, & prolatur. *Cornelius* nò solum sui, sed familiæ rationem habet, vt & *Abraham*, *Gen.* 18. *Ios.* 24. & *Esther* 4. eximia certè illius laus, qui domesticos, atque necessarios curat esse pios, Religiososque.

*Vers.* 3. Vidit Angelum humana specie ad horâ nonam. *Observ.* Pij non egebunt cõsolatione Divina: aut per Spiritus Sancti internam operationem, aut Spiritus ministratorij præsentiam solatij plenam visitabuntur. De Angelorum bonorù officio paulò ante diximus. Vox verò Angeli ad *Cornelium* est nominatim eum appellans. *Corneli.* *Vers.* 4. effectum quod sequitur, est Pavor: sic *Dan.* 10. *Observ.* Si Angelorum aspectus terrorem pijs incutit: quanto magis terrebit impios diuinæ maiestatis præsentiam in magno illo iudicij vltimi die. Revereamur, & syncerè colamus hanc verendam, atque tremendam Maiestatem. Et si *Cornelius* tantâ reuerentiâ Angelum compellat, quantâ nos Creatorem prosequeremur. Dicit ei Angelus: Preces tuæ, & eleemosynæ tuæ ascendentur memoriæ causa in Dei conspectum. Vbi nota phrasin esse translaticiam, Hebræis: familiarè ab holocausti ritu ad preces, & sensus hic, Preces tuæ, & eleemosynæ tuæ non sinunt Deum veluti tui obliuisci. Sic enim solet interdù Scriptura quasi balbutire. *Observ.* Sanctorum preces exaudit Dominus, tametsi nò largiatur semper quod petunt: sed nonnunquã præstâtius: vt Paulo petenti ipsi adimatur stimulus carnis, nò cõcedit dominus, verù ipsi gratiam atq; potentiâ reprimèdi dat: quod est melius, cù ita in Apostoli infirmitate *δυναμις τοῦ θεοῦ* perficiatur: aliquãdo differt piorum petitis annuere, vt fides, atq; eorum patientiâ exerceatur. Vide in praxi illa mulieris *Cananeæ*, *Mat.* 15. Proinde indefinèter precemur in fide certò nobiscù statuentes preces iustorum, si sint feruidæ, apud Deum patrem magnù pondus habere, *Iaco.* 5. Non est existimandum preces *Cornelij*, hancq; in pauperes benevolentiam apud Deum promeruisse, sed Deum expèdisse fidem *Cornelij*, in quo opus suum coronauit. Porrò ne regenitorù quidem opera possunt mereri, cù sint contaminata peccato, sint imperfecta, *Luc.* 17. & tandè sint debita.

G g 2

Observ.



*Observa.* Recordatur Dominus, si quid in pauperes fuerit collatum, vide *Math. 25.* Christi duplicem sententiam vnam latam in pios, alteram in impios. Et expende locum, *Prov. 19. & 28. 27.* Qui largitur egenis ipse non egebit. *Mandatum Angeli.* Mitte Ioppen pro Petro. Hic quæras quomodo hoc resciverit Angelus. *Resp.* per revelationem divinam: habent Angeli cognitionem triplicem. 1. naturalem, & certè natura ipsis est insita singularis notitia. 2. revelatam ut hic, & *Dan. 9. Gabrieli* revelatur 70. hebdomadam interpretatio. 3. experimentalem, ut, ita dicam, *Ephes. 3.* Potestatibus in cœlestibus multiformis sapientia est per Ecclesiam. Obtemperat *Cornelius.* *Observatio.* Verbo divino obediendum. At ætas in quam incidimus renititur maximè DEI verbo, ut animadvertere est in hominibus huius seculi refractarijs, ebriosis, blasphemis, sacrilegis, adulteris, qui toties præmoniti minimè ad huc sese recipiunt ad meliorem frugem: quare ipsis expectandum divinitus iudicium inevitabile. Mittit duos, & militem timentem Deum. *Observa.* Fructus piè institutæ familiæ redundat in ipsum patrem familias. Partes fidelis serui præstitit *Abrahami* seruus religiosè institutus, *Genes. 24. Nero* impius, & crudelis questus est quod totâ vitâ fidelem neminem reperire potuerit: & meritò cum ipse scelerosus seruorum piè instituendorum nullam haberet rationem. 2. *Observa.* In omni hominum statu habet Deus, qui ipsum verè timeant. *Obadiam* apud *Achabum* Idololatram, hic Centurionem, & *Math. 8.* hominem illum cuius filium Christus curavit vitæ restituendum, illum etiam de quo sermo, *Math. 27.* qui dixit Iesum Christum fuisse verè Dei filium. Scribitur, *Theodosium*, *Ruff. 2. lib. 33.* quod antequam prælium fecisset cum *Eugenio* tota nocte esse precatum, & inde victoriam esse consecutum. Et *Constantium Constantini* magni, patrem cultores alienorum Deorum curiâ suâ expulisse, at contra sit apud nos, admittuntur, atq; tractantur Idololatræ, quibus *χαρειν* non esset dicendum, nec hospitium dandum, cum veram Christi doctrinam minimè afferant, neque profiteantur, imò eandem conentur subvertere. *David* nolit mendacem, deceptorem, arrogantem impium apud se commorari, sed in suis ædibus fidelem, qui in vijs Domini continenter ambularet, *Psal. 10.* faxit Deus, pietatem synceramq; religionem excolamus familiasque curemus piè instituendas.

Vers. 9.

*Vers. 9.* Serui amandati à *Cornelio* veniunt, cumque appropinquant civitati Petrus ascendit precatum. *Observatio.* Serui mandata Dominorum suorum in supremo Domino, cœli, terræque creatore exequerentur: hac ætate videre est plerisque Dominis legitima imperantibus obniti, immò Divinæ voluntati reluctari: contra præstant hi. Eminus properant ad urbem. At sunt ex nostris qui haberi, dicique volunt Domini serui, qui ædibus suis vix, ac ne vix quidem egredi dedignantur ad audiendum verbum Iehovæ qui redduntur ἀναπολογητοί per horum seruorum praxin, atque Iudæorum *Ierosolymam* per difficilia loca pergentium, neque vnquam subsistentium donec coram Iehova in *Sione* comparuerunt, *Psal. 84.* Actio Petri ante visionem est precatio quâ petit gratiam divinam sibi concedi pro Regni Christi amplificatione. *Observatio.* Omnes actiones sunt per preces inchoandæ. Antequam capeſſit cibum, precatur memor muneris obeundi, Ecclesiæque Christi apud Gentes amplificandæ imitatur Dominum suum, qui dixit, esca mea est exequi voluntatem eius, qui misit me, & perficere opus eius, *Ioan. cap. 4. 34.* 1. *Timoth. 2.* & *Daniel, Dan. 6.* Certè preces, Christi vnici mediatoris nomine effusæ in fide, multum possunt ad Thronum divinæ gratiæ, vide *Exod. 17. Ios. 10. Isa. 38. Iacob. 5.* Simus itaque precibus intenti. Locus est superior pars domus, vide *Math. ca. 10. 27.* *Observa.* Etſi omni loco precari liceat, idoneus tamen, & tranquillus locus deligendus. Christus in montem concessit oraturus, David vult, te conclavi tuo includas precaturus, sed quod sese receperit in æditorem domus partem docere nos vult corda in cœlum attollenda inter precandum, precantesque esse debere à rebus terrenis alienatos, sed in cœlestibus cõttemplandis occupatos. *Tempus.* Est hora sexta circa meridiem: trinis vicibus solebât precari. *David Psal. 55. 17.* septenis imò noctu surrexit ad precandum. Extat Apost. præceptum, 1. *Theſſ. 5.* ut precemur indefinenter, & rite quidem cum nunquam non peccemus, Dominusque noster nos jubeat vigilare, atq; precari, ne intremus in tentationem, Petrus etiam ad vigilantiam nos exhortatur, cum Diabolus instar rugientis leonis circumeat, quærens quem deuoret.

*Vers. 10.* Erat Petrus προωπειν, id est, valde esuriebat. Ergo precabatur jejunos, sed nullum in jejunio collocabat meritum,



at ut moris est naturalis esuriebat, non solum cupiens cibo hanc vitam alere, ac prorogare, quo munere commisso melius defungi possit, sed & esurie spiritali tangebatur propter Dei gloriam, gratiamque gentibus declarandam per Evangelij prædicationem. Sequitur interim præparantibus ipsi cibum incidit in eum mentis excessus. Quanquam non stupet Petrus, sed Dei colloquio fruitur, & mysteria eius docetur, mens tamen quasi excessu altius euecta fuit, breui ad locum, statumque suum reditura. 1. *Observatio.* Seruis Christi fidis non deerunt alimenta, utcunque à magnatibus reijciantur, ac fastidiantur. Leo potest premi esurigine, sed timentibus Iehovam nihil deerit, *Psal. 34.* Præmisit Dominus Iosephum in Ægyptum qui Ecclesiæ suæ fame pressæ prouideret. Coruum emisit ad alendum Eliam: viduam etiam illam *Sareptanam* designauit, cuius exiguâ farinâ, sed diuinitus aucta enutritur. Ut ingratus mundus Christi seruos alimento indignos putet & sacrilegi, qui ad sese sacrilegè rapuerunt bona Ecclesiastica, tamen diuinâ gratiâ nihil ipsis deerit: Si regnum Dei, iustitiamque eius quæserimus, illa adijcientur nobis. *Math. cap. 6.* Porro hæc *ἐκστασις* fuit quædam sensuum alienatio: Tali affectus Paulus, cum raptus fuisse fertur in cælum tertium, & utrum in corpore, an extra corpus ipsi non constabat, *2. Corinth. 12.*

*Vers. 11.* Propositum visionis est ostendere ciborum discrimen esse tollendum, gentesque ad Christi Regnum esse vocandas. Visionis partes sunt hæc. 1. Cælum vidit apertum, ut & fuit tempore Baptismi Christi, & cum Stephanus *πρωτομαρτυρ* à sceleroso, impioque populo lapidibus adobrueretur, *Act. 7.* hac apertione cæli significatur gentibus reueratum, & reclusum iri cælum propter peccatum primorum parentum clausum per semen illud benedictum serpentis caput contriturum. Aperitur itaque nobis cælum olim clausum merito sacrificij Christi in cruce peracti fide apprehendentibus, qui pontifex magnus penetravit cælos, *Hebr. 4. 14.* Quum igitur habeamus libertatem ingrediendi Sacrarium per sanguinem Iesu ea via, quam dedicauit nobis recentem, & viam per velum, hoc est per Carnem suam, quumque habeamus sacerdotem magnum præfectum domus Dei, accedamus cum vero corde, & certa persuasione puris cordibus à con-

conscientia mala, & abluto corpore aqua pura teneamus confessionem spei non vacillantem: fidelis enim est, qui promisit. *Hebr. 10. 19. 20. 21. 22. 23.* 2. *Σκην* ὡς ὁδὸν ἡμεγάλω τισσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον. Quo figuratur Ecclesiam ex omnibus mundi plagis corrogandam ut constat ex Prophetis. 3. Demittitur in terram, quo significatur locum militantis Ecclesiæ esse terram ad tempus donec in cœlestem patriam transferatur. Perperam, atque arroganter faciunt, qui locum in terris Sponsæ Christi, nisi ipsis videatur, denegant. 4. Contenta vasculo, quadrupedia feræ, reptilia, volucresque cœli, quæ figurant gentes à Republica Israelis, vitaque Dei alienas. *Observa.* Mens omnium hominum, antequam efficaciter vocentur, est tenebris obfuscata, cor peruersum, voluntas praua, affectiones corruptæ, denique quicquid est in nobis minus regegitis, est brutum. Quatuor Monarchæ Danieli representantur per quatuor animalia terribilia, quæ ad viuum exprimunt atrocem, ferocemque eorum naturam: & Christus meritò appellat Herodem vulpem, *Luc. 13.* Crudelitate, prauis moribus iniquis actionibus ad Christi gratiam non vocati naturam Immanium Belluarum referunt. Cæterum *Isaias 11.* vaticinatus est de gentibus coaprands in Christi Regnum, ubi dicit Leonem, & Agnum, Lupum, Ovemque cohabitare, quo innuit, tametsi natura simus feri, & ab omni gratiâ alieni, futurum tamen, ex quo fuerimus vocati, ut praua nostra natura subigatur per Spiritum in verbo operantem, & inchoatiuè componamur ad illam iustitiæ, atque sanctitatis imaginem, ut tandem aliquando ipsi Christo capiti nos membra cõformemur. 5. Vox auditur *δοθὲν, & φαγε.* Hic sublatum iri vult Dominus ciborum discrimen, vide *Lev. 11.* & *Deut. 14.* de comedendis, & non comedendis animalibus, sed aliud hic insinuat nimirum, Petrum esse debere mactatorem corruptionis, & prauitatis quæ latet in gentibus per gladium Spiritus, id est, Evangelium, quibus resectis, aut saltem coercitis conformentur Christo in sanctitate vitæ: atque huius administrationis fidelem, ac diligentem executionem vult esse Petri cibum, juxta illud Christi: *τὸ βρωμα μὲν* ut faciam voluntatem patris, & exequar opus, at quod me misit. *Obser.* Etsi hac ætate homines egerrimè ferunt reprehendi, spiritualique gladio secari ad carnis destructionem, incumbit ta-



men nobis *δρθοτομῆν*, atque ad viuum refecare vitiâ vt perimatur illud quod offendit Iehouam, separationemque facit Creatoris, & Creaturæ, scilicet, *Peccatum*. Petrus (inquit) non Domine, cum hætenus non comederim commune aut pollutum. *Observ.* Petrus vult retinere bonam conscientiam, Etenim adduci non potest, vt comedat, quod lege est vetitum. Sic *Eleazar* ille, 2. *Macch.* 6. mortem potius oppetere, quam suillam carnem contra legem comedere maluit, & religiosa Vidua, legisque Divinæ obseruatricis passa est omnes septem filios seque morte extinguere, quâ legem Dei violari, 2. *Macch.* 7. ad finem. 2. *Observ.* Cognitio nostra est tantum ex parte & inchoata, 1. *Cor.* 13. & vt ait ille perfectissimi hominis summa sapientia est proficere, Itaque demus operam indies magis, magisque in fide proficiamus. 3. *Observatio.* Iudicio nostro divina decreta non sunt metienda, cum ciborum discrimen iam sub Euangelio sit sublatum, mundisque omnia existant munda, *Tit.* 1. Proinde perperam faciunt aduersarij adhuc obseruantes ciborum certorum differentiam, Nec non damnantes coniugium, quod inter omnes est honorabile, *Heb.* 13. vide 1. *Timoth.* 4. *Siritius* Papa sanctum Matrimonium vocauit pollutionem contra sanctam institutionem divinam, *Gen.* 3.

*Vers.* 16. Ter hoc factum ad confirmandum Petrum, & vas rursus in cælum sublaturum, quo intelligat Petrus hoc cælo emanasse, quod vidit. *Observ.* Ecclesiæ origo est cælestis, *Apoc.* 21. & ipsa existit *χρῆστικῆ* personarum, locorum, temporumque respectu. Cuius locus designatus ad tempus est Terra, sed in æternum, cælum: nam post omnem electorum aggregationem, futura est eorum translatio in cælestem patriam, vbi vita æterna, gloriâque perfruentur.

*Vers.* 17. ad 24. Tria sunt membra. 1. Seruorum Cornelij conuentio cum Petro. 2. expositio mandati à Cornelio accepti. 3. Obedientia Petri. *Vers.* 17. Quando venerint, Nimirum cum dubitaret Petrus quid visio significaret. Disce ignorantiam rerum divinarum nobis omnibus ingenitam. *Ἐὐχισθῆ* enim *ἀνδρῶν* non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei. Hæc obscuritas non est in ipso verbo, cum verbum in se sit perspicuum, atque lucidum, *Psal.* 119. 8. 119. Sed penes nos est, qui non possumus lucentem illam veritatem apprehendere, & oculis mentis iam obfuscatis

vsur-

vsurpare. In hoc Diuino verbo ad praxin *Davidis* dies noctesque meditandum, & ad informationem & consolationem nostram. 3. non fastidit visionem. *Observ.* Divinæ Visiones summa cum reuerentia sunt recipiendæ. Porro Visionum varia sunt genera: Quædam sunt naturales exigui momenti. 2. Sunt & Satanicæ per suggestionem atque delusionem Satanæ oblata, quæ vt in sese sunt impiæ, & abominabiles, ita nos admonere debent, vt in Deum oculos mentis continuo conijciamus, & maximè eius providentiæ, atque Regimini nos commendemus, cum imus cubitum. 3. Visiones divinitus subministratæ diligenter, & attentè sunt perpendendæ cum cæleste quippiam, spiritaleque è re salutis nostræ figurent. *In seruis missis & inquirentibus* Domum *Simonis* coriarij obserua summam modestiam, qui nullam facientes irruptionem in Domum cum iudicio sese gerunt. Longè aliter sese res habet in quibusdam satellitibus præsertim papisticis, qui domos effringere consueuerunt, in bona involare, Virginibus, pudicisque matronis abuti. Rarum quidem, atque singulare si reperias Scloppetarium pium, & bene moratum. Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur. Sæpè existit verum. Sed hero existente pio, & religioso, existunt & serui pij. Certè magnopere refert Principem esse pium cum ab eo populi mores pendent. Sed quid dicunt serui: nimirum se esse missos pro Petro. *Observ.* Seruorum est fideliter exequi Dominorum suorum mandata in Domino dominantium.

*Vers.* 19. Petrus à Spiritu admonetur de seruorum Cornelij aduentu, dicente: Ecce tres viri quærunt te; iubeturque descendere ad eos sine omni hæsitacione à spiritu missos. *Observ.* Divina meditantibus DEI sacer spiritus adest, qui verbum concomitatur. Proinde si spiritus Sancti præsentia velimus frui, simus occupati in verbi cælestis contemplacione, seriâque veritatis indagacione. 2. *Observ.* Spiritus ille Sanctus est omniscius: idcirco ne putemus posse nos aliquid patrare hoc Spiritu inscio: vide *Psal.* 139. Quare ita moderemur actiones nostras, atque obseruemus, vt DEI spiritum semper nos intueri certò sciamus. Si flagitiosi præcipites euntes in omnia scelerum genera, hoc trutinarent pudore suffunderentur vitæ tam turpiter actæ, in huius Spiritus Sancti præsentia. 3. *Observa.* Vera obedientia à fide promanans

H h

non



non dubitat de Dei verbo, sed pro certissimo accipit, quicquid divinitus est revelatum, vide in Abrahamo, alijsque fidelibus.

*Vers. 21.* Petrus obedit. *Observ.* Verbo Dei sine disceptatione est obtemperandum, ut cunque diffidenti, corruptaque naturæ nostræ videatur oblectari. vide praxin Abrahami, aliorumque fidelium, *Heb. 11.* descriptorum.

*Vers. 22.* Tres serui rogati à Petro exponunt, quod à domino suo acceperint in mandatis, & sine omni adulatione eum describunt: & primum eum vocant *κατοῦταρχῶν*. Ceterionem. ubi observa milites esse posse pios, & religiosos divinâ gratiâ, contra Anabaptistas. 2. appellant Iustum: non quod ille iustitiam suis actionibus pepererit, qua possit in se iustus subsistere coram DEI tribunali: cum Christus illam obedientiâ suâ atque passione acquisierit, sed quod iuste sese gesserit in rebus agendis, ut *Simon* iustus vocatur, *Luc. cap. 2.* & *Nathaniel*, *Ioan. cap. 1.* & *David* prædicat integritatem sed comparatè cum hostibus scelerosis. Verùm cum Deum respicit, & eius respectu seipsum explorat, inquit, Si iniquitates observaueris Domine, Quis possit consistere? *Psal. 130.* & in conspectu tuo non justificabitur omnis caro. Illa ergo iustitiâ quâ censetur iusti apud Deum, est Christi merito parta, & nostra per fidem, atque imputationem. 2. Timentem Deum. Timor hic est filialis, qui complectitur, iuocationem, obedientiam, & charitatiuam agendi formam. 3. Ornatum testimonio totius gentis Iudæorum. Hæc est vera laus, Si quis DEUM sincerè timeat, iustitiam exerceat, bonique sit nominis apud bonos. Mundani celebrari volunt ab opibus citò perituris; Ambitiosi ab honoribus malè partis; Strenui à fortitudine defectura. At, vera hominis commendatio est à Pietate in Deum, & iustitia in homines. Alijs designatur notis *Ieroboamus* ille Rex Israelis, quâ hic Centurio, nam non solam ille Idololatricâ suâ praxi in Iehouam grauissimè deliquit, sed etiam Israeli occasionem peccandi præbuerat: proinde ille, etsi Rex indelebili ignominie macula notatur in Dei verbo ad omnem posteritatem. Legitur de *Herostrato*, qui cum bene gestis nomen sibi comparare nequiverit, quod Templum *Diana* flammis permiserit. Studeamus nospiè justèque vivere, qui Deo Patri filij merito approbemur. Ex quo hisce titulis Dominum suum ornarunt institutum exponunt; admo-

admonitumque dicunt Cornelium ab Angelo ut pro Petro mitteret, & ab eo quædam audiret. *Observatio.* Est Divinitus statutum, ut de voluntate divina in salutem per ministerium hominum legitimè vocatorum instituantur electi. vide *Math. cap. 28.* 1. *Cor. cap. 9.* *Ephes. cap. 4.* Absit proinde medium, prædicatione (scilicet Euangelij) auersemur, quo Dominus docendos, & seruandos decreuit ordinatos ad vitam. 2. *Observ.* eloquia dei in ore seruorum eius posita attentè, & reuerenter sunt audienda: & certè Domino dicente Beati sunt qui audiunt, verbum dei, custodiuntque illud, *Luc. 11.*

*Vers. 23.* Accipit eos hospitio, obeditque Petrus. *Obser.* Hospitium receptio fieri debet, *Heb. 13.* exemplo Abrahami, qui hospites opinione sua præstantiores admisit. Ita, evenire solet, ut qui bonum præstant, præstantius quid agunt, quam opinantur. Qui verò malum, deterius peccatum existimatione sua comitant: ut in incestuosa praxi *Iuda* cum *Thamare* legere est, *Genes. cap. 38.*

*Vers. 24. ad 34.* Hæc habentur. 1. Praxis obedientie Petrinæ. 2. conventio Petri cum Cornelio. 3. mutuum vtriusque colloquium. *Observ.* Deo vocanti per verbum est obsecundandum. 2. *Obser.* Non deerunt fratres, & bene affecti erga Christi seruos; Tametsi mundi in maligno positi pars maxima eosdè persequatur, aut in temporibus perturbatis deserat. expende in illis *Ephesius*, qui Paulum flentes ad nauim sunt concomitati, *Act. 20.* Sunt & alterius generis homines, qui, ut *Demas*, Paulum derelinquere consueverunt, mundumque sequi: ut, ut ita sit, divina providentia sic invigilat seruis suis, ad praxin cœlestis gloriæ destinatis, ut ubi esse debeant, in tuto collocet. *Cæsaream* Petrus, & multis exantlatis laboribus, periculisque superatis saluus Ierosolymâ Paulus perducitur: In hanc Domini curam certa spe recumbamus. 3. *Observatio.* in hæc verba *Cornelius expectat cum amicis, & necessarijs*, fidei proprium est Dei verbo inniti, omni que ratione contrariâ remota statuere omne illud perficiendum, quod promissit Dominus. vide in *Abrahamâ*, plerisque alijs: necnon aliorum commodum expetere *David* est gauisus, quando dixerunt *Adeamus domum Dei.* Est certè Christianorum non solum salutis suæ rationem habere, sed & aliorum, quo Regnum gratiæ prolatetur: denique fidei proprium est



est nullum periculum extimescere, quod possit religioni imminere: verè enim fideles non solum cum vitæ huius discrimine, verum cum iactura, & positione Christianam professionem strictè ac tæque tenent, vt in multis martyribus, *Polycarpo, Ignatio, Dorotheo* animaduertere est, & hic in *Cornelio*, qui alienam à Rom. religionem profitetur: statuerunt Romani Senatores (referente *Tertulliano*) vt designati à senatu dii colerentur, quare *Cornelius* periculi exors esse nequiuit verum, & æternum Deum colens.

*Vers. 25.* Petrus conuenit *Cornelium*, qui honoris ergo deferendi Petro procidit ad eius pedes, & προσεκύνησεν in signe documentum singularis amoris in DEI seruum; At modum excedit *Cornelius*, cum adoratio religiosa vni Deo conveniat, civilis autem, & ipsa periculosè ministris verbi tribuatur: qui cum DEVM verè timuerit, non est existimandum eum divinam gloriam Petro concessisse, cui, cum quandam divinitatem inesse perspexisset, humilem istam reverentiam defert. Non omnino ab simile fecere *Lystrenses Paulo, ac Barnaba, Act. 14.* qui dixerunt, cum claudus euaserat sanatus Deos humanâ specie cœlitus descendisse *Barnabam Iouem, & Paulum Mercurium* appellantes, quem honoris gradum planè sunt auersati DEI homines iisdem quibus illi passionibus obnoxij: ita *Ioannes, Apoc. 19.* statuit adorare Angelum, cui ait conseruus tuus sum, Deum adora. Opinio hæc deitatis in creaturis multos peperit errores, atque in Ecclesia papistica initium dedit sanctorum adorationi, & reliquiarum vanè circumlatarum. *Observatio.* Fidis Christi seruis obedientia in Domino, *Hebr. 13.* reverentia. *1. Timoth. 5.* deferenda, sed non supra modum honorandi, quo divinæ gloriæ præiudicium afferatur: hoc seculo homines in id extremum vergunt, vt contemptu potius, quam honore nimio Evangelij ministros afficiant, ij præsertim, qui redargutionem sceleris non valent sustinere; idcirco in plerisq; nostrum verificatur illud Apostoli, *Gal. 4.* factus sum vobis inimicus quia veritatem prædico, quem, vt Dei Angelum initio suscepistis. Hinc petamus consolationem, quod conformemur Apost. adeoq; Christo propter veritatis assertionem, memoresque simus dicti Christi iniquientis, qui vos contemnit, & me, *Math. 10.*

*Vers. 26.* Petrus hunc honoris modum detrectat, aitque homo sim. Eiusdem naturæ cum quolibet homine proinde minimè adorand-

adorandus ego, qui DEI misericordia, & gratia, meritoq; Christi egeo, quamuis sim Domini seruus, id mihi collatū divinitus, vt tota gloria ministerij in collatorem redundet. Nuncupantur Pastores, & internuntij Domini exercituum, hominis filij, *Ezech. 3.* ad arguendam infirmitatem, cui sunt obnoxij, necnon iidem vocantur homines Dei, *1. Timoth.* vt intelligant divinum quiddam ipsis tributum esse, nimirum sacrosanctam vocationem & Spiritus gratiam quam enixè obire debeant, atque exequi. Discant verbi ministri imbecilles sese esse naturâ, verū gratiâ strenuos ad opus Domini peragendum. Discat populus reuereri, atque amplecti fidos Pastores, vt qui legatione pro Domino funguntur. *2. Cor. 5. Observatio.* Longè aliter quam Petrus, sentit, facitque Papa venditans sese pro Petri successore divinos honores arripiens, volensque Principes mundi, Regesque ad eius pedes procumbere, & eisdem exosculari, Turpe dictu, Turpius visu.

*Vers. 27.* Excusat se Petrus, quod ad gentes accesserit, ex eo, quod mandatum habuerit à Domino prohibente ne quem pollutum, aut impurum hominem vocitaret. Fuit hæc recepta, & obseruata consuetudo, ne Iudæi commercium haberent cum alienigenis, vide *Ioan. 4.* in colloquio *Meisæ* cum muliere *Samaritana*, & *Deut. 7.* Prohibentur Iudæi fœdus ferire cum gentibus, aut matrimonia mutua contrahere, vt & *Ios. 23.* & *Exod. 23.* Sed mandatum hoc interdictionis iam expirauit gentibus sub Evangelio ad Christi gratiam vocatis, & sanctificatis. Verum hæc pro tempore esse possit obseruatio fugiendam nimirum esse eorum societatem, qui disparis sunt religionis, illaque sacrosanctæ scripturæ dicta animis retinenda. *1. Salomonis*, qui tangit picem, coinquinabitur ab ea. *1. Corinth. 15.* Bonos mores corrumpunt colloquia praua. & *Apoc. 18.* Exite *Babylone*, & *Corinth. 6. 15.* non esse pacem Christo cum *Beliale*: ad devitandum, impiorum & irreligiosorum sodalitiū. Quod si Iudæi gentium non vtebantur societate: Certè nos Christiano nomine ornati minus eorum vtemur consortio, qui à sincera Religione sunt alieni. Arduum quidem esset maximè omnium prauorum passim & semper consortio eximi, atque excludi: Nam sic dicente Apost. *1. Corinth. 5.* Nobis esset mundo exeundum, sed cum ita acciderit, vel nobis iniscijs, vel inuitis, attente attendendum ne coinquinemur vlla-



tenus salua manente religione nostrâ, & quoad fieri possit impiorum vili ratione habitâ. At professores nostri modo quæstum faciant, parui pendunt, quos in societatem admittant, vt omiſſis multis hoc tempore animaduertere licet, quo legatus ille veræ religionis secundum verbum scriptum hostis, papisticæ verò propugnator amabiliter, ac nimis gratioſè recipitur, qui non secundum verbum admitteretur, neque cui eſſet dicendum *χαρῆν*, 2. Ioan. 10. Cùm aliam doctrinam à sincera afferat: quam subuertere, si queat, enixe conaretur. Discamus, nos non modo puros seruare, sed fidem, bonamque conscientiam in omnibus, sed maximè in rebus religioſis retinere. Petrus pro se affert solidum fundamentum scilicet Iehovæ oraculum. *Obſerva.* Mandato divino inniti debemus in rebus agendis, & præſertim in officij obeundi ratione huic dicto (*Dominus dixit*) Sed estne hic divini oraculi sensus ne quempiam vocet pollutum, cum omnis homo in peccato sit conceptus, *Psal.* 51. ex verbis Davidicis, & *Gen.* 6. Tantum malum in homine, & nemo existat mortalium, qui sese sapius peccando non polluerit. *Resp.* Vera ista, quæ adducta sunt, omnia, verum Dominus hic hoc vult discrimen Iudæorū, & gentium jam per Christi gratiam esse sublatum, ita, vt nequaquam via ad salutem in Christo percipiendam gentibus sit præclusa, sed vtriq̄ue populo in vnum coalescenti patefacta, illeque fons toti domui Davidicæ, id est, Ecclesiæ ex Iudæis, atque gentibus corrogatæ pro peccato, immunditiæque sit reclusus, *Zach.* 13. 1.

*Vers.* 29. *Obſervatio.* Vocati ad munus præstandum sine contradictione praxe hac Petri pareamus.

*Vers.* 30. Habetur Cornelij Narratio, quæ. 1. complectitur occasionem missionis pro Petro. *Vers.* 31. Quomodo preces, & Elemosynæ Cornelij fuerint acceptæ. *Vers.* 32. Mandatum promittendo Petro. *Vers.* 33. Optationem, qua desyderat, Petrus omnia ipsis loquatur, quæ à Domino in mādatis acceperat. Occasio fuit apparitio hominis veste candida ornati, prius Angeli nomine appellati humana specie induti ad obeundum munus impositum, quam iuxta voluntatem divinam possit deponere. Vide *Genes.* 18. 2. Preces Cornelij quod fuerint exauditæ obserua fideiū preces nomine Christi vnici mediatoris effusas exauditum iri. *Vers.* 33. Habes optationem qua Petrus loquatur omnia ipsi diuinitus imperata,

pata, atq; præsto esse eos ad audiendum coram Domino. Vbi obserua in populo alacritatem esse debere ad audiendum Dei verbum, & præparationem sanctam cum attentione diligenti, necnon sese esse in conspectu Iehovæ, cum verbum prædicatur, quod si expenderent, vt par est hac ætate homines non tot occurrerent otiosi, atq; somniculosi auditores, quot in æde sacra tempore concionis videas: hoc à vobis vellem emendatum nobis in disciplinam traditis: hac admonitione ad vigilantiam, & attentionem comparatis: necnon repetituris illud Domini nostri dictum, Beatos esse eos, qui DEI verbum audiunt, atque custodiunt, *Luc.* 11. Troani concionantem Paulum ad mediam noctem audiuerunt, *Act.* 20. Maria discubuit ad pedes Christi, quem prædicantem neglectis rebus alijs, quibus occupabatur Martha soror, audiit, *Luc.* 10. Vt populo incumbit attente atque solícite audire verbum, sic Pastoribus sedulo, & syncerè prædicare tantum ea, quæ à Domino acceperunt, siue sint gratiæ ad DEI misericordiam promittendam populo pœnitentiam agenti, siue sint iustitiæ ad iudicium detonandum aduersus obfirmatum, atque rebellem. Refutantur illi, qui cerebri sui commenta, & traditiones in Ecclesiam invehunt: & arguuntur illi, qui libenter audire volunt verbum misericordix, sed iudicij, & odij expromendi in obduratos, & contumaces auersantur. Proinde libertatem illam verbi omnium in peccata exerendam, & exercendam ministris præcisam volunt, maximè proceres Regni sed fide Pastores tenendæ, tuendæq; libertati diuinitus concessæ strictè, arctèque adhærebunt.

*Vers.* 34. Concio Petri habetur, in qua agitur de Christo, eiusque morte, & Resurrectione, atque beneficijs medioque adferente nobis, & communicante beneficia, populo denique, in quem conferuntur, seruemus ordinem contextus, & primum hæc verba attingamus, quæ modum, quo locutus est Petrus proponunt, qui dicitur os aperuisse, vt & Christus, *Matth.* 5. In monte ad rei de qua verba esset facturus grauitatem indicandam attribuit Deo, quod non sit *προσώποληπτης*, *Deut.* 10. 2. *Cro.* 19. *Iob.* 34. *Rom.* 2. *Gal.* 2. *Eph.* 6. *Colos.* 3. 1. *Pet.* id est, nihil respicit Dominus, quod in hominis personam queat cadere, vt Nobilitates, Imperia, potestates, honores, paupertatem, diuitias, his, & huiusmodi nihil mouetur ad communicandam suam gratiam, quam



quam gratuito ex parte nostri, sed Christi merito nobis impertitur. Tollitur hic omne hominis meritum, omnis dignitas, atque quicquid est in homine, aut ab eo proficisci potest, quod mereri posse dicatur, cum Deus huiusmodi hominis accidentia, ut ita dicam, minimè expendat. Meritum meum (inquit *Bernardus*) est Domini miseratio: nihil in Abrahamo impulit Dominum, aut ad ipsum, aut populum in gratiam suscipiendum, & ad Iudæorum reiectionem ut ita dicam actualem, nisi summa contumacia, quâ rebellibus maiorum vestigijs institere. *Observatio*. Iudices in ferendis sententijs nullam haberent personarum rationem, videant *Psal.* 82. 2. *Cro.* 19. & ob oculos proponant praxin illam *Cambysis Regis Persarum*, qui *Sisamnis* pellem curauit parieti pro Tribuuali affigendam, propterea quod iniquum tulerit iudicium, quam filium *Othanem* iussit intueri, ac cauere ne simili supplicio afficeretur.

*Vers.* 35. Deo acceptum esse eum, qui Deum timeat, atq; iustitiam operetur, ostendit. Per timorem Dei Hebræi vnipersum cultum intelligunt. Vnde percipitur Cornelium fidelem fuisse & religiosum, *Hebr. cap.* 11. 6. non modo antequam baptizaretur, sed etiam antequam sciret Iesum esse verum Messiam, velut qui ante tempora Christi vixerunt, fideles extitere. Ineptè & scelerosè faciunt, qui ex hoc loco opera præparatoria, & liberum arbitrium colligunt, ut notat D. Beza. *Observatio*. Gratia Dei in Christo ad gentes est perducta, & maceriâ illa partitionis est diruta ad Christiani Regni propagationem ex Iudæis, Gentibusque. 2. *Observatio*. Is verè Deum timere dicitur, qui in Deum credit, ei obtemperat, Nomenque diuinum invocat, qui que in vijs Iehouæ constanter ambulat, atque is Beatus prædicatur à Psalmista, *Psal.* 128. Timent & reprobi Domini quod eum sint sensuri seuerum Iudicem, omnisque impietatis vindicem & hic timor recepto nomine seruilis appellari consuevit, ut prior filialis. 3. *Observ.* Illud est iuste viuere, ita sese gerere in rebus agendis, ut nihil à te, quoad fieri possit diuinâ gratiâ indignè fiat. Sic sese gessit *Nathanael*, *Io.* 1. & *Simcon*, *Luc.* 2. *Davidq;* Prophetæ regius qui in integritate ambulasse fertur. Hinc pete religiosi hominis descriptionem.

*Vers.* 36. Medium per quod beneficiâ Christi conferuntur suis est

nificauit DEVS Israelitis ex quauis gente Deo esse acceptum, qui piè viuit: Nam pacem hominibus denunciauit per Christum non vnus gentis Israeliticæ, sed omnium fidelium Dominum ac Mediatorem. Verbum dupliciter accipi queat, aut pro Christo dei filio essentiali verbo, *Ioan. eap.* 1. quod caro est factum ad præstandum præclarum illud opus Redemptionis electorum. Hic filius est à Patre missus *ἐκ τῆς σαρκὸς*. Aut verbum sumi possit pro ministeriali verbo prædicato filijs Israeliticis. Cuius materia est Iesus Christus crucifixus. Vtrunque si ita intelligas, à Deo est emissum in summam ecclesiæ consolationem: Et hæc solis iustitiæ lux diuinâ gratiâ ad nos *Scotos* perlata, & nominatim, ac primum ad *Perthenses* luce Euangelicâ collustratos præ cæteris, quos nulla atas ingritudinis coargueret, si modo veritate facta testâ frui velimus; hacque pace, omnem intellectum superante, *Ephes.* 2. quæ in reconciliatione cum Deo Patre per sanguinem crucis Christi est posita: & *Rom.* 5. ex qua manat pax nostra cum omnibus rebus creatis. 1. Angelis, *Ioan.* 1. 2. Membris Christi mysticis. 3. quâ hostium regni CHRISTI animi in bonos inclinantur, ut *Nabuchadnezaris* in *Danielem*. 4. Creaturarum etiam *ἀλόγων* *Psal.* 91. *Ose.* 2. 18. Omnia ista beneficiâ meritò Principis pacis dei filij assequimur, Christi nimirum, qui est omnium Dominus æterno atque naturali titulo, quo est coessentialis Deo Patre, sed magis peculiari electorum cum Iudæorum, tum Gentium, quorum est Redemptor & caput, lucem vitamque vtrisque tribuens, qua ratione nullum vicarium in solis terrarum patitur. Hunc Dominum agnoscere, ac reuereri debemus, qui nobis è potestate diaboli, & peccati liberatis cœleste Regnum peperit.

*Vers.* 37. Ostendit hoc verbum per totam Iudæam prædicatū post baptismum Ioannis præcursoris Christi in spiritu *Elia*, *Mal.* 4. qui pœnitentiam annuntiauit, & Baptizauit. Verbū ergo & Sacramenta sunt coniungenda.

*Vers.* 38. Et deinceps Euangelij summa habetur Christum, scilicet, promissum Patribus, suoque tempore patet actum singulari Dei virtute (quam omnibus modis ostendit) ac tandem propter nostri reconciliationem crucifixum, tertio die resurrexisse, ut quisquis in eum credit, peccatorum remissione accepta seruetur, Sicut vltimo illo die viuorum ac mortuorum ipso Iudice mani-



festabitur. Hoc vers. habes ordinationem Christi per vñtionem divinam spiritu peractam : cuius prædicationem lege apud *Isa. 1. 2. & 61. Luc. 4. Ioan. 3. Colof. 2.* Quibus locis perspicuum evadit pertusum fuisse Dei filium donis Spiritus Sancti citra mensuram ex quo denuo *χρὰ μίσην* deriuata sunt dona in corporis sui mystici membra in Reges, Prophetas, atque Sacerdotes inuncta. Sed quid fecit Dominus noster Iesus: beneficijs affecit, sanauitq; omnes sub Diaboli potestatem redactos, & ratio est. Quoniam Deus erat cum eo. Vide Euang. venit Christus, vt seruet, quod fuit perditum, & peccatores ad pœnitentiam vocaret, cum itaq; simus exempti Diaboli tyrannide, regnoque tenebrarum, translatiq; in regnum lucis admirabile, militemus militiam præclaram, & in fide depugnemus aduersus hunc hostem, quo debellato virtute, atque potentia Christi in æternum cum Trinitate sancta in cœlesti patria glorificati triumphemus. Porro vexantur à Sathanâ vel quos realiter occupat exempla quorum, vide in Euang. quibus fuit eiectus perniciosus ille Spiritus potentia Dei, vel quos deludit partim falsis, partim ambiguis responsis. Conqueritur Satan, vt legere est, *lib. 2. Euseb.* tempore *Diocletiani*, quod vera nequeat responsa reddere propter Christianos, quos ibi vocat justos, & apud *Ruff. lib. 1. cap. 33.* Conspiratores in *Athanasium* idem queruntur. Hinc collige Satanicum spiritum non modo divina providentia, & limitibus naturæ suæ coerceri, sed etiam à male agendo sanctorum precibus reprimi.

*Vers. 39. ad 44.* De morte Christi, resurrectione, atque potestate iudicandi viuos ac mortuos agitur, confirmatis per Apost. vt testes *vers. 44.* De remissione peccatorum nomine CHRISTI confirmati per Prophetas : deinceps habetur duplex effectus Sermonis Petri. 1. Est Spiritus Sancti communicatio auditoribus. 2. Receptio eorum in regnum Christi per Baptismi concessionem. 1. Apost. testimonium suum accommodant morti Christi, eumque suspensum probant de ligno, quod genus mortis lege divina est maledictum, non iure naturali, non positio neque vlla humana constitutione, *Deut. 21. 1. Petri. 2.* *Observatio.* Maledictione legali exempti sumus, & in Dei gratiam accepti cœlestemque beatitudinem asciscendi merito sanguinis crucis Christi. Non nobis metuendum legis *αριστοδικογαν*, cum nulla existat

stat ijs condemnatio, qui sunt in Christo Iesu, *Rom. 8. 2. Observatio.* Si probris, contemptu, sannis etiam afficiamur Christi, vocationisque nostræ gratiâ nihil moueamur, sed nos exemplo Christi consolemur, qui nullo suo merito hac ignominiosa morte affectus fuerat à Iudæis scelerosis, qui, etsi, id quidem præstiterint, quod Dominus decreuerit, tamen grauissimi peccati tenentur rei, qui non vt placerent Deo sanguinem iusti, Dominiq; vitæ effuderint : quare impœnitentes iustissimum manet supplicium.

*Vers. 40.* De resurrectione perhibetur testimonium. Hic Deus Pater dicitur excitasse filium, filius denuo se, *Ioan. cap. 2.* destruite Templum hoc, de corpore suo loquens, & die tertio reedificabo, & Spiritus Sanctus dicitur, *Rom. 1. 4.* *Observatio.* Concurrent actiones, & virtutes Trinitatis ad hanc actionem peragendam, vt & in omnibus, quæ dicuntur ad extra, qua certi simus nostram resurrectionem suo tempore esse perficiendam. *vers. 41.* Testatur Petrus, quod Apost. ederint atque biberint cum Christo post resurrectionem, *Luc. 24. 42. 43.* Habetur disertè Christum edisse partem assis piscis, & fauo apiario aliquid : quod ab eo præstitum est nullius necessitatis ergo, sed vt testaretur se esse eundem illum Christum *δέσποτον*, quem impij Iudæi crucifixerunt. Si quærat in quid reciderit ille cibus, quem accepit post resurrectionem, Responderi possit non esse verum in corporis substantiam, sed in nihilum abiisse. Ex resurrectione Christi discimus. 1. Christum esse Dei filium, *Rom. 1. cap. 4.* 2. Dominum viuorum, ac mortuorum, *Rom. 14. cap. 9.* 3. Resurrectionem electorum ad vitam æternam inclusam esse Resurrectione Christi, qua ratione dicitur primogenitus ex mortuis : Quia ipse virtute sua resurrexit non amplius moriturus cuius virtute nobis est resurgendum. 4. Plenè satisfecisse pro peccatis nostris, *1. Corinth. 15. 17.* 5. Propter justificationem nostram, *Rom. 4.* 6. Propter sanctificationem fidelium, *Rom. cap. 6.* Tertium est. Testantur ordinatum esse Christum ad iudicandum viuos & mortuos sine vlla personarum acceptione, in quos omnes aut vitæ, aut mortis æternæ feretur sententia & reprobis, quem iam aspernantur agnum Dei, videbunt leonem, & terribilem iudicem sentient adeo, vt summè velint seipfos à montibus



adobrutum iri, quibus reddetur secundum opera, ut electis, quæ quidem sunt fidelibus effecta declarantia justificationem in Christo: atque illud tribunal, non est statutum ad iustificandum, sed ad retribuendum iustificatis antea per fidem coronam vitæ meritò & satisfactione Christi partam. Vide 2. Cor. 5. Si expenderent hæc ætate homines flagitiosi huic iudicio formidabili esse sese subiiciendos, divinam gratiam respicerent: nulla enim ratione possent evadere nisi seriâ tacti pœnitentiâ, meritoque Christi treti in gratiam recipiantur: Oprarem scelerosos, atrocissimosque Ecclesiæ hostes trutinarent, omnipotentem Deum impium iudicare quotidie, *Psal. 7.* nec non in morte ipsius animam sempiternis supplicij accenseri, & tandem in hoc generali iudicio corpus, animamque reunita æternæ morti esse addicenda. Ponderarent trina ista iudiciorum tempora, si saperent, quandiu locus relinquatur misericordiam, sanctiorem vitam instituerent.

*Vers. 43.* Testimonium Prophetarum de remissione peccatorum per Christum: ac primum occurrit testimoniû *Moyfis, Gen. 15.* Credidit *Abraham*, & ipsi ad iustitiam est imputatû, & clarè *Rom. 4.* Perspicuè Christus, *Ioan. 8.* *Abraham* vidit diem meum atque lætatus est. *Psal. 32. Isa. 53.* Vulneratus est propter peccata nostra, castigatioque nostra in eo est posita, & per eius vulnera sanati sumus, *Ier. 31. Ezech. 18. Miche. 7.* Quorsum multa, cum prophetarum scripta locis ad hæc rem probandam scateant. Hinc liquet ex gratia DEI propter Christi meritum remitti nobis peccata, non imputari nobis ad mortem, sed obtegi divinam misericordiam, ubi vide nullum locum operibus vel naturalibus, vel à natura emanantibus, imò ne quidem à gratia, cum sint imperfecta, contaminata, atque debita ad promerendum apud Deum, superesse. Etenim fideles ante legem, sub lege atque Evangelio per meritum mortis Christi peccatorum condonationem, & ab omni inquinamento, ac immunditie ablutionem per sanguinem crucis eius sortiuntur, quod, ut plerisque locis, ita hoc satis liquet. Adde prophetarum, ac Apostolorum in remissione peccatorum per nomen Christi esse consensum, & proinde vnam esse synceram religionem, salutisque, vitæque æternæ viam nimirum Christum, *Ioan. 14.* heri, & hodie eundem, atque in secula, *Hebr. 13. 8. vers. 44. 1. Effectus.* Auditores verbi donantur spiritu, ergo Spiritus Sanctus con-

mita-

mitatur Evangelium, quare eiusdem prædicatio plurimi fieret. Hoc perspicuum, *Galat. 3.* dicite ecquid per opera legis an per fidei prædicationem Spiritum accepistis, & 2. *Cor. 3.* Evangelij Ministri dicuntur Spiritus quia Evangelistarum prædicatio cõiunctam habet Sancti Spiritus operationem, quæ fidem creet, adaugeat, mentes illuminet, corda reformet, atque affectiones, ut totus Dei homo perficiatur. *Vers. 45. 2. Effectus.* Mirantur, atque obstupescunt fideles, qui sunt ex circumcissione. *Observatio.* Mortalium nemo ita est instructus, quin opus habet qui instituat: tametsi gentium vocatio à plerisque Prophetarum sit apertè prænuntiata, nihilominus tamen hi ignorat, proinde discamus indies proficere, ac petere fidei incrementum.

*Vers. 46.* Spiritus Sancti effusi in gentes dona sese exerunt linguarum diuersitate auditâ, ac magnificatione nominis divini. *Observa.* Extraordinarium illud linguarum donum Ecclesiæ primitiæ concessum, quod jam desijt: jam linguarum cognitio studio comparatur, at obserua Spiritu per Evangelium efficaciter agente, & corda, atque linguas sanctificari ad divini nominis laudes coneelebrandas: Et quamquam in tali mensura Spiritus Sancti extraordinaria dona nobis non conferuntur, tamen regenerationis, adoptionisque donum in nos electos confertur. Nota etiam hunc esse linguarum usum, ut Dei nomê magnificetur, nostrasque partes esse, ut diuinum nomen summis laudibus prosequamur: & certè præbetur nobis occasio multiformis celebrandi DEI, præsertim cum luci Evangelicæ, qua sumus collustrati raram pacem, & tranquillitatem, aliisque multa bona conjunxerit, ac continuauerit.

*Vers. 47.* Iam Spiritu Sancto donati baptizantur, ubi obserua. Baptismum non esse contemnendum etenim eiusdem contemptio est exitialis. 2. *Observatio.* Gratia Sacramento non est alligata nam spiritu imbuti baptizantur. Baptismus non facit sanctos, sed sanctificationem obsignat, regenerationem repræsentat, remissionem peccatorum in sanguine Christi significat, atque cum capite nostro Iesu Christo vnionem. 3. *Observatio.* Per aquam solum administratur Baptismus, ergo non sunt adhibenda Oleum, Sal, Sputum ut Papistæ, qui suis additamentis legitime institutum baptismum adulterarunt. Non putandum secludi infantes



cum fidei non sint compotes, & gratiâ actuali Spiritus minime donentur, cum in fœdere comprehendantur, & sint fidei quasi domestici, quippè ex fidelibus, ac pijs parentibus oriundi. Præcepit Petrus, ut baptizarentur, atque hoc signo declararentur illi ad Christi gratiam vocati, ipsiusque corporis mystici membra. Siue Petrus per se aut alium administrarit hoc Sacramentum, nō magnopere refert. 1. Cor. 1. fatetur Apostolus se non baptizasse, cum missus fuerit potius ad prædicandum Euangelium. In fine præcati sunt ut Petrus apud ipsos dies quosdam permaneret. *Observ.* ad fidem conversis inest benivolentia, qua prosequuntur Christi seruos; expende in hisce, atque in Martha, quæ Iesum receptum humaniter tractavit, Luc. 10. In Lydia purpurissâ, quæ Paulum, & Silam coegit domum ingredi, inquiring, si me fidelem iudicatis, eamus ad me. Longè aliter afficiuntur hac ætate homines, qui Pastoribus contemptum pro beneficio, omneque genus ingratitude repêdunt, at meminerint dicti Christi, Math. 10. Qui vos contemnit, & me aspernatur; & rursus, qui Prophetam recipit Prophetæ nomine, referet mercedem Prophetæ, de qua vide Dan. 12. 2. Timoth. 4. 1. Pet. 5.

## CAPUT XI.



**ARTES** huius Cap. sunt duæ. 1. habetur Apologia Petri ad vers. 19. 2. Plantatæ Ecclesiæ descriptio in Phœnicia, Cypro, & Antiochia. In prima parte hæc sunt perpendenda. 1. Occasio 1. 2. 3. vers. 2. Ipsa Apologia ad 18. vers. 3. Euentus vers. 19. Vers. 1. dicitur Apost. & fratres audijsse quod Gentes sermonem Dei receperint. Vbi fratres nominat, innuit coniunctionem cum Christo per fidem, quæ est omnium maxima: aliæ mundanæ coniunctiones huic minime æquiparandæ, quæ præterquam, quod sit æterna inexplicabilibus bonis est refertissima. Studeamus itaque retinere huius coniunctionis vinculum inviolabile, scilicet fidem, Neque vilo nomine sinamus nos divelli à Petra salutis, &

Prin-

Principe nostro Iesu Christo. *Receperunt verbum Dei. Observa.* Sermo Divinus amplectendus, non traditiones humanæ, nec vera ἀγραφα, ut vocant, minus scripta, quæ ad falsitatem proximè accedunt: & ex diametro cum verbo Dei scripto pugnant omnia comprehendente ad fidem, ac salutem necessaria, quo quidem non solum Ecclesia est informanda, sed & reformanda, Imò à gloria in gloriam transformanda, ut tandem Christo in sanctitate, atque iustitia conformetur. Proinde externo quodam modo verbum non est admittendum, sed in corda recipiendū, Imò in praxin ducendum, Iac. 1. confert eos, qui Dei verbum audiunt, & non in praxin ducunt contemplanti se in speculo, maculamque observanti, sed ex quo recesserit, obliviscenti, qualis fuerit. Quapropter vult Dei Spiritus in Iacobo nos non auditores tantum, sed præstitores verbi esse. 3. *Observa.* Impletur Prophetia de Gentium vocatione: coaptantur enim in Regnum Christi divinâ gratiâ per Euangalij prædicationem.

*Vers. 2.* Adversus Petrum ascendentem Ierosolymam, certamen instituitur ab ijs qui erant ex Circumcisione, nondum intelligentibus Cerimonias impletas, atque abolitas per Christum, putantibus saluari neminem posse nisi circumcidatur, ut clarius habetur Cap. 15. Vbi observa nullos esse infestiores hostes seruis Christi, quam sint illi, qui tuentur traditiones, atque cerimonias humanas, cuiusmodi sunt Papistæ, quorum Religio pro parte maximâ videtur ab observationibus, atque hominum commentis pendere.

*Vers. 3.* Petro duo impingūt. 1. quod introierit ad Gentes. 2. quod cum ijs comederit. Lex quidem habetur disertis verbis de non ineundo fœdere cum Gentibus, & contrahendis nuptijs, Deuter. cap. 7. Verùm consuetudine valuit, ne Iudæi consortium Gentium frequentarent, quod vellem tam præcisè observari à nostris professoribus, qui pro nihilo ducunt non solum cum Apostatis, verâq; religionis aduersarijs dextras committere, sed conviari, in hospitium recipere contra disertum Ioannis præceptum, 2. Io. ne dicatis eis χαρῆν, qui aliam doctrinâ afferunt. Idcirco multorum professorum Religio est tantū externa larva, de quibus verificatur, quod Apost. habet, 2. Timoth. 2. sunt habètes speciem pietatis, vim eiusdem abnegantes; & Tit. cap. 1. Dicentes se Deum cogno-

caeteri Apostoli  
quæ in verbo  
præceptum Act.  
10. 45. Rom.  
Thes. p. 76. in  
margine



cognoscere, negant tamen opere, cum sint ἀδοκιμοί ad omne opus bonum. 2. *Obfer.* Nemo fidus Christi seruus omnibus placere potest, *Gal. 1.* Si hominibus placerem, Christi seruus non essem: *Moses* fidelis non placuit *Pharaoni*, *Elias* minimè *Achabo*, *Jeremias* nequaquam *Zedechia*, *Amoz* non *Ieroboamo*, *Ioannes* haud *Iudais*, neque ipse Christus, vt videre est *Math. 11.* vbi ait *Ioannes*, venit nec edens, & bibens, atque dicebatis eum dæmonium habere, filius verò hominis venit edens, bibensque, & dicitis eum amicum esse *Publicanorum*, ac peccatorum. Verùm sapientiã à suis filijs iustificabitur.

*Vers. 4.* Habetur *Petri Apologia*, qua se tuetur, vbi obiter obserua neminem esse in Ecclesia, qui non teneatur factorum suorum rationem reddere: Imò ne *Papam* quidem excipere licet, sese pro Christi vicario prostituentem. *Irinæus* *Victorem* *Papam* reprehendit *Euseb. 5. cap. 25. 26.* vult tamen eximi vt perhibetur *Canon* quodam, *Si Papa*, distinct. 24. Non esse inquit *Papa* reddendam rationem, tametsi suam, ac aliorum salutem negligat, imò si animarum aceruos in tartara detrudat: quo quid dici possit absurdus. Summa defensionis *Petrine* est Quicquid fecit *Petrus* pro eodem mandatum Dei habet vt liquebit. 1. occurrit visio. 2. auditur vox ad *vers. 11.* De visione prius. Summa est *Gentes* sine Cerimoniarum obseruatione, præsertim Circumcisionis admissione in *Regnum Christi* sunt adsciscendæ. Repete atque expende, quæ supra in hanc visionem, vocemque bis aditam à Domino, & susceptione lintei in cælum obseruauimus, *Act. 10. vers. 15. 16.* De missione seruorum *Cornelij* pro *Petro*, de *Petri* admonitione per spiritum, vt *Cornelium* adiret: & reliqua, vide illo cap. *Act. 10.* Verum de verbis, quæ *Cornelio* locuturus est, *Petrus* pauca dicenda, quæ quidem verba quibus seruetur *Cornelius*, eiusque domus non sunt nudi soni, quibus salus includatur vt exorcistæ, atque incantatrices autumnant, sed potentiam habent *Spiritus Sancti* coniunctam in salutem credentium. Perperam, atque scelerosè impium vulgus facit verbum salutis causam plagarum quarum propria est peccatorum patratio, coaceruatio, & continuatio sine resipiscentiã. Verbi essentielle effectû est vita, Mors verò non nisi per accidens ijs nimirum, qui verbo sese strenuè opponunt.

*Vers. 15.* Communicati Spiritus fit mentio. *Obfer.* Spiritus gratiæ Euangelio coniungitur. vide *Gal. 3.* Vtrum accepistis Spiritum per opera legis, an per prædicationem fidei?

*Vers. 16.* Tunc memini dicti illius Domini, cum diceret *Ioannes* quidem baptizauit aquã, vos verò baptizabimini Spiritu Sancto. Est duplex ergo Baptismus. 1. est fluminis, qui administratur à Ministris diuinitus vocatis, atque legitimè ordinatis. 2. est fluminis à Christo celebratus Spiritus Sancti gratiam cõmunicante. Idem vt supra dictum Christi & *Ioannis* Baptisma essentiã.

*Vers. 17.* Cum Deus ijs contulerit donum spiritus sicut nobis, quis Deum præpedire potuit omnipotentem, quin quibus vult suam gratiam communicet, & iisdem Sacramentum sit concedendum.

*Vers. 18.* Euentum. 1. Silent. *Obserua.* Protinus silendum nobis cum rationes afferuntur legitimæ, atque validæ contra assertionem nostram. 2. glorificant Deum. *Obseruat.* Non solum gaudendum pro salute nobis partâ, sed pro salute, atque poenitentiam alijs concessâ, vide *Psal. 122.* Causa lætitiæ redditur, scilicet Quod Deus poenitentiam dederit, Ergo Resipiscentiã est Dei donum, qui non vult mortem peccatoris, sed potius cõuertatur, atque viuat, *Ezech. 33.* Et hæc est vera, seriaque non hypocritica, & falsa. Habet enim syncera ortum ex dolore, qui est secundum Deum, 1. *Cor. 7.* De falsæ poenitentia speciebus supra cap. 3. vide. In hac historia de conversione *Cornelij*, eiusque familiae ad fidem Christianam, habes omnia ad salutem nostram spectantia ex mera Dei gratia pendere. Etenim quem elegit in filio ad vitam æternam ab æternitate, eundem efficaciter vocat, id est fide donat, quã iustificat, vt tandem in æternum glorificet.

*Vers. 19. ad 25.* A 19. vers. ad finem continetur secunda pars Cap. In qua ostenditur quomodo sit amplificatum Christi Regnum in *Phœnicia* *Cypro*, sed maximè in *Antiochia*. 1. Media proponuntur, quibus hoc opus peragitur. 2. Cura Ecclesiæ *Ierosolymitanae* pro continuanda Ecclesia *Antiochiana* in veritate, quam est amplexa. 1. Media sunt prædicatio verbi per diversa instrumenta 19. 20. vers. & operatio Spiritus, diuinæque manus. 21. vers. Cura Ecclesiæ *Ierosolymitanae* pro *Antiochiana* cernitur in missione



*Barnaba* boni viri, qui cum *Antiochiam* venisset, vidissetque gratiam illic, gaudens est, atque ad perseverantiam est exhortatus. *vers. 19.* quidam ex discipulis dispersi post *Stephani* lapidationem venerunt, solis *Iudæis* verbum prædicantes. 1. *Observa.* Ecclesie *Ierosolymitana* disgregatio causa existit collectionis aliarum Ecclesiarum: ita Dominis ex Ecclesie suæ dispersione, & persecutione eiusdem propagationem operatur in summam nostram consolationem. 2. *Observa.* Ecclesie fors est, atque fuit dispersioni, atque persecutioni obnoxia, quod sic evadit perspicuum in primi parentis *Adami* familia *Cainus* ad mortem *Abelem* fratrem est persecutus, in *Abrahami* *Ismael* *Isaacum*: in *Isaaci*, *Esau* *Iacobum*, *Galat. 4.* verè inquit *Apost.* qui natus est secundum carnem persecutus est eum, qui natus est secundum spiritum: ita est & nunc. *Galat. 4.* & 2. *Timoth. 3.* Omnes, qui volunt piè vivere in Christo, persecutionem patientur. Non opus est in trito, atque amplo hoc persecutionum loco omnium temporum periodos perstringere, cum satis liquet, turbis, afflictionibus, persecutionibus Ecclesiam semper fuisse infestam, quæ singulari Dei clemètia sæpius liberata fuit. Post Christi ascensionem memorabiles illæ 10. persecutiones viguerunt in summa atrocitate aduersus Christiani nominis professores nimirum sub *Nerone*, *Domitiano*, *Traiano*, *M. Antonio*, *Seuero*, *Maximino*, *Decio*, *Valeriano*, *Aureliano*, *Diocletiano*, iunge *Iulianum Apostatam*: multi sub his martyres cõstanti professione. Christiani nominis diem suum obierunt: contra quos impij & atroces tyranni cõmentum sunt multiplices calumnias, vt legere est apud *Tertallianum* in apologetico contra gentes, qui dixerunt Christianos fuisse seditioſum, ac turbarum authores incestuosos, plagarum procuratores, carniū crudarum comestores priorum etiam liberorum, quod absurdissimum est. Et certè non desunt hac ætate, qui huiusmodi crimina Dei seruis consuerunt impingere, asserentes quod existunt pacis publicæ turbatores seditioſi, sed quam longè absint ab hoc facinore, nouit Dominus, consolemur nos communi sorte Christi, atque Ecclesie illoque *Apost.* dicto, 2. *Timoth. 2.* si cum Christo passi fuerimus *συμβασιλευμεν*. 2. *Observa.* Dispersione ista admonemur, nimirum per disgregationem Sanctorum veritatis ergò occasionem præberi propagandi Regni Christi: Etenim vt semen spargi oportet huc, illucque in terra, antequam fructificet, sic ex disper-

dispersione tanquam semine Ecclesie Christianæ amplificatio, atque incrementum renascitur. Mirabilis Dominus ex tenebris lucem, qui nouit euocare, è morte Christi solius vitam elicere, ex malo, bonum, vt potè ex persecutione Ecclesie gloriæ suæ ampliationem: Ex peccato etiam materiam exercendi suam in miseris misericordiam. 3. *Observ.* Ingruente persecutione fas est fugere corporumque declinatione ad tempus vt, vt sedatis turbis, compositaque persecutione Dei serui referentur ad meliora tempora, quibus Dei gloriæ prædicando Euangelium inseruire queant. Extat præceptum Christi, *Math. 10.* inquietis, si persecuti fuerint vos in vna civitate, fugite in aliam: huc accedit sententia *August.* in graui persecutione omnes non debent manere, neque fugere. Verum manere debent, qui rei præsentis sufficient: quod si omnes eligant manere, tunc res sortibus est committenda. Nemo itaque ex fidelium seruatorum Christi declinatione ad tempus offensam capessat, cum id quidem sit licitum atque nonnunquam valde è re Ecclesie. 4. *Observ.* Quid fecerunt, verbum, scilicet prædicat in *Phœnicia*, *Cypro*, *Antiochia*, nobis Pastoribus maximè incumbit sedula Euangelij annuntiatio, in qua toti occuparemur. Porro *Phœnicia* est regio *Syriæ* proxima, non longè distans à *Iudaæa*, in qua sunt *Tripolis*, *Cæsarea*, *Philippi*, *Sidon*, aliaque civitates. *Cyprus* est Insula *Cilicia*, in qua *Venus* amoris Dea colebatur. *Antiochia* à *Seleuco* ædificata, nomen vero sortita ab *Antiocho* celebris quidè vrbs, *Syriæ* nimirum *Metropolis*, Pastoribus egregijs quondam ornata, in hisce Euangelium Christi prædicatur, ad eiusdem Regni propagationem. Vbi 1. *Observ.* Prophetiam de gentium vocatione esse impletam, officiumque Pastorum maximè, vt supra esse positum in prædicando verbo, *Mat. 28.* *Ephes. 4.* Prædicatio vero duo completitur scilicet explicationem, & applicationem. Explicatio esse debet secundum *λογον γνωσεω*: applicatio iuxta *λογον ζωης*, quæ quidem est verbi prædicati quasi anima, quam nonnulli male affecti conati sunt ab officio Pastoris exterminare cõtra expressam verbi sacri descriptionem, 2. *Tim. 3.* non est ergo, quod sese negotijs secularibus Pastor implicet, cum materia tota in qua versari debet sit Dei verbum scriptum: cuius subiectum est essenziale illud verbum caro factum *Iesus Christus* Dei filius, æternaque patris sapientia, quam fideles apprehendunt ad salutem, & vitam æternam.



*Verf. 20.* Sunt alij prædicatores Iesu Christi nimirum qui sunt ex *Cypro*, & *Cyrene*, quæ est in *Aphrica*. Prædicant vero ἑλληνισταις, id est, græcis gentibus, sic accipio, tametsi fuerint Iudæi ἑλληνισταις, id est, loquentes græcè, & Prædicant Dominum Iesum qui est Dominus. 1. Creatione, & modo quodam generali per titulum naturalem, rationeque æternæ suæ ex patris generationis ante tempora quo modo hæres vocatur omnium, atque in omnes creatas res imperiū habet. 2. Redemptione, & acquisitionis titulo: Etenim sanguine suo cum sensu iræ divinæ peperit sibi Ecclesiam, Regnumque, quod potest hic vocari gratiæ, quodquidē sceptro verbi sui, Spiritusque Sancti operatione colligit, regit, exercet, defendit, hic est solus regni huius Dominus, & caput, neque in vllā creaturam potestatem hanc, & ἐξουσιαν conferre vult, neque conrulit: quare Papa potestatem quam arripit in Ecclesiam, sine titulo legitimo vsurpat. 2. Iesus id est seruator, Angelo hoc nomen ipsi indenti, quod esset populum suum à peccatis seruaturus, non est, quod ad merita, humanasque satisfactiones transuolemus, cum in hoc nomine, id est, non in literis, aut syllabis, sed merito mortis Christi salus nostra sit inclusa, atque in sanguine crucis ipsius reconciliatio nostra sit facta, in hunc Iesum salutis nostræ vnicam petram certa fiducia recumbamus.

*Verf. 21.* Principalis causa operatiua est Dei manus, quæquidē aut sese in iustitiā vt in *Pharaonis* submersione, *Sinnacheribi* exercitus destructione, *Asdodæorum* punitione, atque percussione, 1. *Sam. 5.* Aut in misericordia, vt hic, exierit. *Obserua.* Fideliter fungentibus officio non deerit Dei auxiliū, *Philip. 3.* Omnia possum per Christum, qui me corroboret. 2. *Obser.* Incrementi, ædificationisque Ecclesiæ atque amplificationis laus, atque gloria tanti operis est ascribenda Deo, sine cuius assistente virtute, & potentia Ecclesia ne quidē possit ædificari, aut propagari, *Pf. 127.* nisi Dominus ædificarit domum, frustra ædificant, & 1. *Cor. 3.* Ego plantaui, Apollos rigauit, sed Dominus dat incrementū. Effectum huius assistentis divinæ virtutis est fides, & conuersio: etenim multi crediderūt, atque conuersi sunt ad Deum. *Obser.* Fides non est natura nobis insita, sed est divinæ potentie productum opus per verbum, *Rom. 10. Ioan. 6.* hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit, *Philip. 1.* datum est vobis credere. Effectum denuo fidei est conuersio,

sio, quæ non est in potestate hominis, *Ierem. 31.* Conuerte nos Domine, & conuertemur. Vbi vero habetur, *Zach. 33.* Conuerte, Conuerte Domus Israel nihil aliud importat, quam ne scilicet Domus Israel resistas Iehovæ te conuertenti; eiusque gratiam, ne respuas. In huiusmodi exhortationibus cum Augustino dicamus da Domine, quod jubes, jube, quod vis, tunc non frustra subebis.

*Verf. 22.* Cura Ecclesiæ *Ierosolymitana* pro *Antiochena*. Mittunt *Barnabam* virum bonum, ac Idoneum, cuius descriptionē habes. *Verf. 24.* *Obser.* Ecclesiæ quæque aliarum plantatarum, vel plantandarum curam habere debent: Ecclesiæque legati debent esse fidi viri ac synceri, quales faxit Deus simus nos Pastores.

*Verf. 23.* Cum venit *Antiochiam* vidit Gratiam Dei. Dei vero gratia est duplex. 1. essentialis ipsi Deo, atque coæterna fons omnium bonorum. 2. ab hac procedens, quæ dicitur data: de qua hic sermo, per quam significatur Euangelij gratiosum effectum, & ab *Antiochiana* Ecclesia gratuitam salutem esse amplexam. *Obser.* Fructus ex Euangelio promanans gratiæ divinæ in solidum ascribi debet: & nulla humano merito. Hoc animaduerso. Gaudius est *Barnabas.* *Obserua.* Obiectum gaudij nostri esse debet bonus, atque foelix Ecclesiæ status, vbi contra doloris, luctusque nostri pij miserabilis eiusdem conditio, gaudent divites atque Auari rebus male partis, ambitiosi honoribus. Sapientes mundani sapientiā suā, sed vere Christianus gaudet in sinu & exultat cum audit, vel videt Christi Regnum esse propagatum, Dei que gratiam plerisque, & vultum amabilem in Christo esse communicatum. David Propheta regius, *Psal. 4.* præ cæteris omnibus appetitis ab huius seculi hominibus optauit sibi vultum Domini concedi, vnde magis gaudere valeat, quam affluentes illi oleo, vino, frumento. 2. quod præstat *Barnabas.* Hortatur ad perseuerantiam. *Obser.* Huiusmodi exhortationes sunt perquā necessariae, cum partim corruptā naturā nostrā, partim motibus Satanicis, partim maligni mudi exemplo perniciosissimo proni simus ad defectionem: Proinde expetamus solius mediatoris nomine Iesu Christi perseuerantiæ gratiam, atque in memoriā reuocemus dictum illud capitis nostri, & principis salutis filij Dei, *Math. 24.* qui perseuerauerit ad finem, saluus erit: nec non illud, *Luc. 9.* In idoneum esse ad regnum Dei,



qui admouerit manū aratro, & retro spexerit. Det nobis dominus in Christo, vt veritati adhaerentes cōstanter pergamus in cœlum.

*Vers. 24.* Ad finem cap. habemus 1. Commendationem *Barnaba* per descriptionē quandam. *Vers. 24.* 2. Propagationē, atq; Incrementum ecclesiæ Christi apud *Antiochenos*. 3. Prædictionem vniuersalis famis. 4. Auxiliū discipulorum missum fratribus in *Iudæa*. *Barnaba* descriptio complectitur eius bonitatē à spiritu, atque fide promanantē. Sed quomodo vocatur bonus cum solus Deus sit bonus? *Resp.* Comparatè, ratione nimirum hominum Deus est bonus simpliciter, imò ipsissima bonitas. Homines verò nō sunt alio modo boni, quam per spiritum in ipsis habitantem, & fidem. Rari sunt hac ætate *Barnabas* referentes, vtcunq; ostentare conentur bonitatem, atque iactitare, *Prov. 20.* verum vbi reperias fidelem. *David* appellatur vir iuxta Domini Cor, & *Moses* fidelis in tota domo Dei: & *Nathaniel* verè *Israëlita*, in quo nō est dolus per gratiam Spiritus Sancti, & non alio modo. 2. πληρης πνευματος & γιγ. Plenus Spiritu Sancto, non quidem essentiā, sed χαρισματος & donis Spiritus, vt Sapientia cœlesti, cognitione, iudicio, consilio, timore domini, atq; fide. i. cognitione dei in christo fide apprehenso sese exerente in charitate erga proximum. *Cognosce virum bonum per actionem: Barnabas* gauisus est, quod *Antioche* gratiā dei viderit, in qua ad perseverandū exhortatus est *Antiochenos*. *Obser.* Vera hominis cōmendatio est ex Dei gratia, & timore, quo perfunditur, & imbuitur, nō ex honore mūdi evanido, nō opibus plerunq; collatis in reprobos. *Huius Barnaba* laus est sacris cōsignata literis ad nostram imitationē, vt & malorū ignominia, quo possimus pessimos eorum mores abhorrere. Scribitur de *Ieroboamo* impio quod fecerit *Israëlem* peccare: de *Elyma Mago*, *Ast. 13.* Quod perverterit vias domini rectas: de *Demetrio*, quod seditionē concitarit, & turbam aduersus *Paulum*: de *Alexandro*, quod restiterit *Paulina* doctrinæ, hi fugiendi sunt, eorumq; mores: Etsi hominum facinorosa praxes nō referantur in codicem ab vllō mortaliū, nihilominus tamē habet dominus librum suum cui inscribuntur peruersorū opera, iuxta quæ sunt iudicādi, nisi divinā gratiā tēpestiuè resipuerint. Conemur nos *Barnabæ* imitari, bonitate, spiritus donis expectēdis, atq; fide, vt si ab hominib. de nobis, quæ vera sunt, minus scribantur, saltem volumini divino, quales existimus

stimus per gratiā inferamur ad æternam nostram cōsolationem.

2. *Obser.* Contendamus Spiritu S. repleti, non malitiā, nō vino, & si nos angustia premant, aut dolor exagiter, ad Deum confugiamus, vt spiritu imbuamur, cuius virtute suffulciamur. Multi sunt, cum anguntur, ad tabernam se conferūt, aut ad facetorū hominū contubernium vt leuentur, sed momentaneū illud gaudium, & minus solidū: siquidē verum à spiritu Christi proficiscitur inquitentis suis. Gaudium meum nemo auferet à vobis. 2. Caput diuisionis: Ecclesiæ nimirum incrementum *Antiochensis* per *Barnabam*, & *Paulum*. Ac dicitur, quod multa turba sit adiuncta Domino. Ista adiunctio est spiritualis, atq; per fidem. *Obser.* Dei verbū non frustra emittitur, sed peragitur id propter quod mittitur, *Isa. 55.* Aut enim per se, & naturā suā vitam & salutem producit omni credenti *Rom. 1. 16.* Aut per accidens mortem, *2. Cor. 2.* vbi dicitur odor vitæ, atq; odor mortis. De Peccato modo profum cōtrario existimandū. Etenim peccatum naturā sua mortem affert, *Rom. 6. vlt. & Ia. 1.* sed per Dei misericordiam, meritumq; Christi fit, vt abundantioris gratiæ sit occasio. Προσετεθη. Ecclesia per Deum incrementū capit, & nō est penes homines amplificare regnū Christi, cum sint tantum instrumenta per quæ operatur Deus, *Psal. 127. & 1. Cor. 3.* Proinde & boni status ecclesiæ, pacisq; gloriā in solidum tribuenda Iehouæ. *Obser.* Pastorum curæ, ac cogitationes in hoc evigilarent, non vt sibi discipulos adsciscant oppositarum partium diuersa studia sectantes, sed vt destinatos ad vitā, & gloriam in regnum gratiæ corrogent. Fugiendum omne scisma, quale olim viguit in Ecclesia *Corinthiaca*, in qua aiebant nonnulli, Ego sum Pauli; Ego Cæphæ; Ego Apollo. Verum in hoc enixe incumbamus, vt domino nostro Iesu Christo discipulos vt Spiritus Sancti organa lucrifaciamus.

*Vers. 25.* Cura *Barnaba* pro adducendo Saulo *Antiochiam*. 2. Vtriusque studiū, & labor in propagando Christi regno, & permouendis multis ad fidem in vrbe *Antiochena*: vbi primū sunt nuncupati Christiani. *Barnabas* proficiscitur *Tharsum* Sauli patriam: quo est missus à Discipulis, propterea quod Græci conati sint eū occidere, *Cap. 9.* Vti apud suos Euangeliū Christi promoueret. *Obser.* *Barnabas* non est studiosus existimationis suæ, sed gloriæ Dei, Christi que in Euangelio lucentis dum aduocat Saulum, virum



virum singularibus donis ornatum. Itaque minimè debemus honori nostro velificari ita, vt diuinæ gloriæ præiudicium afferatur. At ex munere nostro non pauci maiorem evanidi honoris sui, quam Regni Christi propagandi rationem habere videntur, qui hoc vnum student, vt soli emineant cum fratrum suorum contemptu imbutorum etiam excellentioribus donis ad ministerium exercendum, eruditione maiori, linguarumque cognitione Pastori pernecessaria. Hi φιλοπρωτεύοντες ecclesiæ nostræ & vulnera, & turbas dederunt, vnitatemque ecclesiæ SCOTICANÆ synceram resciderunt, libertatemque regni Christi, & illam verbi παρησιασιν coarctari, miserè passi sunt: quam Dominus redintegret tempore suo, adhibitâ Regis prælustri curâ, quem Deus tueatur, protegatque. Conemur nos interim exemplo Barnabæ nominis nostri existimationem apud deteriores parui facere, dummodo illibata maneat Dei gloria. Veniunt Antiochiam: ibidem annum commorantur, docentque turbam multam. *Observ.* Pastores elaborare enixe in suo ministerio perimplendo negotijs secularibus, in quibus nimium occupantur, valere iussis. Quicquid dicant nonnulli, ac comminiscantur, peruertendoque Scripturarum locos effutiant, prædicationem verbi habet suum subiectum in quo sese exercent fidelis Pastor, *Math. 28. Ioan. 21. 2. Timoth. 4.* non iubet te in Parlamento sedentem Dominum rebus civilibus suffragio tuo subscribere, neque mundanis congressibus temet immiscere. Hunc honorem Antiochiani sortuntur, vt ibi primùm Christiani à Christo sint denunciati, ac si dicas à Messia messiani, significante vnctum: & fuit Dei filius vnctus non naturæ, sed lætitiæ oleo, *Psal. 45.* in Regem, Sacerdotem, & Prophetam. Sic Christo insiti per fidem vnguntur Spiritus Sancti donis in Reges ad triumphandum de peccato virtute Christi; Sacerdotes ad offerendum nõ victimam pro peccato, sed spirituales hostias sub nouo testamento: In Prophetas, id est, ad intelligendum Prophetarum scripta in salutem nostram. Christiani itaque sunt qui in sese Christum habent per fidem. *2. Cor. 13.* non per realem naturæ communicationem, Non per commutationem proprietatum, aut localem præsentiam, sed spiritualem, ita, quæ sunt Christi, evadant nostra, faxit Deus nos & quæ nostra, sint Christi; memoresque simus Reges nos esse, libertate donatos,

atos, ne miserrimæ seruituti peccati nos rursus subijci patiamur, cum iam prorsum reatu omni pœnaque peccati liberati simus, tametsi naturæ omnium corruptio adhæreat tandem abolenda. Stemus in libertate qua Christus nos liberavit, & conemur diuina virtute hostes superare, cum Regum, quales nos sumus, sit proprium imperare, Ne regnet itaque peccatum in mortali nostro corpore: fungamur etiam Sacerdotis munere minimè in offerendo sacrificio propitiatorio pro peccatis, cum illud Christus semel nimirum seipsum obtulerit, quod non est reiterandum, quippe æternum, & semper efficax, sed corpora, imò animas, & quicquid est nostrum illud omne in Dei gloriam consecremus. *Observ.* Dignitatis gradus est eximius in quem Christiani nomine evehimur, quo Christi simus participes, omniumque donorum eius. Mundani honorificis titulis gaudent, & volunt haberi, atque dici Domini, Comitesque: At nullum nomen huic comparandum, si modò verè sis Christianus: Hoc nomine nihil tibi deerit, Christus tuus est, & Deus pater per Christum: Sic omnia tua sunt, quæ ad Regnum gratiæ & gloriæ spectant, tua inquam per fidem, postea per aspectum, plenamque fruitionem possidenda.

*Vers. 27.* Tertium Caput diuisionis nostræ, Prædictio nimirum vniuersalis famis per Agabum Prophetam, qui fuit eorum vnus Ierosolymis Antiochiam venientium. *Observa.* Prophetarum scholæ fuere Ierosolymis, in quibus filij sunt instituti; & certò apprimitile est habere scholas ad erudiendam iuventutem in cognitione veri Dei, atque Iesu Christi, qui postea ecclesiæ ædificandæ, ac propagandæ inferuire possent. Propheta prædicens famem est Agabus, qui non rapitur instinctu, aut impetu aliquo naturæ suæ, sed Spiritu Sancto impellitur ad hanc famem præsignificandam. Non nititur hæc prædictio cæli reuolutioni, stellarum positioni, aut syderum, quo modo solent Arioli conijcere res futuras, & frustra diuinare; sed Spiritus revelationi. Etenim non sunt locuti olim Prophetæ priuò motu suo, sed prout Divino Spiritu impellebantur, *2. Pet. 1.* Hæc famis incidit in Claudij 4. Imperatoris tempora, de qua vide Iosephum Antiq. 20. Orosium & Suetonium. *Observ.* Nullum secretum, quod nõ revelet Iehoua seruis suis Prophetis, *Amos 3.* Ioanni Knoxio synceræ religionis secundum Deum,

Galat. 5.

Rom. 6.



» instauratori, qui de tenentibus Castellum EDINBURGIVM, ni-  
 » mirum de GRANGIO, alijsque verè est vaticinatus. 2. *Observat.*  
 Fames, aliaque DEI iudicia non eveniunt, nisi divina provi-  
 dentia propter peccata populi, *Deuter. cap. 11.* Et *Amos cap. 3.* Ha-  
 betur nullum malum in Civitate, quod non fecerit Dominus.  
 Pœnæ (scilicet) non culpæ, cum Deus omni labe peccati pror-  
 sum sit exors. Instar huius maxima ac terribilis fuit fames tem-  
 pore Maximini crudelissimi Ecclesiæ persecutoris, quâ in pla-  
 teis locupletissimi plerique occubuerint, alij in agris, alij à ca-  
 nibus sibi metuentes sese occidendos curarunt: Iusto Dei ju-  
 dicio illud iudicium ipsis imminebat, cum ad Bestias Christianos  
 in persecutione illa sub atrocissimo Maximino proiecerunt.  
 vide *Euseb. libro 9. cap. 8.* raræ famis fit mentio, 2. *Reg. cap. 6.* in  
*Samaria. Observatio.* Immittuntur plagæ Divinitus fames, pestis,  
 gladius, propter peccata. Proinde culpa non est rejicienda, ut  
 impium vulgus facit instar populi Israelitici, *Jerem. cap. 44.* in Dei  
 verbum, sed in transgressiones atque delicta populi. Quicquid  
 mali evenit, illud scelerosi ascribunt Euangelij prædicationi: &  
*Tertulliani* tempore gentes seditionis commotionum, & nefan-  
 dorum facinorum Christianos authores fecerunt. *Observ.* Impij  
 Ecclesiæ hostes quæ non comminiscuntur instinctu Satânico in  
 Christiani nominis professores? ad promouendum regnum te-  
 nebrarum? & impietatis. Feramus æquis animis, cum vel fal-  
 sò traducimur, & clandestino, vel publicè sistimur pro tribunali  
 mundano, atque accusamur: Etenim hæc fuit, atque futura est  
 piorum fors. 2. *Observ.* Prædictiones Divinitus emissæ suum  
 procul omni dubio consequuntur complementum: Prophetiz  
 de Christo multò ante præmissæ sunt impletæ, quæ restant im-  
 plebuntur, præsertim promissum illud de illa *ἐπιφωεια* filij Dei  
 ad iudicium in plenam omnium Sanctorum glorificationem.  
 Caterum hic *Claudius* fuit ventri, libidiniq̃ue obediens: A matre  
*Antonia.* Stultus habitus, quæ solita est ita loqui de stulto quopi-  
 am, Tu es instar filij mei *Claudij*, adiecitque, quod natura *Claudi-*  
*um* Monstrum productum inchoauerit, sed non perfecit. Et *Li-*  
*villa* soror Romanos est detestata, quod eum admiserint Impe-  
 ratorem, qui corruptis militibus ad Imperium pervenit: Itaque  
 tali existente sceleroso Imperatore, facile conijcere est plebem mul-

multis fuisse deditam inquinatamque peccatis, quibus à Domi-  
 no scelerum vindice hanc famem accersuerint.

*Vers. 29.* 4. Caput divisionis comprehendens subsidium Di-  
 scipulorum *Antiochensum* missum ad fratres in Iudæa. *Observ.* Hic  
 est certè fructus Religionis Christianæ, ut egenis IESU Christi  
 membris subveniamus. Lege *Act. 2. 9.* 2. *Observ.* Grati sunt *Antio-*  
*chenfes*, qui seminantibus Iudæis ipsis spiritualia rependerunt  
 corporalia, 2. *Cor. 9.* Longè aliena mundi est mens, qui non so-  
 lum gratorum animorum officium negligit, dum verbi ministris  
 de suo nihil communicant ingrati verum etiam illud quod pro-  
 priè & legitimè spectat ad ministerium alendum miserè ac sacri-  
 legè surripiunt, longè abhorrentes sacrilegi ab Apostoli præcep-  
 to, *Galat. cap. 5.* κατὰ χερσὶν ἢ λόγον κοινωμετω ἢ κατὰ χερσὶν ἐν  
 πᾶσιν ἀγαθοῖς. Consolationem petamus nos ex Dei verbo, &  
 oculos conijciamus, ut *Moyse* in præmium quod nos manet, ista  
 porrò exhibita benevolentia est iuxta dantium facultatem. vide  
 2. *Corinth. cap. 9.* atque voluntaria. *Observa.* ordinem esse seruan-  
 dum in missione, ac distributione: Etenim, ad seniores hoc sub-  
 sidium mittitur, ut Diaconi, de quibus cap. 7. possent pauperi-  
 bus subministrare. Omnia ritè, & κατὰ ταξίν administrari oportuit.  
 Proinde misisse feruntur ad Presbyteros, id est, Ecclesiæ  
 Governatores, quorum officium est populi mores obseruare, ac  
 in regimine domus Dei per Disciplinam Pastoribus succurrere,  
 sententiamque accommodare ad legitimam collectarum distri-  
 butionem in vsus pauperum. Presbyteri, atque Diaconi debent  
 esse viri boni, spiritu, & fide donati, quadantenus *Barnabam* refe-  
 rentes. Faxit Dominus functuri hoc anno hisce officijs fideliter,  
 & in bona conscientia perfungamini.



## CAPVT XII.



**N**OVA intenditur persecutio, ab *Herode Agrippa* aduersus Ecclesiam vermibus corpore excrescentibus absumpto. Persecutor ergo est *Herodes Agrippa* persecutionem patitur ecclesia, & nominatim *Iacobus*, atque *Petrus*. *Iacobus* obtruncatur, *Petrus* incarceratur. De *Iacobo* hæc habentur. 1. Quis eum persequitur nimirum *Herodes*. 2. Quo mortis genere afficitur, scilicet obtruncationis. 3. Quando. Et hæc temporis circumstantia primum occurrit: eodem fere tempore, quo fames occupat, & peruadit uniuersum terrarum orbem. Vbi nota calamitatem, subsequi calamitatem Ecclesie, finemque vnus persecutionis esse plerumque alterius initium, vt vnda trudit vndam, ita vna afflictione elapsa, ac extrusa, illabitur, & intruditur altera. Expende *Abrahami* afflictiones, evocatur natali solo in terrâ *Cananaam*, vbi fame pressus cogitur demigrare in *Aegyptum* *Isaaci*, *Iacobi*, *Iosephi*, populi in *Aegypto* detenti, atque in deserto oberrantis Prophetarum, Christi etiam Dei filij, Apostolorum, necnon post Christum passim Christianorum atrocissimas miseras tunc temporis, & futurorū omnium ad consummationē mundi: Proinde ne existimemus alienum quid persecutionem pati, cum hæc fors omnibus pie viuere volentibus in Christo diuinitus incubat. 2. Persecutor est *Herodes* non *Ascalonita* infanticida, non *Antipas* *Ioannis Baptistæ* obtruncator. Sed *Agrrippa Herodis Ascalonita* & magni nepos, qui arte eam fere dominationem obtinuit, sub *Claudio* ab *Herode* magno occupatâ. Hic aggressus est vexare quosdâ Ecclesie, in græco *πειθαλέντας χερας* immittere manus. Vbi nota discrimē inter illam *Ieroboami* impij Regis Israelitici manus extensionem adprehendendum Prophetam, & hanc *Herodis* ad accipiendū male quosdam ex Ecclesia: *Ieroboamus* porrexit manum, sed Prophetam nequiuitprehendere, qui vaticinatus est de ossibus sacerdotum immolandis in illo altari Idololatræico per *Iosiam* regem nasciturum 330. post annis, 1. Reg. 13. huius *Ierob.* manus euasit arefacta, qui rogans Prophetam, vt restitueretur, est restituta. *Herodi* verò huic permittitur

2. Tim. 3.

non

non solum apprehendere *Iacobum*, sed & eundem obtruncare, vt alij in Euangelica veritate, sanguine huius martyris cōfirmarentur & ipse *Herodes* reseruaretur ad insigniorē plagam vt videre est infra. vers. 12. Porro dicitur afflixisse quosdâ. *Obser.* Ecclesia Christi vniuersalis simul & semel à Satanæ organis nō possit diuexari, sed si vexetur in vna regione, aut civitate, in alia est libera diuina dispensatione, vt animadvertere est in Christi Ecclesia apud nos: quæ nullo nostro merito hætenus persecutione aperta remansit soluta, cum *Anglicana*, *Gallica*, & *Hispanica*, fuerint multis iisque grauissimis persecutionibus obnoxia, multoque sanguinis martyrum effusione insignes. 3. Subiectum, quod patitur est *Iacobus*. *Observatio.* Serui fidelissimi Iesu Christi gladijs, ignibusque hostium maximè sunt obiecti. Vide in *Ignatio*, *Polycarpo*, *Dorotheo*, aliisque. Et genus mortis quod patitur, est obtruncatio indicta causa etiam iudicium incipit à domo DEI. 1. Pet. 4. Sed quæras qui conuenit cum iustitia Dei, vt *Iacobus* fidelis Dei seruus tali plectatur supplicio. *Respon.* fit quidem iustè, nam etsi non mereatur *Iacobus* ratione *Herodis* atrocitatem istam, exercentis, tamen cum nemo sit, qui mortem non mereatur, quippe peccator, fit hoc secundum Dei iustitiam quod patitur, & pariter misericordiam, quod mortē, quam omnes meremur, conuerterit in hoc gloriosum mortis genus ad alios in Euangelij veritate stabilandos. *Observatio.* Mors violenta non est iræ diuinæ, ac indignationis argumentum accensæ aduersus eum, qui patitur. Etenim plerique egregij martyres martyrium sunt passi Deo decernente, ac permittente, quibus adfuit potenti suo Spiritu quo constanter impulsū fidem strictè arctèque tenuerunt in Dei gloriam, Ecclesieque bonum, quos beatos pronuntiat Dominus noster, *Math.* 5. verum obseruandum, ne patiamur vt malefici, sed pro Dei gloria tuenda, 1. Pet. 4.

*Vers.* 3. De *Petro*. Vbi habes. 1. Petri incarcerationem. 2. Liberationem. 3. *Euenta.* In incarceratione denuo habes causam impulsuam his verbis, *ἀρεσόν ἐλαῶν* expressa causa, sed latens est, defectus populi opinio, ab imperio ac obedientia *Herodis*, qui neque obseruatione legis *Mosaica*, neque odio Euangelij mouetur. Quemadmodum *Ieroboamus* vitulos curauit fingēdos, & erigendos *Dathane*, ac *Bethelene* ne populus rediens *Ierosolymam* religionis ergo, ad

L 1 3

Deum



Deum verum *Davidu*, eiusque imperij obedientiam rediret. *Observatio*. Periculosum hoc fundamentum niti populo in rebus gerendis. *Herodis Antipas* curavit obtruncandum Ioannem Baptistam, dum placere studet illi saltatrici *Strictinellæ*. *Pilatus* bis absolutum Dominum nostrum tandem cruci, qui populo rem faceret gratam, adjudicavit. *Nero* ex quo urbem Romam permisit incendio, Christianorum milia occidi iussit quo populo gratificaretur. *L. Flammeus* obtruncavit nobilem quendam, ut focaria animo responderet. Et hic *Herodes*, sic *Saulus* vnicè optavit illud, ut omnis populus eum honoraret. Plerique hoc vnum student, ut populo inseruiant ad nutum: quod omnem æquitatem, iustitiamque peruertit. 2. *Observa*. Peccata impiorum non sunt in supremo gradu ad primum, sed à peccato in peccatum pergunt, donec *Cyathum* perimpleuerint, sibi que extremum iudicium æternum illud horrendum accersuerint. *Pharao* quibusdam gradibus ruebat in suum ipsius interitum, ita *Saul* pergens ab vno in aliud facinus tandem suo ipsius gladio perijt. Impeditur ab executione *Herodes* propter dies azymorum. *Obser*. Bene vititur Dominus ficta hypocritarum Religione, & simulata sanctitate ad procrastinandum seruatorum suorum supplicium: coercetur obseruatione azymorum abolitorum aduentu Christi *Herodes* ne Petrum morti det: quem tradit in carcerem ut *Achab Michaiam*. Et *Sedechias Ieremiam* qui Dei Prophetæ vera verè prædixerunt. *Observa*. Impij ac facinorosi in Regnis Regum impune passim grassantur, sed fidiissimi Christi serui propter veritatem in custodiam traduntur. Nec desunt mali serui ad exequendum impia mandata tyrannorum. Vide in illa historia, *Dan. 3.* de tribus pueris in fornacem cõiectis, atque in Christi prehensione. 3. *Obser*. Quod statuerit Petrum reducere, & populo producere: impij malum suum propositum non deserunt donec extremum pertentent, quod crudelem persequetur malum in suam ipsius perniciem, *Psal. 140.*

*Vers. 5.* Tradito Petro in carcerem, & ibidem collocato ecclesia intense precatur. *Obser*. Grata, & fidelis erga Petrum est hæc Ecclesia, quæ Deo preces nuncupat in Petri gratiam: hanc praxin imitemur, atque recordemur eorum, qui in vinculis sunt, ac si ipsi vinculis coarceremur, *Heb. 13.* & cū lugētibus lugeamus, *Rom. 12.* sic futurum in Christo Deo patri placeamus, simul etiam à fidis Christi

Christi seruis laudemur, ut ab Apost. laudati sunt Hebræi, quod ipsius vinculis condoluerint, & tolerarint bonorum suorum spoliationem expectantes meliorem ac permanentem substantiam in cœlis obserua etiam magnam esse efficaciam seruidarum precum expende multorum exempla, sed nominatim *Elia. Iacob. 5.*

*Vers. 6.* Statuit *Herodes* educere Petrum, inter duos milites securè cubantem in vinculis. *Obser*. Bonæ conscientiæ vis est magna, ut nihil timeant, qui non peccarint, mortem verò semper ob oculos versari putent, qui deliquerint.

*Vers. 7.* Habetur Petri liberatio per Angelum illustrantē locum, vbi fuerat, pulsantē, atque dicentem, surge. *Obser*. Angeli incumbunt electorum saluti, parati que sunt ad exequendum, quod Dominus in rem ecclesiæ ipsis injungit, *Psal. 34.* dicuntur circa sanctos tentoria figere: paruulorum que; Angeli videre faciē Dei, *Math. 18.* vbi vincula decidunt soluta, obserua nihil esse tam firmum, quod divina potentia non valeat comminuere: imò ipsam naturæ vim atque cursum invertere: ut expendere est in saluo populi sui conductu per mare rubrum, & in conseruatione trium illorum puerorum in ignis fornacē conectorum. *Surgit Petrus* egrediuntur acceptis sandalijs. *Sandalium* est genus leuis calciamenti ad iter accommodati. *Daniel. 3.*

Cingitur Petrus pallio, pergunt vna, putat Petrus rem non esse gestam, sed tandem modo visionem pertranseunt primam, & secundam custodiā, perueniunt que; ad portam ferreā, quæ ipsis sponte est aperta. 1. *Obser*. Omnipotenti Deo cedunt cuncta cælū, ignis, aër, aqua, terra, his que; cõprehensa omnia obtemperant creatori ad nutum: proinde videndum, simus in gratia creatoris, sic futurū, inseruiant nobis omnia, cedant que; in bonum. Si secus, sentiamus, & experiamur creaturas in nos omnes esse armatas, vide *Psal. 91. Ose. 2. 18. Dan. 3. & 6. 2. Obser*. adest Dominus, & invigilat suorum liberationi præter expectationē, vide 1. *Sam. 23.* Cùm *Saul* vndiquaque; exercitu cinxisset *Davidem* rumor ad *Saulem* permeat, quod *Philisthæi* terrā inuaserint vnde exoluitur, & explicatur *David & 1. Sam. 30.* cùm statuissent: apud *Zicklagum* civitatē lapidibus obruere *Davidem*, *Iehova* ipsum tuetur in columem. 3. *Obser*. Hæc Petri incarcerationis referre potest spiritualē nostram, cū omnes simus in peccatis mortui, *Ephes. 2.* proinde in custodiā traditi & detenti donec redemptor generis humani *Iesus Angelus fœderis* nos libertate donauit,



donavit, qui omnibus hostibus expugnatis in cœlum ascendit, inde reuersurus ad plenam electorum redemptionem peragendam, & in cœlesti patria perfectam glorificationem.

*Vers. 11. ad 20.* Habentur eventa Petri liberationem cōsequen-  
tia. 1. in Petro. 2. in cōversis ad fidem Christi. 3. in custodibus. Petrus ad se rediens fatetur Dominum esse liberationis authorē. Prius putavit fuisse visionem, & non rem gestam: vbi observ. infirmitatem, atq; ignorantiam, cui omnes subiaceamus, vt manifesta Dei opera minimè percipere valeamus. vide *Mat. 17.* In transfiguratione Christi, quæ dixerit Petrus nimirum; Bonum est nobis esse hic, faciamus tria tabernacula, quæ ab infirmitate humana profecta sunt; Cui quidem petitioni, si annuisset Christus, opus Redemptionis generis humani fuisset præpeditum. 2. Præxi Petri Dominum liberationis nostræ Authorem agnoscamus. *David* Iehouam liberatorem ac ereptorem ex ore Leonis, ac Apri liberaturum eum ex manu *Philistæi* certò sibi persuadet. Ita *Paulus 2. Timoth. 4.* fatetur Deum liberasse eum ex ore Leonis, & proinde reseruatū ad Regnum cœleste. 3. *Observ.* in hæc verba, *E manu Herodis.* Tyrannorum potentia est limitata, qui vltra præfixos Cancellos à Divinâ providentiâ manum nequeunt extendere; Imò ne Satan quidem, mundi ac tenebrarum princeps citra Divinæ providentiæ circinum operando, & vexando possit egredi. 4. *Observ.* Qualis Rex, talis populus plerunque existit: proinde Ecclesiæ, Rei que publicæ maximè interest, pium, Santumque Regem habeant.

*Vers. 12.* Quo venerat. Nimirum domum mulieris Religiosæ, ac piæ *Maria.* Sed primum occurrit quod hanc rem considerarit. *Observ.* Opera Divina sunt altius expendenda, quæ præsertim potentiam, eiusque gloriam in ea relucens declarant. Facit nos negligentiores in prædicando Dei nomine defectus considerationis, si trutinarem animis nobiscum, quam benignus extiterit Iehoua in hanc patriam nedum in luce hac Evangelica accendenda, & inducenda, etiam sine sanguine; verum eiusdem continuatione cum pace admirabili, meritissimè omnes Divinâ misericordiam celebrare debemus. *Maria* domi suæ habet Evangelij professores exemplum religiosæ, ac sanctæ matronæ, viris & mulieribus imitandum. *Maria* sedit vna ad pedes Christi evangeli-

gelizantis: alia vnxit pedes vnguento: & hæc tertia, religiosa: Cui non absimilis *Lydia* purpurissa Paulo, ac *Barnabæ* fata, Si me fidelem censetis, venite ad me, & coegit intrare. Tametsi *Herodis* persecutio fuerit summa, nihilominus tamen, ac si nullum existeret discrimen, apud se Ecclesiam habet. Paucos professores reperias huic similes. 3. *Noctu*, hinc initium datum matutinis vt videtur conuentibus, & vespertinis. Si causa ecclesiæ postulet, huiusmodi conventus esse possent, & obseruari. At in Ecclesijs constitutis non est ἀπλως ἀναγκαστον. *Observ.* Si hi cum periculo, & noctu non sine molestia cōvenerunt, quid de quibusdam dicendum, qui interdum sine molestia, cum libertate convenire nolunt ad audiendum Dei verbum. In *Gallia*, alijsque partibus, vbi cum capitis discrimine convenitur, gaudent, si sub dio liceat Evangelium audire: *SCOTIA* tamen tanta luce collustrata ac libertate donata, vix dedignatur statis temporibus ædem sacram accedere ad verbi divini auditionem. Proinde metuendum nobis ne hac luce priuemur, & cogantur *Scoti* proficisci à mari in mare ad inveniendum Dei verbum, & minime detur reperire, cum vberem gratiam, ac coruscantem lucem spreuerint, *Amos 8.* Quapropter, dum dies est ne obdurate corda, sed pijs atque divinis exercitijs frequentandis operam date.

*Vers. 13.* Pulsat Petrus. Ianua cœli est nobis pulsanda precibus donec propter Christum intromittamur. Egreditur *Rhode*, quæ nō aperit, sed agnita Petri voce præ gaudio reuertitur, vt annuntiet cæteris esse Petrum vestibulo astantem. *Observ.* Quando veri, ac fideles Christi serui periculis exoluuntur, aut carcere eximuntur, Pij ac bene affecti lætari consueverunt, sed impij contristari. Qui sunt intus aiunt eam insanire, quæ cum cōstanter affirmaret, Petri Angelum esse ferunt, nouerunt ex verbo assignatos esse Angelos, qui electorum saluti invigilent, talesque visiones ipsis aliquando occurrebant. Autumant nonnulli ex hoc loco Angelum vnicuique esse designatum. Verum Scriptura sacra pluribus testatur locis plures esse præstitutos Angelos electorum conseruationi incumbentes. vide *Gen. 28.* de Angelis invigilantibus vitæ *Iacobi* ascendentibus, atque descendentibus in scala visa. 2. *Reg. 6.* de Aurigis & equis figurantibus magnum Angelorum numerum, *Psal. 34. & 91.* Cedit hoc in summam nostram consolatio-



nam, cum non vnum, sed plures habeamus animarum & corporum custodes. Pulsans adhuc Petrus admittitur, quo viso oblitescerent, cuius rei causa, est ignorantia.

*Vers. 17. Sermo Petri ad eos.* Demissione manus facta requirebat pacem. *Observatio.* Dei verbum pacifice reuerenter, & attentè audiri debet, contra, ac plerique faciunt. Exponit ijs quod Deus ipsum soluerit. *Obfer.* Pro liberatione nostra solus Deus agnoscendus est. 3. Iubet significari fratribus eodem munere fungentibus præsertim *Iacobo Alphai* filio ubi nota Dei gloriam ac potentiam non esse tacenda. 4. Aliò se confert. *Obferua.* Licet in graui persecutione ad tempus, vti declinatione corporis, ita tamen vt officium faciamus, vbi cunq̃ue terrarum extiterimus, ex nostris viri pij ac fideles subdlexerunt sese temporibus illis reseruati diuinâ gratiâ ad meliora. Extat præceptum Christi de fuga, *Math. cap. 10.*

*Vers. 18.* Euenta iam ratione custodum, multum turbantur die crastino propter solutum Petrum. *Observatio.* Impij perturbantur quod eorum manibus sauis elabantur boni sed grassari impunè sinunt impios. *Herodes* inquit, examinat custodes, ducit ad supplicium. Iniquè quidem facit *Herodes*, sed **DEVS** æquè, cum huius sceleris aduersus Petrum patrati cum atrocissimo *Herode* socij extiterint, incidunt in foueam, quam fecere, & nassa implicantur, quam neciebant Dei seruo. *Obfer.* Reprobi sunt incurabiles. Expende in *Pharaone* non ad meliorem frugem reuocato, varijs etsi plagis affecto, in *Herode*, cuius furor nequaquam remittitur donec vermibus corpore emanantibus erosus interierat: Et in hisce custodibus iustissimè punitis ab eo etiam, quicum in scelus confenserant expende, in *Abimelecho*, & *Sichemitis*, *Iudic. 9.* *Moabitis*, *Ammonitis*, & *Seiranis*, *2. Cron. 20.* In *Nabuchadnezaris* seruis igni absumptis, *Daniel 3.* & *Daniel 6.* In *Danielis* accusatoribus à leonibus attritis. *Mystica observ.* **I E S V S** Dei filius Princeps salutis nostræ è potestate Diaboli nos exoluit, fideque per Spiritum suum nos imbuit cum ipsum apprehendente ad æternam vitam, quam constanter retineamus, donec redierit ad nos perfectè glorificandos.

*Vers. 20.* Ad finem cap. *Herodes* meditatatur bellum aduersus *Tyrum*,

*Tyrum*, ac *Sidonem*. Quatuor habentur hoc vers. 1. *Herodis* propositum de bello mouendo. 2. *Tyri* ac *Sidonis* consilium de pace in eunda cum *Herode*. 3. Instrumentum, quo vtuntur ad hanc pacem conciliandam, & procurandam. 4. Ratio huius pacis. 1. *Observatio.* Nemo sortè sua viuit contentus, sed omnium hominum animis cupiditas habendi est ingenita, imò ordinatus ad vitam non satiabitur, donec glorioso, & summè, ac æternaliter iucundo vultu diuino perfruatur, *Psal. 16.* & *36.* *Ὁὐκ ἔτι* vero plura semper appetit, vt hic *Herodes*, cui limitibus Imperij sui minime satisficit, sed vult *Tyrios* & *Sidonios* ipsi subiugari. Illud *Demosthenis* est verum, Rara Concordia inter *Monarchas*, & civitates liberas. Hoc omnes fere student nomen, familiamque ad posteros propagare: inquit *Psalmist* terras suis nominibus inscribunt, vt cum non possint in sese hic esse æterni, saltem in posteris esse velint, at frustra, cum hic mundus, atque mundana omnia sint transitura. 2. *Petri 3.* Neque contenti modo sunt terreni Principes Imperij sui fines prolatate, sed in Regnum **CHRISTI** facere volunt irruptionem, illudque Domini nostri sceptrum suo subijci, in quos sic interminatur *Propheta Hose. 5. 10.* Principes Iuda sunt similes remouentibus limites idcirco effundã in eos excandescentiã meam, vt aquam. Discamus hinc viuere contenti statu nostro, absit appetas res alienas cum fidei, ac conscientie iactura. *Tyrum* ac *Sidon* civitates sunt *Phœnicie* non longe distantes à *Syria*, *Tyrum* admodum opulenta, & gloriosa maris regina vocata, *Mercatoresq̃*; *Principes*, & *institores Nobiles*, delenda prædicitur à *Propheta* quod riserit ad *Ierosolymitanum* excidium. Videte ne insultetis aliorum malis, effugite superbiam, quæ hic regnabat, quæquidè ipsi Deo resistit, cum peccata alia ipsum fugiant. 3. Pro pace agunt. *Obferua.* Pax optanda pia, nihil insidiarum habitura: Bellum siquidem melius est pace impiã, & à Deo distrahente. Sed Sancta Concordia existit singulare ornamentum Ecclesie ac Reipub. *David* precatur pro pace *Ierosolymis* concedenda, ac continuanda, *Psal. 122.* & *1. Timoth. 2.* precari iubet *Apost.* pro Regibus, & in dignatis gradu constitutis, vt piam, & tranquillam vitam agere liceat. Admiranda pace ornauit *Iehova* Ecclesiam *SCOTICANAM*, qui sine sanguinis effusione invexit Euangelium & idem cõtinuauit ad hæc vsque tempora.



Det Dominus nos gratos, qui agnoscamus, quæ ad pacem nostram spectant. 4. Instrumentum ad pacem procurandam comparatum est *Blasius* præmijs adductus ad hoc præstandum. *Obserua.* Principes plerique hoc laborant morbo, qui apud sese habeant adulatōres, qui supparasitentur, quos pluris faciunt, quam viros candidos, & ingenuos. Nonnunquam viri etiam boni assentatorum opera ad rerum suarum procuracionem vti coguntur, *Saul* habebat *Doegum* sacerdotes *Iehovæ* curantem occidendos, at *David* apud se manere mendacem, & adulatorem, non est passus, *Psal.* 101. Esset certè maximè è republicâ si curiâ exularent huiusmodi homines, & admitterentur ingenui, sanctique viri. 5. Causa impulsiva est, quod eorū Regio fuerit alta Regis agrò, respiciunt quod est è re suâ, nunquid magis solliciti essemus nos de coeunda pace cum Rege nostro, cœlesti patre tot in nos beneficia, præsentis vitæ, ac futuræ coaceruante, cuius quidem fauore si fruamur omnes res creatas experiemur amicas: & contra, inimicas: proinde maximopere refert nos in gratiâ esse cum omnium Regum Rege potentissimo, ac benignissimo, quod fiet, si vnice, atque enixe conemur ipsi obtemperare, vitamque exigere ad canonem divinæ voluntatis.

*Vers.* 21. Gloriosus hic *Herodis* status. *Obserua* tria esse, quæ Principes reddunt superbos. 1. Est vestis Regia. 2. Thronus. 3. Eloquentia. Hæc hunc inflant, verum miser homo non nouit, quam proximet ipsius capiti extremum supplicium. Mirum videri possit tyrannum hunc habere omnia, ex animi sententia succedentia, at non debet, si expendant florere impios instar floris ad breue tempus, sed statim vix agnosci, vbi tales extiterint, *Psal.* 37. & 73. 52. de *Doego*. *Obserua.* Iudicia Dei sunt secreta, & repentina, antequam effundantur, minime percipiuntur à scelerosis verum effusa potentia divinæ vestigia relinquunt. *Isa.* 63. Si impij saperet, ex medijs ab ipsis præparatis certo colligerent suum ipsorum interitum appropinquare. Fœliciter cum isto fuisset actum, si ornatus veste salutis, Thronum gratiæ Christi fide apprehendisset ad consequendam misericordiam, sapientiamque illam patris in animo residere suisset, non ita misere, ac repentinò interijisset. Vide *Ioseph.* *Luca* assentientem, *lib. antiq.* 19. ca. 7. Necnon *Euseb.* *lib.* 2. cap. 10. Hunc diem constitutum fuisse dicunt ad celebranda spectacula,

etacula, & ludos in gloriam *Cæsaris*, quo celebrior evadit huius tyranni interitus. Assentatores dicunt vocem *Herodis*, non hominis, sed Dei esse vbi aliâ agnoscunt præter hominis in *Herode* naturâ vbi obserua adulatorum ingenium, Principes mortales divinis titulis, ac nominibus exornare volunt, quo facile sese iisdem insigniri patiuntur. Vide in *Caligula*, & *Domitiano*, *Simone*que *Mago* apud *Sabellicum*, & *Act.* 8. *Petrus* longè aliter sensit, ac fecit, qui noluit adorari à *Cornelio*. Ita *Barnabas*, & *Paulus*, *Act.* 14. divinos honores detrectarunt. Proinde cauerent pij, ne collatis in se honoribus divini nominis gloriæ præiudicium afferatur. Supplicij inflicti executor est *Angelus*, qui percutit de mandato divino, sic *Aegyptiorum* primogenita, sic *Sinnacheribi* exercitum. Pœnæ inflicta ratio, est, quod non dederit gloriam Deo: & non coercuerit assentantis populi vocem. Hinc disce verè *DEVM* timere, ipsumque glorificare genus mortis est *Pthiriasis*, vermibus arroditur sic *Antiochus*, *Mac.* 2. 9. & *Sylla* ex *Plinio* & *Plutarcho*. Ita Imperator, quod templa Deorum spoliavit, sic *Vandalorum* Rex, sic *Maximinus*. *Euseb.* *lib.* 8. cap. 6. vbi expende quale, quantumque iudicium maneat atrocissimos Ecclesiæ persecutores in hac praxe, alijsque. *Obserua.* Considerent Principes olofericati, auroque gemmisque insignes quid fuerint, scilicet sperma fœtidum, quid sunt vas nimirum stercoreum, & tandem quid futuri, puta, esca vermium.

*Vers.* 24. Status Ecclesiæ tranquillus ad tempus sublato hoc Tyranno, *Petrus* officio suo restituitur, verbum crescit, & multiplicantur Christiani. *Obser.* Flagitiosi conspiratores, neque vincere queunt Dei verbum, quid dicam extinguere, quibus sublatis propagatur Euangelium.

*Vers.* 25: *Barnabas* & *Saulus* reuertuntur *Antiochiam*, ex quo munere ipsis demandato sunt perfuncti nimirum distributionis *E-leemosynæ Antiochia* missæ. *Observatio.* Simus fidi in ministerio obeundo.



## CAPVT XIII.



**Q**UOMODO propagetur Christi Regnum ad Gentes, luceque collustrentur Euangelicā per Barnabam & Paulum hoc cap. ostēditur. Cuius partes sunt duæ. 1. Euangelij apud Gentes prædicatio. 2. successus. In prima hæc occurrunt circumstantiæ. 1. Spiritus Sancti instrumenta, ac 1. habes authorem Spiritum S. 2. Ordinatos. 3. opus ad quod. 4. Modū ordinationis. 5. functionem vocationis in *Cypro*, eiusque duabus Ciuitatibus, nominatim *Salame & Papho*. *Vers. 1.* Habetur *Antiochena* Ecclesiæ status, quæ Prophetis, Doctoribusque; exornatur, & recensentur quinque nimirum *Barnabas, Simeon, Lucius, Cyreneus, Manahen* *σύνδοχος*. *Herodis Antipa*, qui obtruncandum curauit Ioannem Baptistam, & Saulum: Prophetæ sunt ij, qui non solum prædicendi futura dono pollebant per reuelationem diuinam, vt *Agabus*, sed etiam interpretandi Scripturas. vide *1. Cor. 14.* Doctores, qui exponendis Scripturis operam nauabant. Ex his vnus *Manahen* educatus cum *Herode*. Vbi nota Deum habere in omnium hominum ordinibus suos: In *Syria Manahem*: In curia *Achabi Obadiam*: In *Babylone Danielem*, sociosque eius: In *Aula Neronis* quosdam credentes, *Philip. 1.* Inter *Aegyptos Moysen* eligentem pati cum Dei populo, præ opibus *Aegyptiacis*. Eligamus nos potius Christiano cum cætu pati, quam diuitijs evanidis affluere, & honoribus transituris ornari. *Vers. 2.* Temporis circumstantiâ quādo (scilicet) ministrabant *λεῖτουργῶντων*. Peruertunt, non autem verè vertunt. Sacrificantibus, aut Missam celebrantibus. Sed *λεῖτουργεῖν* significat officium publicum obire, & tribuitur Magistratui civili, *Rom. 13.* & Ministro verbi, *Rom. 15. 16.* Et Angeli dicuntur *πνεύματα λεῖτουργικά* Spiritus administratorij, *Heb. 1. vers.* vlt. Cùm hæc sit verbi vis, quomodo restringunt ad suam missam, ipsi viderint. Præterea omnes hic dicuntur *λεῖτουργεῖν*. Non dicent vnumquemque Missam celebrasse. Interpretemur ergo syncerè Munere suo fungentibus, & vt habent Græca Scholia *κυροῦντων*, id est prædicantibus Euangelium, & publicè precantibus. Hinc discamus officium nostrum esse Euangelium verè annunciare, quod est ministrare

strare Domino. 2. Author vocationis est Spiritus Sanctus, quem Deum proinde esse oportet, & distinctā in Trinitate personam, à quo vocantur, & impelluntur ad ministerium obeundum omnes legitime vocati. *Ἀφορίζετε*. Minister debet esse ἀφορισμένος *Rom. cap. 1.* Assumit Apostolus sibi quod sit segregatus ad Euangelium prædicandum. Proinde Pastores sese continere debent intra Cancellos vocationis suæ, neque negotijs secularibus paterentur se implicari, quò accuratius, & sedulius officio defungi possint: Sedulitas Pauli fuit eximia occupati in Euangelio annuntiando, quod abundare fecit ab *Ierosolymis* vsque ad *Illyricum*, *Rom. 15.* Largiatur nobis, amandatis rebus mundanis, siue politicis, siue cuiuscunque generis rerum, diuinarum satagere, quarum certè Domino, capiti que nostro reddenda ratio. Et cùm dicit hic mihi, vult significare nos non esse separatos vt nobis inferuamus, aut bonis comparandis studeamus, aut honori nostro amplificando velificemur. Sed, vt Spiritus Sancti nos vocantis, ac mittentis opus peragamus fideliter, ac diligenter, quod est omnium præstantissimum, vtcunq; secus existimet peruersus mundus, atq; excellentissimum Deum, scilicet, Christum, hominesque; sanguine Dei redemptos, *1. Pet. 2. 20.* huius ministerij subiectum habens, finemque; qui est gloria Iehouæ relucens in misericordia, saluteque; electorum: in quo exerceret sese fidus, & prudens pastor, *2. Tim. 2.* Stude teipsum probatum sistere Deo operarium ἀνεπάσχωτον, & qui rectè secet sermonem veritatis: & *Hebr. 5.* honoris nomine inscribitur opus sanctum: hinc honori, atq; oneri nos totos consecremus, & cùm diuinitus vocati simus in vocatione omnes vires nostras & ampliores requirente maneamus, Spartamque; sanctam, quam Spiritu S. impellente nacti sumus, exornare conemur. 4. Modus ac forma ordinationis est per ieiunium, preces, & manuum impositionem. Ieiunant, vt aptiores sint operi, quod est in manibus. In ieiunio nullum collocant meritum, vt *Papistæ*, non alligant statis temporibus, neque astringunt certorū ciborum abstinentiæ, sed, vt magis existant idonei huic actioni & precibus concipiendis. 3. Imponunt manus. Manuum impositio antiqua Cerimonia à Patribus vsurpata, cùm benedicebant suis, vt videre est, *Gen. cap. 48.* *Iacobus* dextram imponit *Ephraimo* nato minori, & sinistram *Manassi* maiori cùm ipsis benedixit.



In Sacrificijs consueverunt bestix immolandæ manum imponere ad significandum sacrificij separationem, & consecrationem in vsus sacros. Sub nouo testamento habuit vsus duplicem, ordinarium quidem, eumque triplicem. 1. in precibus, & benedictionibus nuncupandis, *Math. 18.* Pueris ad se adductis Christus manus imponens benedicit. 2. In Ministrorum & Pastorum ordinatione, 1. *Timoth. 4.* quâ significabatur consecratio ad Sanctum ministerium, & ab alijs rebus separatio. 3. denotabatur hac ceremoniâ manum Dei affuturam efficacem, & auxiliatricem fideliter obeunti officium: contra negligenti, ac prætereunti eandem fore vindicem. Extraordinarium hunc vsus habuit nimirum Spiritus Sancti dona per impositionem manuum conferebantur, *Act. 8.* Desijt iam huius significationis ratione: vtcunque Papistæ arrogent sibi Spiritus Sancti collationem per hanc Cerimoniam hisce verbis effusis, *Accipe Spiritum Sanctum.* In ordinandis Pastoribus Manuum impositio est quid *ἀδιαφορον*: Cui iam non est annexum Spiritus S. donū. 5. est Muneris functio, postquam designati sunt, & hac ordinatione mediata quasi vocatione nouâ Paulus cõfirmatus ad gentes, vt *Isaias, Isa. cap. 6.* Hæc potestas ordinandi est fratrum plurium non vnius.

*Vers. 5.* Veniunt *Seleuciam*, quæ est vrbs *Syria*, vocata etiam *Pieria Appiano*, à *Nicanore Seleuci* filio condita, à quo *Seleucia* est nuncupata: deinde *Cyprum*, quæ est Insula in mari mediterraneo omnium vt perhibent *Cosmographi Antiqui Insularum*, ibi nobilissima propter diuitias & fertilitatem: dicitur & *Cerasia*. Ingressi *Cyprum* veniunt *Salaminem*, civitatem eiusdem Insulæ primam Orientalem, peragranteque totam Insulam, donec perveniunt ad Occidentalem *Paphum*. *Salamine* in Iudæorum Synagogis verbum gratiæ, vitæ, ac gloriæ prædicant. Iudæi huc aduerti, & delati nos docerent obedientiam, reverentiam, gratitudinem, cultusque Divini Nominis legitimum vsus. Si eorundem scelerum rei extiterimus, iisdem, si non deterioribus iudicijs nobis subiactum. Quod Evangelium prædicent observa verbum Salutis in Ecclesia esse prædicandum. vide *Proverb. 30. Apoc. 22.* quod ad salutem, fidemque; necessaria omnia complectitur. Summa prædicationis est, Quod Christus Dei filius sit crucifixus, in quo credentibus est vita, ac salus.

6. Veniunt

6. Veniunt *Paphum*, *Cypri* (scilicet) civitatem Occidentalem, vbi *Veneris Idolum* colitur: vnde *Venus* dicta est *Paphia*. . Dei gratia in Christo huc est delata, vt hic *Paphensis* populus sese in varia libidinis scelera ingurgitans, ad fidem Christianam convertatur, & ordinati ad vitam in eo salutem æternam consequantur.

*Vers. 7.* In *Papho* est quidam *Iudaus* natione pseudopropheta nomine *BarIesus*. qui resistit Apostolis, studetque proconsulem pervertere à fide, assumpsit sibi nomen præclarum *BarIesus*, id est filius Iesu, ac si ex Salvatore esset oriundus. *Observ.* Fucati professores, Christi que, Ecclesiæ que hostes præclaris titulis sese exornari volunt, quo melius sese insinuent in hominum animos alliciendos, & decipiendos. Sicut nostri temporis Iesuitæ sese venditantes pro Christi vitæ imitatoribus: sed quam referant verè vitam Christi, iudicent, qui ipsos benè noverunt; doctrinâ falsâ aduersus Christum, Evangelijque synceram lucem indefessè pugnant. Hic fuit cum Proconsule viro prudente. De quo perversore audiemus in colloquio inter eum, & Saulum. Proconsul aduocatis *Barnaba*, ac *Saulo*, efflagitavit audire verbum Dei, quo in via salutis, vitæque æternæ instituat: Præclare ageretur cum plerisque, nominatim illustri loco natis, & constitutis, si feruenti desiderio, sanctoque zelo audiendi verbi caperentur: Verum ætatis nostræ vel hoc nomine miserrimæ hæc est dispositio, quâ verbum auerferetur; fastidiatque; instar populi Israelitici in deserto cibum illum Angelorum cœlitus demissum fastidientis: proinde Divinitus varijs affecti supplicijs: quorum exemplo sapiamus nos, & verbum veritatis censeamus, vt est admodum preciosum, quo quidem informamur mentibus, reformamur cordibus, ac affectionibus, actionibusque, vt toti Christo capiti, principique salutis nostræ in sanctitate conformemur.

*Vers. 8.* Cùm hoc aduertit *Magus*, obsistebat eis vt *Iannes & Iambres Moysi*, *Exod. 7.* 2. *Timoth. 3.* *Alexander Paulo*, 2. *Timoth. 4.* *Zidkiah Michaiæ*, 1. *Reg. vlt.* & *Passur Ieremia 20.* & eidem *Ananiah 28. Ier. Amozia Amozo*, *Amos cap. 7.* Ita certè est vnicum studium, atque indefessa sollicitudo Pseudoprophetarum, vt sese opponant veritati, contenturque à fide avertere, ac pervertere credentes, aut volentes credere præpedire, vt illi irreptitij *Missatici*, & *Iesuvita stri* omnem quam possunt operam nauantes vti populus seducatur,

N n

&amp; Ido-



& Idololatricis tenebris involuatur densissimis, quibus misericors pater nos exemit merâ suâ gratiâ. At quid dicit Apost. Spiritu plenus, intentisque in eum oculis. O plene dolo omni, ac *παρρησία* facilitate, aut procliuitate ad malum patrandum, fili Satanæ, quem scilicet Satan nuper edidit, ac formauit ad obstandum veritati, omnisque iustitiæ hostem, qui sese strenuè opponit Euangelicæ iustitiæ per Christi obediētiam legi præstitam partæ, nobisque gratuitò imputatæ ratione Dei, sed electorum fide apprehensæ ad remissionem peccatorum, vitamque æternâ. *Obserua.* Serui Dei Sancto zelo flagrant aduersus perniciosos hostes veritatis, quos suis nuncupant nominibus, vt hic animaduertere est in Apost. & ipso Christo, qui *Luc. 13.* *Herodem* vulpem meritò vocat, prophetisque nominatim *Jeremia*, qui populi Principes proditores, *Micha*que, qui eosdem *sentes*, *spinas*que appellat. Hac *παρρησία* iure vti possent fidi Pastores in veritate asserenda, erroribus confutandis patronisque, ac defensoribus omnis iniustitiæ, ac impietatis conuellendis, vellicandisque. Crimen quod impio huic Satanæ nato impingitur, est quod vias Domini rectas peruertat: & sic viam in cœlum præcludere velit: quæ est **I E S V S C H R I S T V S.** *Ioan. cap. 14.* Ego sum via, veritas & vita: huius viæ in cœlestem patriam ducentis peruerfores, sunt filij Diaboli, & sine hæsitatione sic salutandi cuiuscunque existant ordinis. *versu. 11.* Interminatio iudicij, quod est occæcatio ad tempus. Manus Domini importat potentiam sese exerentem in feriendis, & proterendis hostibus: vt interminatur Apostol. ita evenit. Vbi obserua efficaciam verbi divini esse magnam & virtutem virgæ Apostolicæ potentiamque; extraordinariam in rebellibus, ac contumacibus puniendis quâ nonnunquam percellantur hostes, vt contremiscant, *Actor. ca. 24.* De felice, nonnunquam animis excecantur, & cordibus obdurantur vt *Pharao Exod.* *populus Israeliticus. Isa. 6.* Nonnunquam solis visione priuantur vt hic *Elymas*, & paucis dicam aliquando in ordinatis ad vitam verbi divini effecta sunt lætissima, ac saluberrima, in impijs grauissima, ac formidanda. *2. Observatio.* Reprobi per divinam manum repentinò feriuntur, vt percipere est in *Ieroboami* manu arefacta, præcibus Prophetæ, quem prehendere conabatur, *restituta. 1. Reg. 13.* In centum il-

lis militibus, suis cum ducibus igni cœlitus demisso extinctis, *2. Reg. 2.* In pueris Prophetæ *Eliseo* illudentibus 42. ab apris absumptis, *2. Reg. 2.* In *Aramitis Eliseum* persequentibus occecatis. *2. Reg. 6.* In *Anania & Sapphira*, quod possessionis venditæ pretium interuerterint læthaliter percussis. *Act. 5.* de hac *δωράμει* verbum comitante, vide *2. Corinth. 14.* *3. Observa.* Qui rectum callem insistere nolunt, coguntur deuiare, ita vt certum terminum assequi minimè valeant: Et, sic declinâtes à Christo vnica in cœlestem patriam viâ, salutisque nostræ *petra* exorbitantes, fidei *τελα* animarum nimirum salutem obtinere haud quaquam possunt.

*Vers. 12.* Effectum in proconsule. Credit, ac percellitur doctrinâ Domini. *Observa.* Praxis iudiciorum divinorum cedit in commodum ordinatorum ad vitam.

*Vers. 13.* Diligentia *Sauli* ac *Barnaba* in prædicâdo Euangelio, promouendoque Christi regno perhibetur. Veniunt iam *Pergam* urbem *Pamphylie* vbi templum *Diana* est, quæ vocata *Pergama.* *Observatio.* Diligentia in nobis Pastoribus summaque fidelitas requiritur in officio obeundo, in magistratibus, etiam sedulitas, vt mutuò coeuntibus Ecclesiæ, rei que publicæ bene sit. *Ioannes* ab ijs discedit, & *Ierolimam* reuertitur. *Observatio.* In Ecclesiâ sunt nonnulli, qui rationem sui habentes, otium consecretantur, sibi que magis, quam Christi Regno prolatando consulunt. Conqueritur suo tempore *Paulus, 2. Timoth. 4.* quod *Demas* eum reliquerit, & mundum amplexus fuerit. Reperias etiam hac ætate, qui ministerij functionem grauem autumant, proinde vel alijs negotijs mage aridentibus occupantur, aut perfunctoriè sacro defungentes munere, otio, & segnitie capiuntur. Det nobis Dominus in conscientia bona, ac fide ministerium nostrum complere.

*Vers. 14.* Veniunt iam *Antiochiam*; quæ est *Pisidia*, vt distinguatur ab illa quæ est *Syria* vbi primum nominati sunt christiani, de quâ supra. Hæc condita fuit à *Seleuco Nicanore.* Hic magnum iter suscipitur, & difficile: transeunt enim taurum montē, nullis parcunt laboribus, tanto inflammantur zelo causæ Christi, vnde fit, vt huc incolumes perducantur, atque cum fructu versentur.



Ingressiuntur Sabbatho Synagoga ibique; confident, quo ab omni opere seruili, & mechanico vacandum. Erat in more positum apud Iudæos Sabbathū legale celebrare eoque audire in publico cœtu legis, ac prophetarum lectionem. Vbi nota quæ debeant esse Sabbathi exercitia, nimirum hæc verbi prædicatio, & auditio, precum effusio, & nuncupatio, divini nominis celebratio, meditatioque; in operibus Dei ad eius potentiam, misericordiam, justitiam, sapientiam prædicandam. Proinde Sabbathum non est prophanandum, neque exercere sese debet quisquam in ordinaria sua vocatione à sacris exercitijs hoc die frequentandis aliena. Vide *Numer. 15. Nehem. 13.* quo supplicio affectus fuerit Sabbatho ligna colligens, nimirum ex DEI decreto lapidibus est obrutus, & *Ierem. 17.* Quam grauis denuntietur in *Ierosolymitanos* interminatio, si onera exportent, atque importent Sabbatho. Nimirum *Ierosolymam* igne consumendam, quæ flammis commissa est à *Nabuchadnezare Babelis* Rege sicut prædictum extat à *Ier. Propheta*. Sed dicant Sabbathi transgressores strictiori iure tenebatur populus Sabbathi obseruandi Cerimonialis quam nos sub Evangelio Sabbathum constitutum. *Respon.* cum finis ac complementum sit in Domini resurrectione illius quietis quam vetus Sabbathum figurabat, in cuius locum dies Dominicus est surrogatus, tenemur hunc diem divino cultui destinatum totum, & integrum obseruare: cessante, Cerimonia, quod morale est, id existit perpetuum. Itaque vnice optarem, vt penes quos est auctoritas in coercendis Sabbathi transgressoribus, *Nehemiam* divinæ gloriæ zelo flagrantem imitarentur, qui *Nehem. 13.* sic propolis, & institoribus est interminatus, ni desisterent venire *Ierosolymam* ad exercendam Sabbatho mercaturam, fore, vt in ipsos manus iniicerentur: proinde destiterunt. Cum idcirco sit è re divini cultus diei Dominicæ observatio, incumbit certè magistratibus sollicitè videre, studijs rerum humanatum sepositis, meditationibus divinarum & actionibus sese dedant. Lege lecta Synagoga- rum Rectores ad Apostolos mittunt, qui, si habeant exhortationis verbum, eloquantur populo: vbi nota non esse satis verbum legere, sed idem explicandum esse, & applicandum, neminemque; debere arrogare sibi exhortationis munus, nisi dono instructus extiterit, & conciones nostras, cunctamque; exhortationem eo esse desti-

destinandam, vt populo vsui sit ad ædificationem, atque consolationem. *Vers. 16.* Sermo Pauli habet tres partes. 1. præfationem. 2. narrationem. 3. successum. Summa est deum in populū Iudæorū magna cōtulisse beneficia, sed hoc existit præcipuum quod Messiam filium suum ipsis Liberatorem, ac Redemptorem dedit: in quo habere possent peccatorum remissionem, vitamque; æternam per fidem. Præfatio duo cōplectitur nimirum auditorum descriptionem. 2. exhortationem ad audiendum. Prima pars descriptionis est viri Israelitæ hoc nomen sortiti sunt ab Israele Iacobo, quod ipsi fuit inditū ab Angelo qui cum est luctatus, *Gen. 32.* idem est, quod Dei princeps, cur *Iacobus*, sic vocetur, ratio ibi redditur, quia apud Deum prævaluit, apud homines etiam prævaliturus est. 1. *Obser.* Nomina divinitus imponi solent partim ad declarandā Dei potentiam in misericordiā, partim in justitiā lucentem. Vt horum recordatione divinū nomen laudibus prosequamur. 2. *Obser.* Qui verè Israelitæ sunt siue ex *Abrahamo* & fideles, siue nō ex *Abrahamo* & tamē fide præditi verbum Dei ad informationem vitæ, & reformationem morum diligenter audire debent. 2. est, timentes Deum. Dei timor consistit in fide, obedientia, invocatione, gratiarumque; actione qui *Salomoni*, atque psalmistæ vocatur initium sapientiæ: timore *Iehova* imbutos Propheta prædicat beatos: indicium est in illorum animis timorem Dei regnare, si diligenter, atque attentè verbum ipsius audierint.

*Vers. 17.* 2. Narratio beneficiorum Dei collatorum in populum suum Israeliticū: & recensentur hoc vers. tria. 1. est electio. 2. exaltatio in *Ægypto*. 3. liberatio, quæ omnia à misericordi Dei potentia sunt profecta. Dicitur *διεξελέξατο* electio est duplex. 1. Arcana, quæ ad vitam æternā ordinatos tantummodo spectat. 2. Aperta, quæ est huius populi à gentibus segregatio etenim sibi hunc asciuit vt peculiarem, *Deut. 6. Ier. 13.* vt cingulum hominis lumbis adhæret, ita *Iehova* devinxit sibi totam domum Israelis atque; Iudæ: vt, vt ita est, quanta laborarit in gratitudine, testis est sacra scriptura locis plerisque;. 2. *Exaltatio.* Tametsi *Pharao* operam nauarit, vt vocat sapienter, at hunc Dei populum operimendum oneribus in ipsos grauißimis coaceruatis, nihilominus tamē eum Dominus & multiplicauit, & extulit: qui instar palmæ accreuit quæ quo magis premitur, magis tollit onus, & in altum cōsurgit.



*Observatio.* Frustra conantur atroces tyranni Ecclesiam Dei opprimere, ac deprimere, quam vult Dominus evehere, efferre, & sic eminere tanquam in monte ædificato, tametsi nonnunquam pro Divinæ voluntatis ratione sit minus conspicua. 3. Liberatio. Exerta manu Iehoua vinculis Pharaonicis cum exolvit, ex quo Ægyptum plagis decem mirabilibus percussisset, *Exod.* Nec hoc tantum, sed per mare rubrum saluum, & incolumem traduxit, in quo truculentus ille Pharaon cum suis est demersus: vbi nota validissimam esse exertam hanc Dei dextram ad liberandum suos, atque destruendum hostes: Itaque in hanc fideliter recumbamus.

*Vers.* 18. Patientia Dei describitur, quod rebellem hunc populum, atque contumacem annos ferè 40. tulerit. vide *Exod.* 13. 14. 32. qui cum tentando Iehovam carnem petendo, Idololatriam committendo, cibum illum cœlestem Angelorum fastidiendo finem non fecisset, Dominus extendit manum ad ipsos perdēdos. *Observ.* Etsi in scripturis celebretur Deus longaminis, praxeque enotescat, verboq; quod nolit mortem peccatoris, sed conversionem, ut vivat, *Ezech.* 33. tamen cum populus peccata peccatis coaceruando ipsum lacessit, iuxta normam iustitiæ suæ ipsum aut punit, aut perdit. Patientia Dei nos ducere debet ad pœnitentiã, *Rom.* 2. Si hac abutamur, ne promittamus nobis impunitatem aliam ab Israelitis, ex quibus in deserto pereuntibus ferè cunctis, supra annum vicesimum nati præter *Caleb* & *Iosua*, nulli terram sunt ingressi *Cananaam*, *Num.* 14. 29. 30.

*Vers.* 19. Potentia Dei perhibetur in destruendis hostibus terram *Cananaam* occupantibus. *Observ.* Nulla potentia Divinæ obfistere possit si in actum educatur. Potentissimus Deus Iacobi valet vel minimam Creaturam armare in atrocissimorum perniciem; ut animadvertere est in *Pharaonis*, *Herodisq;* interitu, aliorumque miserabiliter pereuntium. 2. Claret Dei potentia in terra *Cananaorum* divisione, quam præstat per sortes unicuique tribui portionem suam assignat. Applicatio: Sicut Deus collustravit Gentes luce Evangelicâ, Ita nos *Scotos* copiosè, utinam fructuosè, ut populum. Hunc Israeliticum elegit, sibi que separavit, ita huius patriæ Incolas, ut hunc extulit, sic in nos singularè misericordiam extendit: Et ut hunc vinculis *Pharaonicis* exemit, ita nos

nos *Saranæ*, atque peccati catenis coercitos expediuit. ut hunc 40. annos toleravit admodum rebellem ac pernicacem; nos certe longius contumaciã non inferiores gratiosè perfert. Ut *Cananaeos*, aliosque terra promissæ occupatores evertit, Ita etiam hostes nostros perdidit, perditque & perditurus est: & tandem ut populo Israelitico terrã *Cananaam* divisit, sic nobis cœlestẽ illam distribuit sanguine filij sui acquisitam, qui nomine nostro carneque nostra possessionem accepit, Spiritum illum Sanctum arham relinquens hæreditatis cœlestis à Dei filijs in æternũ possidendæ. Simus grati.

*Vers.* 20. Pergit in percensendis beneficijs in populũ Israeliticum collatis. Et primum est, Regimen Iudicum ad politeiam, ac societatem conseruandam. fuere numero 16. à *Mose ad Saulem* Regem primum in furore divinitus concessum, scilicet *Moyse*, *Iosua*, *Othniel*, *Ehud*, *Deborah*, *Gedeõ*, *Abimelechus*, *Thola*, *Iares*, *Iepthe*, *Abessam*, *E-lom*, *Abdon*, *Samson*, *Eli*, *Samuel*. vbi dicuntur indicasse circiter 450. annos. Pauciores his reperiuntur, si supputaueris, verũ *ωσεν* pro hac Paulina supputatione loquitur. Inter *Iosua* & *Othnielem* interuenit *Cussam Rethsathaim* ad populum explorandũ; Si velit necne pergere in mandatis Domini, quod non fecit: Etenim inter Israelitas, atque *Cananaeos* mutua intercesserunt matrimonia, unde ipsis præbita occasio seruiendi dijs alienis. Expende quid damni apponent impiæ nuptiæ, nimirũ. 1. peccatum. 2. tyrannidem. *Observ.* Iudices ac Magistratus sunt ex divina institutione, qui etiam dii in Scripturis dicuntur, *Psal.* 82. proinde in Domino, & secundum Deum iudicarent, quibus eo modo obtemperandum: Qui potestati resistit, etiam Divinæ ordinationi, *Rom. cap.* 13. 1. *Petr.* 2. 13.

*Vers.* 21. Quærunt Regem Iudiciaria hac potestate non contenti. *Observ.* Id non est petendum, quo Deus offenditur, ne divinitus in ira concessum, nobis in summum malum vertatur. *Lege Cap.* 8. *Sam.* 1. & 9. 10. Iehoua Regem ipsis dat ad morem gentiũ, sed in excãdescencia, Cõcedit quod petitur duob. modis. 1. In gratia, atq; fauore ut sapius *Davidi* multoties afflicto, & fidelib. peccatorum remissionem sanguinis Christi merito, aliaque bona huic vitæ tolerandæ necessaria. 2. In indignatione, ac furore,

ut



vt hic expendere est, & *Psal.* 78. perhibetur, quod petentibus carnem dederit, cui ovibus impositæ divina maledictio adhæsit, ipsisque incubuit. Cæterum Rex vnctus à Samuele in regnum susceptus est *Saul* filius *Cis* è tribu *Beniamitica* annis 40. In hoc spatio coniungi debet tempus *Samuelis* cum temporibus *Saulis*: Illius enim quasi absorpta fuit à Regno administratio. Hic *Saul* personam sustinebat præclarâ, qui vocatus nihil minus cogitans cum scilicet patris asinos quæreret dono regendi instructus, sed vita plerisque peccatis infesta, ac polluta. 1. absente *Samuele*, sacrificauit, *1. Sam.* 13. A Propheta eius à Regno reiectio, *Davidis*q; vicini surrogatio prædicitur, quem atrociter persequitur. Varijs obiectum & exemptum periculis. vide *1. Sam. ca.* 18. 19. 22. *cap.* Parcit *Agabo* contra præceptum *Iehovæ* Regi *Amalechitarum*, rebusque pinguibus: Mortuo *Samuele*, consulit *Pythonissam*, vt ipsi *Samuelem* reuocet à mortuis, quo scire possit, quid de se, suoque Regno esset futurum, *1. Sam.* 28. Inquisitione hac nefanda dignum recepit responsum, nimirum Regnum disruptum iri, dandumque *Davidi*, *Saulem*q; filiosque morte mulctandos, populumque in *Philistæorum* manus tradendum. Cuius exitus miserabilis: Nam desperabundus procidens in suum ipsius ense extinguitur, *1. Sam.* 31. 4. *Observ.* Impij ac scelerosi quibusdam gradibus in suum ipsorum interitum ruunt, à peccato in peccatum progredientes, donec cyathum impleuerint, quo perimplete sordidissimas feces Divinæ indignationis, ac excandescentiæ bibunt in perniciem sempiternam. Proinde imprimis nascenti peccato occurrendum si non sensim serpet ad creaturæ destructionem.

*Vers.* 22. Amovetur *Saul*, Rexque eis excitatur *David*. *Observat.* Vt Reges à Deo constituuntur vel in misericordia, vel in ira, ita etiam ab eo deturbantur: Regnaque pro divino arbitratu transferuntur: Expende in summis quatuor Imperiis. Quare conentur Reges Regum Regi regnare, ac militare, qui benè, feliciterque imperantes in Domino piè desungi possent. Sufficitur *David* in locum *Saulis*. Vide omnem formam vocationis, & ordinationis *Davidis* ad Regnum, *1. Sam.* 16. Hic est longè alius Rex ab impio illo *Saule*. In hoc inchoatur Regnum Iudaicum, cui Deus præclarum tribuit testimonium, nimirum quod extiterit homo secundum cor Divinum, *1. Sam.* 13. Sed quæras quomodo

do possit esse verum elogium, cum *David* adulterium patrarit, necnon in cordis sui arrogantia populum percenseri voluerit? *Resp.* Lapsus est *David* in his ex infirmitate, in quo regenerationis semen ad tempus languescebat, quo tempore ratione delictorum nequiuisset placere *Iehovæ*, sed pœnitentiâ ductus minimè simulata, divinamque misericordiam fide apprehendens in gratiam cum Domino redijt, cui placuit. vide *2. Sam.* 12. & *Cron.* 12. Si vita *Davidis* trutinetur, atque *Psalmi* legantur, videris *Davidem* Divini obsequij studiosum: proinde *David* ornatur verè hoc elogio, & qui hisce titulis exornatur à Deo, rectè commendandi sunt. 2. *Observ.* Deus est suorū promotor nulla in ipsis existente, aut extitura dignitate prævisa. vide *1. Sam.* 16. Potentiæ suæ & gratiæ ostendendæ ergo humili, atq; obscuro loco oriundos evehere solet Dominus, vnde sciant honores non ex Oriente nec Occidete exurgere, sed *Iehouam*, vt inquit *Psalmistæ* omnium esse Iudicem.

*Vers.* 23. In præcipuum sermonis scopum iam illabitur scilicet Christum quò eius originem secundum carnem nobis describat. Hunc esse Messiam & Iesum probat. 1. Testimonio Divino. 2. *Ioannis Baptistæ*. Divino quidem, quia Dei extitit promissum statim à mundo condito: Semen mulieris cõtriturum caput serpentis; Et clarius atq; restrictius in testamento *Iacobi*; Non auferetur sceptrum de tribu *Iuda*, donec veniat *Silo*, quo significatur humana Christi natura: denotat enim secundinam illam quâ involuitur infans in vtero: magis perspicuè, *Isa.* 7. Virgo concipiet atque pariet, vocabisque nomen eius *Emmanuel*. & quo proximabat magis *εὐαγγελιστῆος* tempus; eo lucidius hoc mysteriū apparebat. At ex quo humanâ assumpsit naturam, *Ioannes Baptistæ* digito eum monstrans, dixit: Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. Quod ex femine *Davidis* nasciturus esset Messias secundum carnem, hisce locis liquet, *Psal.* 89. 122. *Isa.* 11. *Ier.* 23. aliisque. Quibus datus est *σωτήρ* Israelitis, id est, verè creditibus in hoc *εὐαγγέλιον*: Salus hinc haurienda. vide nominis ab Angelo inditi rationem, *Math.* 1. *Act.* 4. *Apoc.* 7. *Observ.* Quicquid pollicetur *Iehoua*, id ipsum præstat. Omnia de Christo prædicta sunt impleta, quæ restant, complebuntur in æternam salutem electorum. Omnium beneficiorum hoc est primum, quod Deus Pater Iesum nobis concesserit, qui nos sit seruaturus ab omnibus peccatis,



catis pacaturusque patris iram, diuinæque iustitiæ omni ex parte responsurus.

*Vers. 24.* 2. Testimonium est Ioannis Baptistæ, & est duplex. 1. Messiam esse probat hoc *vers. 2.* Dignitatem indicat Christi, simulque tollit opinionem illam finitram, quam de Ioanne habebant. 1. Ante Christi aduentum prædicabat Ioannes Baptisimum resipiscentiæ, quo ad Messiam accessuros præparabat, vide *Isa. 40. Malach. 3. & 4.* Probat ergo esse Messiam. *Observa.* Idonei ad Christum amplectendum sunt, qui pœnitentia peccatorum suorum ducuntur. Proinde vt cedat nobis in salutem *σωτηρίας ἀρχῆς* peccatorum nos pœniteat. 2. Test. ostendit Christi excellentiam, & opinionem de Ioanne conflata conuellit: ait enim *Ioannes* non sum is, quem vos me putatis fore, vide *Ioseph. de antiq. & Euseb. lib. historiarum.* Autumabant quidam Ioannem fuisse magnū illum prophetam, quidam Messiam. Inquit ergo, qui pone me venit, non sum dignus soluere calceamenti eius corrigiā, quo innuit se nullo habendum loco respectu Christi. 1. *Obser.* Populus aut nimium vt *Lystrenses Paulo, & Barnabæ* quos pro dijs habuere, aut debitos honores minime tribuunt Christi seruis: vt sæpe in actis in Petri, Paulique exemplis obseruare est. 2. *Observa.* Christi gloria nobis maximè est asserenda, & huic promouendæ, atque amplificandæ syncerum studium collocaremus, neque ascribi nobis pateremur, quod ipsi est proprium. Longè aliter à multis agitur, qui honori suo velificantur sollicitè neglecto Christo, eiusque causâ, ac membris. Det ipsis Dominus meliorem mentem.

*Vers. 26. ad 38.* Partes sunt hæc. 1. ostenditur, ad quos verbum salutis mittitur *vers. 26.* 2. remouetur scandalum crucis Christi. 3. agitur breuiter de eius morte, & sepultura. 4. resurrectio eius probatur. 1. testibus. 2. rationibus, Testimonijsque duobus. 1. petito ex *Isa. 55. 4.* altero ex *Psal. 16.* describit Iudæos ad quos verbum salutis est missum hisce nominibus. 1. vocat eos viros ac fratres ad attentionem conciliandā, simul etiam animi affectum in ipsos indicat, quo pro fratribus agnoscit ab eodē puta Patre Israele oriundis. 2. filios nuncupat generis *Abrahæ* in memoriam ipsos reuocans fœderis initi cum *Abrahamo*, eiusque semine. Porro *Abrahæ* filij sunt duum generum: quidam sunt secundum carnem tantum, qui nequeūt esse regni, patriæque cœlestis hæredes, *Gal. 4.* Sunt alij secun-

secundum promissionem, & fidem ad quos propriè fœdus gratiæ spectat. Sic censendum de filijs Israelis, *Rom. cap. 9.* Ad filios ergo *Abrahæ* secundum fidem, etsi secundum carnem existant gentes verbum salutis est missum, atque ita ad nos *Scotos* orbis terrarum vltimos, &, vt restringatur, quod dixit indefinite *περὶ γένους Abrahæ* addit, qui Deum timent, id est in fide, obedientiaque perseverant. *Observatio.* Fideles sunt ordinati ad vitam quibus Evangelium est missum, id est, cuius prædicatione vocantur prædestinati ad gratiam percipiendam in Christo, vitamque, & gloriam.

*Vers. 27.* Remouetur crucis scandalum, reijciturque patris sceleris in Christum causa in ignorantiam: quæ fuit partim de Christo, partim de verbo in Prophetis comprehenso. Hoc *vers.* designantur. 1. Authores cœdis nimirum incolæ *Ierosolymitani*, ac gubernatores. *Observatio.* Qui maximè Christo fauerent, eiusque gloriæ prolatandæ consulere, deprehenduntur sæpe hostes ipsi, regnoque eius, vide *Psal. 2.* & in hac patria docemur experientia, & ubique fere locorum. 2. *Observatio.* Ignorantia existit causa cur in Christum inflammentur, atque insurgant, 1. *Corinth. 2.* si Dominum gloriæ cognouissent, nequaquam eum crucifixissent, & *Philip. 3.* Apostolus agnoscit sese persecutorem, antequam Christum cognouit, sed ex quo excellenti illa cognitione, quæ est de Christo fuit imbutus, sceleris eum pœnituit admissi, omniaque quibus prius ornabatur, *σκυβαλα* duxit. 3. *Obser.* Multi verbum audiunt, sed non intelligunt, quod cordibus obdurati gratiaque diuina sint destituti, idcirco cum prædicatur verbum inuocandus Deus, vt spiritu suo corda adaperiat ad ædificationem nostram in Christo. 4. *Observatio.* Sabbathi exercitia esse debent diuina, quisque ab omni vocatione sua ordinaria, & quotidiana huic vitæ inseruiente vacare debet, seseque dedere sanctis, ac pijs exercitijs. 5. *Observa.* Nihil in condemnando Christo, crucifigendoque præstitere Iudæi nisi quod fuerat scriptis prophetis consignatum, & à Deo ipso præstitutum & determinatū, *Act. 4.* nunc dicet quidam si hoc in Christum facinus admiserunt ex dei decreto, tunc sunt excusabiles. *Resp.* ordinatio Dei non excusat sceleris patrorum: cum patrorum nullam rationem gloriæ Dei id ordinatis, ac tolerantis, eiusque voluntatis imple-



implendæ habuerit, sed vt prauis suis cupiditatibus indulgeret. **Filius.** Existunt quædam quæ DEVS decreuit fieri, & vult, quæque ipsi arrident, & hæc ἀπλως bona sunt. Sunt & alia, quæ κατὰ ἡ vult, & respectu quodam, & sic vult peccatum non solum quâ est actio, sed etiam quâ inseruit gloriæ suæ illustrandæ. Decreuit mortem filij, atque voluit quatenus eius gloriæ inseruiebat lucenti partim in iustitia, partim in misericordiâ fidelibus comunicata per mortem filij. Relinquitur hos admissores tanti sceleris non excusatum iri, neq; penes Deum in hoc suo decreto esse vllam mali speciem.

**Vers. 28.** De morte Christi, cuius nullam in ipso fuisse causam asserit, quod certè verum, cum extiterit, immaculatus Dei agnus, tametsi naturam nostram assumpserit, naturæq; infirmitates cõmunes, peccatum tamen non assumpsit, neque vnquam patrauit. Sed vt habetur, 2. *Corinth. 5.* Is qui non nouit peccatum, pro nobis peccatũ factus est, vt nos per eum essemus Dei iustitia. Obtinuit idcirco nostrum locum eo quod sit passus, & iustè quidem, cum id requirebat divina iustitia, quod pertulit. Et vt innocens fuerit Dei filius à Pilato tamen petunt, vt occidatur, qui bis ab eo absoluitur ad indicandam Agni Dei innocentiam, tandem importuna Iudæorum sollicitatione morti crucis adiudicatur, vnde nobis exemptio conceditur ἀπὸ τῆς κατάρτας τῷ θεῷ & νομῶ, communisq; salus, & vita est comunicata.

**Vers. 29.** Cùm impleissent omnia, quæ scripta sunt. **Obser.** Atroces, ac scelerosi homines in patrandis sceleribus nihil possunt, nisi quod vel diuinitus est constitutum, vel libro Dei inscriptum hinc assurgit nobis consolatio, cùm nobiscum reputamus nihil præstari posse à flagitiosis nisi quod Dominus decreuit, & extra huius decreti cãcellos, si maximè vellent, egredi nequeunt. Quare, qualicunq; exerceamur modo, oculos cõijciamus in divinam providentiam, neglectis instrumentis, & semper statuamus, vt cunq; iniquissimè, ac crudelissimè agant impij, Dominum tamen & iustissimè eam crucem decreuisse nobis eademque exerceri permisisse. **David** agnouit **Simeium** diuinitus missum ad maledicendum. Quod Christus in sepulchro locetur observa Christum persecutum fuisse mortem in antrum maximè abstrusum, ipsamque superasse.

Vers. 30.

**Vers. 30.** Habetur resurrectio Christi, quæ Deus dicitur à mortuis excitasse, idque potentia sua diuina, & Christus sese resuscitaturum: verè vtrobiq; cum resurrectio Christi fuerit præstita diuina virtute, ex ea discimus Christum esse Dei filium, *Rom. 1. 3. 2.* Dominum viuorum, ac mortuorum, *Rom. 13.* Plenè satisfecisse pro peccatis, 1. *Cor. 15. 4.* ratione nostri. 1. Resurrexisse propter nostram justificationem, *Rom. 4.* propter nostram sanctificationem, *Rom. 6. 3.* virtutem resurrectionis nostræ inclusam esse resurrectione Christi, adeo vt liceat certo statuere resurrexit Christus meum caput, ergo haud dubie ego resurgam, ad vitam, quod, vt fiat, necesse est siam prioris resurrectionis particeps, id est, à peccato resurgam vi resurrectionis Christi, vt secunda resurrectio in Christi ἐπιφανεια sit ad vitam; *Ioan. 5. 29.*

**Vers. 31.** Probatur Christi resurrectio. 1. Testibus hoc vers. deinde testimonijs duobus vno quidem ex *Isa. 55.* & *Psal. 16.* in qua probanda sedulior est Apostol. cum resurrectione Christi summæ consolationis materia comprehendatur. Testes multi extiterunt, qui à *Galilæa* venerunt *Ierosolymam* ex quo Christus resurrexit, 1. *Cor. 15. Luc. 24. 42.* In terris conspicuus mansit dies 40. antequam ascendit & ibidem fertur comedisse non necessitate aliqua, sed vt praxe comprobaret non resurrexisse alium, quam eum quem crucifixerunt.

**Vers. 32.** Irerum interferit impletionem promissi præstiti patribus de excitatione Christi, hoc loco intelligenda de manifestatione filij Dei in carne, & est phrasis scripturis vsitata, sicut dicitur Iehova excitasse Prophetas, ita filium excitasse, quado eum in carne manifestauit, quod probatur testimonio petito, ex *Pf. 2.* filius meus es tu, ego hodie genui te. Non sum nescius quosdam interpretari hanc ἀναστασιν resurrectionem: sed trutinata cõtextus serie & vers. 34. expenso, in quo disertè loquitur de resurrectione à mortuis, liquebit ἀναστασιν illam vers. 33. esse intelligendam de exhibitione Dei filij in carne. Vbi sunt. 1. expendendæ dux naturæ in hac incarnatione cõcurrentes. 2. harum naturarum vnio per divinam potentiam. 3. naturarum distinctio in hisce tribus. 1. essentia. 2. proprietatibus. 3. operationibus. Essentia quidem, quia diuina natura non est humana, nec contra. Proprietatibus vt infinitate, aternitate, quæ deitatis sunt, non humanitatis, nisi

Oo 3

quatenus



quatenus æternitas humanæ conceditur quæ non est æternitatis Deitatis pars. 3. Operationibus, vt hæc est humanitatis operatio potestatem habeo ponendi animã: hæc verò Deitatis potestatem habeo eam resumendi, *Io. 10.* Testimonium allatum ex 2. *Psal.* filius meus es tu. Christus est Dei filius. 1. naturã. Siquidẽ ab æterno pater filium secundam Trinitatis personam per totius divinæ essentia communicationem genuit pari autoritate, & gloriã præditam. 2. Personalis vnionis respectu, vt hoc Patris testimonium satis indicat. Sensus est jam te esse meum filium ab æterno genitum in carne exhibitum, atque ordinatum Regem, Prophetam, Sacerdotem, hodierno die liquido constat per meum Testimonium, perque naturam humanam assumptam.

*Vers. 34.* Prius testimoniũ probans Resurrectionem Christi depromptũ ex *Isa. 55.* habet Propheta *chafde*, Apost. *σ̄ν̄α* sancta, Phr. Heb. Beneficentiæ in *Davidẽ* collata, *πισ̄α* fidelia, firma. i. ratio est talis, Dominus promissiones *Davidi* factas præstabit, nimirũ dabit *Sancta* illa vobis, Ergo Christus resurrexit atq; viuit, si secus nequuerant illa *Sancta* fidelibus cõmunicari: vt itaq; gratia Christo cõmunicata est permanens, sic vita christi est æterna: At æterna esse non posset, nisi resurrexisset ad sepulchrum minimẽ rediturus.

*Vers. 35.* 2. Testimoniũ est ex *Psal. 16.* Non dabis Sancto tuo videre corruptionẽ, quod non de  *Davide*, sed de Christo est intelligendũ, cum  *David* corruptionẽ viderit. i. senserit: de quo hæc prædicatur  *vers. 36.* 1. quod  *David* ætate sua Dei cõsilio inseruierit.  *Obser.* Tempus cunctis præfinitũ, quo Deo inseruient, idcirco tẽpore piẽ vtendum. 2. est, Quod obdormierit, 1.  *Reg. 2.*  *Obser.* Mors electis est instar somni, minimẽ omniũ tamen putandũ dormire animas electorum, cum ex quo corporib. emigrarint, recta in cælum ferantur. 3. appositus est patribus suis.  *Obser.* locus electorũ animabus est definitus,  *Luc. 16.* vocatur  *Sinus Abrahæ.* 4. quod senserit corruptionem.  *Obser.* Nemo corruptione eximi possit, quæ quidem est quasi Regenerationis initium: cum  *Iobo* dicamus 17. Corruptionem esse nobis patrem, vermẽ matrem, sororemq; & meminerit homo, quod sit cinis, & reuersurus in cinerẽ. Concludamus cum  *Iobo* hanc obseruatiunculã consolationis ergo. 19. inquit; Sum quidem persuasus Redemptorẽ meum viuere, & tametsi vermes hoc corpus consumpserint, Deum tamen in carne videbo, hisce

oculis, & pro me alius non videbit, quo tẽpore eximet, & expurgabit omni corruptione corpora nostra, conformabitq; glorioso corpori suo.  *Phil. 3. 1. Cor. 15.*

*Vers. 37.* Habetur Assumptio. at is, quem excitauit Deus, nõ sensit corruptionem, Ergo.  *Obser.* natura Christi assumpta à momẽto conceptionis sanctificata.  *Vers. 38.* Ad Cap. finem. Tria cõtinentur. 1. beneficiã, quibus fruimur in Christo 38. 39. ver. 2. habetur cõclusio, sermonis Pauli continens cõminationem,  *vers. 40. 41.* 3.  *Euẽta* reliquis  *versib.* In  *Gentibus, in Iudais, Profelytis, Pauloq; & Barnaba.*

1. Beneficiã sunt duo; Remissio peccatorũ, & Iustificatio per imputatã christi iustitiam, fide apprehensam. Atq; his cõprehenduntur reliqua omnia quibus fruimur in Christo, cuius sanguinis merito remissionẽ omniũ peccatorũ habemus, à quibus absolui per legem nequiuimus. Hic. 1. expendamus omnes nos esse peccatores, gloriãq; Dei destitos, 1.  *Io. 1.* Proverb.  *Quis est, qui bonum patrat, & non peccat?* Proinde sors omniũ miserrima extra christũ, quippe in peccatis mortuorũ quibus pro stipendijs mors est deputata,  *Rõ. 6.*

2.  *Quis remittit?* nimirũ Deus. iuxta illud  *Isa. Ecce ego sum, qui deleo iniquitates:* nemo itaq; mortalium possit peccata remittere, nedum Papa: penes ministros legitimẽ vocatos tantũ est verẽ respicientib. nomine Christi peccatorũ remissionẽ pronũtiare. 3. Cuius meritò nimirũ sanguinis Agni Dei immaculati, 1.  *Io. 1.*  *Sanguis Iesu Christi purgat ab omni peccato:* sine quo nulla existit remissio, quæ

Heb. 9.

humanis meritis, aut dignitati naturæ, aut actionib. hinc promanantibus minimẽ concedenda. 4. Hanc peccatorũ remissionem, quã evadimus beati,  *Psal. 32.* esse fælicitatẽ nostrã: non aliter applicari, & apprehendi à nobis, quã per fidem. Proinde qui excellenti hoc beneficio gaudere velit necesse est cognoscat Christum credatq; per Euangelij prædicationẽ. 2. Beneficium est iustificatio. iustificamur per hunc credentes, non per legem. i. iusti censemur,  *Rom. 3. 28.* λογίζομεθα ἀνπίστῃ δικαιοσύναι ἀνθρώπων χάρις ἐργων νόμου. Idem verbum, quo hic vtitur. Iustificari δικαιοδοῦναι est absolui, & ex iniusto imputata Christi iustitia fieri iustum. Iustitia ergo Christi, implendo legem, & patiẽdo quam peperit, coram Deo iustificamur, quæ quidem fit nostra non alio modo quam per imputationem ex parte DEI, & per fidem ex parte nostra: sic peccatum nostrum fuit Christi, 2.  *Corinth. cap. 5.*



Lex itaque non fuit data, ad nos iustificandum, sed potius ad arguendum ac indicandum miseriam nostram, essetque nobis pædagogus ad Christum, qui nobis fide imbutis existit *διχοσόφον*, 1. Cor. 1. per quam ab originali, actualibusque Baptismuni præcedentibus, ac sequentibus absolvimur.

*Vers. 40.* Conclusio sermonis Paulini, qua continetur grauis interminatio ex Propheta. *Abac. Cap. 1. vers. 6.* jubet, & præmonet, attendant, ne iudicium idem ipsos invadat à Prophetis prædictum. *Observ.* Coniungendæ sunt minæ cum Euangelio, & Ministrorum sub Euangelio eadem est *παρηγορία* interminandi, redarguendi que, si non maior, & amplior, quæ erat Prophetarum. vide in Christo, *Luc. 13.* Iohan. Baptista, *Math. 3.* 2. *Observ.* Eximiâ est Dei misericordia in præmonendis impijs ante quam iudiciâ effundat. adde etiam idem iudicium manere eos, qui iisdem sceleribus sese contaminant, si non deterius, quibus olim populus ille Israeliticus *Manassis* tempore.

*Vers. 41.* Alloquitur nefandos verbi divini, iudiciorumque contemptores loco citato, *Habac. 1. 5.* qui *Manassis* impijssimi Regis, tempore Prophetavit efficientis Ierosolyman innocentum sanguine fluere. Propheta prænuñciauit futurum, vt à *Chaldeis* populus in Captiuitatem abduceretur, qui etsi minus credidit, tamen evenit. *Observa.* fieri nequit, quin verbum Dei perimpleatur, vt cachinnentur impij, scelerosique fatuique homines, *Prover. 1. Isa. 28.* An loquetur Iehoua, & nequaquam præstabit? absit. Cælum, terraque præteribunt, sed ne jota quidem verbi Dei minus completum supererit. adde grauijssimis supplicijs mactandos verbi divini fastiditores, expende in Originali mundo, *Pharoane, Saule, Achabo,* & certè verbi Dei contemptus omnium plagarum effusarum, effundendarumque ipsissima causa est.

*Vers. 42.* Gentes rogant vt sequenti Sabbatho eadem prædicent. *Observatio.* Verbum Dei non est frustra emissum, sed id operatur propter quod emittitur, *Isa. 55.* 2. *Observ.* Sabbathum divinis, sacrisque exercitijs, & præsertim auscultationi verbi destinandum.

*Vers. 43.* Iudæi multi, ac Profelyti alieni quidem à Repub. Israelis, Religionem tamen Mosaicam amplexi sequuntur Paulum, ac Barnabam, & est 2. event. *Observ.* Qui veritatem amant, eam

non

non deserunt, nec Christi seruos in discriminibus, quod cedit ipsis in beneficium: fortiuntur eam piam exhortationem ad perleuerantiam in divinâ gratiâ. Proinde expendamus non satis esse bene cœpisse, sed in via in cœlestè patriam perseuerandum: cum qui perseuerauerit, saluus sit futurus, *Math. 24.* & rursus, qui manum admouerit aratro, respexeritque, non extet appositus ad Regnum Dei. 2. *Observa.* Qui Euangelio obsistunt, simul etiam gratiæ divinæ: caueant prophani euangelium aspernari, ne prorsum fauore Dei priuentur.

*Vers. 44.* 3. *Euentum.* Tota fere civitas Sabbatho coit ad audiendum verbum, exemplum certè est pietatis, atque optimi zelli, vbi nos admonemur Pastores oblata occasione euangelizare, sicut Christus fecit *Nicodemo*, *Ioan. cap. 3.* & mulieri *Samaritana*, *Ioan. cap. 4.* & Apostol. præcipit, 2. *Timoth. 4.* ἀρχαίως & ἑυχαίτως, verbum prædicandum, & si sic, quodnam tempus negotijs secularibus deputandum, à quibus vult nos cauere ne implicemur, 2. *Timoth. 2.*

*Vers. 45.* 4. *Euentum* Iudæi viso hoc cœtu, replentur inuidiâ, obloquuntur dictis Paulinis, blasphemantque. *Observatio.* Euangelium vt est reprobis odor mortis, ita electis est odor vitæ, 2. *Corinth. 2.* 2. *Observa.* Non defuere, neque defunt, qui veritati contradicunt, *Zidkia Michaiâ*, 1. *Reg. 21.* *Phassur Ieremia 20.* & *Ananiah 28.* *Amazias Amoz 7.* Et sunt hac ætate non pauci veritatem labefactare conantes præsertim Papistæ, ne miremur. Sors hæc veritatis constans contradictionis minimè expers.

*Vers. 46.* 5. *Euentum.* Apost. Responsio cum *παρηγορία* qui vsi sunt oratione libera, aperta, ac confidente dicentes primum fuisse necesse vt verbum ipsis imprimis prædicaretur ita Deo ordinante, vt liquet varijs scripturæ locis, vbi Dei amor apparet erga hunc populum quem in nos pari modo declarauit, cauendum ne contemptu, & ingratitude nostra idem iudicium accersamus: hic populus fuit in causa, cur Deus lucem suam ipsis subtraxerit. Etenim ipsa praxe vitæ æternâ sese indignos iudicarunt in hisce posita, nimirum cognitione DEI eiusque quem misit, Iesu Christi, *Ioan. 14.*

*Vers. 47.* Rationem assignat cur derelictis Iudæis ad gentes conuertantur ex *Isaia cap. 47.* autoritate munitam, vbi habetur

P P

Pro-



Prophetia de Gentium vocatione, hisceque verbis diserta Prophetia de CHRISTO, qui est lux Gentium, vt & 2. *Luc. in Cant. Simeonis*: Hic enim illuminat Spiritu suo lucente, & per Evangelium operante omnem venientem in mundum, *Ioan. cap. 8.* Ambulemus itaque in luce, & fugiamus opera tenebrarum, *Rom. cap. 13. Ephe. ca. 5.* Et de Christo additur, vt sit saluti omnibus credentibus ad vltimas terras: Itaque nobis SCOTIS existit salutis ἀρχὴ Dei filius in extremo fere orbe versantibus. Simus grati, vocationisque nostræ, tantæque lucis fructus dignos proferamus.

*Rom. 9.* *Vers. 48. Euentum. 6.* Gentes lætantur, glorificant sermonem Domini; & quotquot ordinati sunt ad vitam, credunt. Hinc liquet non omnes ad æternam vitam fuisse prædestinatos, & supremam electionis, salutisque nostræ causam, vitæque æternæ esse Dei ἐδοξα, nihilque in hoc præuidit cur eum elegerit, neque in illo, cur eum reprobaret, sed elegit quosdam secundum voluntatem vnicam iustitiæ regulam, in quibus propter misericordiam, & quosdam reprobauit, in quibus propter iustitiam in ipsos actu peccantibus, & perseverantibus in peccatis declaratam glorificaretur. 2. *Observ.* gaudium Spiritus est verbi effectum in electis: qui Christo per fidem insiti verbum glorificant. 3. *Obser.* Cum credentes sint ad æternam vitam ordinati, certitudinem hinc collige salutis tuæ si fidem habeas: neq; cum Papista putes arrogantiam esse persuasionem de electione tuæ: de qua certus esse possis per DEI Spiritum attestantem spiritui tuo te esse Dei filium, *Rom. cap. 8.* Et hic Spiritus Sanctus est testis, & quid certius teste Divino, est sigillum, *Ephes. cap. 4.* & Dei sigillo quid firmitus, est etiam arrha, *Ephes. cap. 1.* quæ omnia satis arguunt persuasionem salutis sine speciali aliqua reuelatione. Spiritus etiam noster sanctificatus idem probat per τελευτία interna, quæ vel respiciunt peccata nostra, vel divinam misericordiam. Atque internum signum quod peccatum spectat præteritum est dolor ille secundum Deum, qui efficit resipiscentiam in salutem, 2. *Corinth. cap. 7.* aut presens, vt est conflictus inter carnem, & Spiritum; aut futurum, vt est cura & sedulitas cauendi in posterum ne peccemus. Ratione misericordiæ Divinæ, vt est pium desiderium ea fruendi, necnon supra omnia possidendi Christum.

Christum. Signum externum est Obedientia legi divinæ toto vitæ curriculo, si expendantur hæc τελευτία certos nos possunt reddere de electione, saluteque nostra per Christum.

*Vers. 49.* Tota illa Regio est illustrata verbo. *Observ.* Moliuntur quicquid possunt impij, nequeunt cursum Euangelij præpedire.

*Vers. 50.* Impij Iudæi novam technam machinantur in Apost. hoc modo; instigant mulieres opinione populi religiosas ac honestas cum præcipuis civitatis Incolis ad persequendum Apostol. 1. *Observatio.* Genus fœmineum aptum ad dolos, & atrocitatem exercendam. vide in *Dalila, Iud. in Iesabele. 1. Reg. 21.* In *Salomonis* focarijs, 2. *Reg. cap. 11.* 2. *Observatio.* Qui essent veritatis patroni sæpè deprehenduntur atrocissimi hostes, 1. *Cor. cap. 1.* Non multi nobiles vocati. Paulus & Barnabas expelluntur, fors eadem quæ Christi à *Gadarenis* exterminati, & *Nazarenis, Luc. cap. 4.* non nouum si benefeceris, male te tractari.

*Vers. 51.* Cedunt, excusso pedibus puluere in signum execrationis iuxta Christi mandatum, *Math. cap. 10. Luc. cap. 9.* quo etiam significant inimicos Domini, hostesque Euangelij dissipatum iri vt puluerem ante turbinem. Abeunt *Iconium* urbem *Phrygia* maioris. *Observ.* Si Dei serui vno extrudantur loco, alius præparatur ad eos recipiendos. Præterà hoc facinore vtitur sapienter Dominus ad amplificandum Christi Regnum, & propagandum Euangelium in alias vrbes.

*Vers. 52.* Discipuli lætantur, replenturque donis Spiritus. *Observatio.* Verum, solidumque gaudium nascitur ex Spiritus Sancti habitatione efficaci in nobis per dona, Euangelij prædicatione aucta, & confirmata.



## CAPVT XIII.



**P**ERHIBETVR hoc Cap. quibus in partibus apud Gentes Euangelion fuerit prædicatum, nimirum *Iconij*. 1. ad vers. 7. deinde *Lystra*, & *Derba* reliquis. *Iconij* habes quid præstiterint *Paulus* & *Barnabas*, & quid passi fuerint, scilicet, persecutionem talem tantam, quâ coacti sint fuga sese subducere *Lystram*, *Derbenq*, ac in circumiacentes Regiones. De *Iconio* supra, nomē habet ab *εικων*, fingunt Poëta *Prometheum*, & *Mineruam Iouis* iussu imaginem sufflatione animatam erexisse post fluuium *Deucalionis*, vtcunque commiscuntur, certum est civitatem hâc fuisse Idololatricam, & in tenebris ignorantix veri Dei, Christi que versantem, iam verò esse collustrandam luce Euangelij, & ad fidem Christianam vocandam in salutem vitamque æternâ. Vbi illud *Iehouæ* dictum apud *Isaiam* verificatur. Inuentus sum ab ijs, qui me non quæsiuerunt: gratia ergo divina inopinantes occupat, cum animis nostris illabitur, vel nos reperit otiosos prorsum, aut malè agentes, expende in vocatione Paulina, dum persecutionem atrocè meditaretur, ac moliretur in Sanctos *Damascenos* luce circum conuiscante, voce que cœlitus ædita ad gratiam, & Apostolatum vocatur, *Act. 9.* & in *Scotorum* ad fidem conuersorum vocatione, qui delitescunt, ac cæcutientes in densissimis Idololatriæ, superstitionis que tenebris evocati, clara Euangelij luce illustrati existunt. Simus grati, tantumque beneficium, crebris sermonibus Eucharisticis vsurpemus. Sed quid agunt: in contextu. Loquuntur, id est Euangelium annunciant duobus in locis. 1. In Iudæorum Synagogâ. 2. publicè in civitate, vers. 3. Quod *Paulus* & *Barnabas* simul Iudæorum Synagogam ingrediuntur Pastoribus vnitatem, consensum, atque harmoniam in stadio Euangelij decurrendo commendat: Quod Synagogam introeunt; nota iniuriarum ipsis illatarum immemores summa affici compassione instar Christi magistri, qui cum præcisset desolationem *Ierosolymitanam*, fleuit, *Luc. 20.* Inquiens: O si cognosceres ad pacem tuam spectatiam, diemque

emque visitationis tuæ *Ierusalem*, &c. Simili animati sunt modò erga hunc populum. *Paulus* ac *Barnabas* contendentes vt peccatorum remissione obtenta, per fidem in Christo vitâ æternâ fruantur, quod si oblatam gratiam fastidierint, & propterea perierint, omnis culpa penes ipsos esset. Hinc admonemur nos vt ita salutem vestram invigilemus, vt minus admonitos nequaquam esse velimus, quo ad saniores mentes redeuntibus divinâ misericordiâ conseruemini, si verò admoniti minimè resipueritis perditionis vestræ tota causa vobis merito ascribatur, nosque sanguinis vestri prorsus simus exortes, *Ezech. 3. 3.* *Observ.* Disgregationis causa est huius populi peccatum, nominatim verbi Divini cōtemptus. Rebellis hic, & contumax detrectauit vero Deo verè seruire *Ierosolymis*, eiusque verbo obtemperare, *Iconij* suam habent Synagogam, & paratius cultui divino student: Exules *Babylone* fleuerunt amarè propter *Sionem*, sed in *Sione* peccata sua *Iehouam* ad puniendum impellentiam noluerunt desistere. Horum exemplo præmoniti sapiamus, ne eiusdem sceleris rei eodem, si non deteriore, mulctemur supplicio. 4. *Observ.* Euangelium est prædicandum, cuius summa est Christum datum esse credentibus in salutem, vlt. parte ver. 1. Habetur sermonis fructus, qui est fides; multi siquidem ex Iudæis, & Gentibus crediderunt. *Observ.* In ordinatis ad vitam verbum prædicatum fidem progignit, *Rom. 10.* quæ eodem alitur, donec perficiatur, *τελοσε* nimirum *τῷ ψυχῶν τῆ σωτηρίαν* fortia- tur, 1. *Pet. 1.*

*Vers. 2.* Huius intentatæ aduersus Apost. persecutionis Authores designantur, nominatim increduli Iudæi, qui doctrinæ minus paruerunt *εγκαωσαν*, id est deprauarunt, id est male affectos reddiderunt gentium animos aduersus fratres. *Observ.* Hi capitales existunt hostes contra Christum, seruosque eius, qui fide carent fideles verò coniuncti suo capiti Christo, ne meditantur contra eum, seruos eius, Euangeliumve. Sed *ἀπὸ θυτῆς* in Dei filium, fratresque machinantur malum. *Observat.* Consolatoria duplici ratione. 1. quòd Christum crucis suæ socium *καὶ σωπασχοντα* habeat Ecclesia, cū quo si patiat, glorificabitur. 2. quòd in Ecclesia fideles iniuriōsus tractati fratrum nomine insigniantur, qui, vt sint naturâ filij iræ, atque in offensis mortui, *Eph. 2.* tamen adoptionis gratuita iure existant filij Dei, fratres Christi, Regni que

contra quos prorsum  
capitum Pauli et  
Barnabae dixerunt  
tunc ad gentes  
non conuenerunt  
semper per legem  
in Ierosolymam  
12-13



cœlestis cohæredes. Eximia certè hæc filiorum DEI fratrumque Christi dignitas, quæ perfectè revelabitur, cum Deum sicuti est, videbimus, 1. Ioan. 3. videndum nobis attente, atque sedulò ne fraternam istam communionem cum capite nostro vllatenus labefactari, ne dicam dirimi patiamur.

Vers. 3. Quid Apostoli præstiterint, nimirum multum tempus ibi demorati liberè loquuntur in Domino. *Observatio.* Tametsi periculum nobis impendeat, malumque intentetur, minimè discedendum donec Euangelij partes ibi obeundas impleuerimus, proinde non semper furori, machinationibusq; impiorum dandus locus, sed manendum, si sit è re gloriæ Dominicæ. *Moyse* minis *Pharaonicis* ab officio faciendo non fuit deterritus, *Exod.* 10. *Elius* fidelissimus Dei Propheta non *Achabi*, nec *Iesabelis*, scelerosæ, qui dixit Regi, tu Domusque patris tui Israel turbas datis, sic *Ieremias*, sic *Amos*: alijque synceri Propheta omni ætate constantes divinæ gloriæ assertores etiam cum extremo periculo extitere. Atque hæc magnanimitas cum παρρησία Dei spiritum authorem habet, quo moti, actique multi præclari, atque insignes martyres pro veritate tuenda, confirmandaque in aliorum animis vitam profundere non dubitarunt: addo eloquia DEI non hominum commenta esse enuntianda in salutem, & ædificationem ordinatorum ad vitam. Præterea verbo gratiæ testimonium accommodat Dominus per miracula, & signa. Porro Euangelium vocatur verbum gratiæ, quia per id offertur, & operatione Spiritus gratia, atque salus communicantur: proinde Euangelij fastiditores sunt & divinæ gratiæ contemptores, quos, quantum maneat iudicium, vide 2. *Theff.* 1. 6. Quod miracula coniuncta sint huic verbo. *Observa.* Euangelicam veritatem hoc modo confirmatam, sanguineq; Agni Dei immaculati obsignatam esse, proinde nova miracula non esse quærenda: vt Papistæ perperam faciunt ad abominabile illud suum purgatorium stabiliendum, invocationem Sanctorum, Transsubstantiationem, aliaq; id genus. Miracula nunc temporis Euangelium vere annuntiatum concomitantia sunt peccatricis animæ conversio, atque totius hominis in peccatis demortui viuificatio.

Vers. 4. *Euentum.* Multitudinis scilicet diuisio. Etenim quidam Iudæis adhærent, & quidam Apostolis: cuius diuisionis occasio est

est Iesus Christus Euangelij subiectum, sed non causa. Peccatum occasio cur abundet gratia, non autem causa, *Math.* 10. veni inquit Christus missurus gladium. Hac ratione quia Christum syncerè prædicatum vnicum salutis principem dissensiones, & distractiones consequuntur, veritatisque prædicatæ occasione, Regna vrbes, atq; Imperia scinduntur in diversa studia: cuius rei tota culpa penes est homines scelerosos à cacodæmone impulsos. *Obser.* Diuisio propter veritatis assertionem est legitima, de qua clarum extat Apostoli præceptum, 1. *Timoth.* 6. 3. Si quis diuersam docet doctrinam, neque accedit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei, quæ secundum pietatem est doctrinæ, secede ab ijs, qui eiusmodi sunt ἀφισαῖ ἀπὸ τοῦ τοιοῦτου. Proinde Synceræ religionis professores in discessu suo ab Antichristiano Regno, minimè resciderunt vinculum vnitatis veræ Ecclesiæ, cum non ab Ecclesia, sed ab erroribus in Romana Ecclesia suffultis decesserint: adhære veritati tuendæ est ipsissimam veræ Ecclesiæ vnitatem sartam, testam conseruare: Quibuscum, si Papistæ in capite conuenirent Christo, articulisque fundamentalibus ad eius personæ gloriam, triplicisque officij dignitatem illibatam spectantibus, statim futura esset in sancta vnitæte sancta conspiratio, verum quandiu non modo præiudiciū veritati Christi per errores suos afferre nituntur, sed eandam labefactare, atq; innuere, reditus in gratiã esse non possit: cum nulla esse possit concordia Christo cum *Beliale*, luciq; cum tenebris communitio nulla.

Vers. 5. Nominatim designantur, qui hanc moliuntur persecutionem aduersus Apost. & quod supplicium intendunt, nimirum lapidationem. Persecutores sunt Iudæi, gentes, ac primores. *Observatio.* Diuersorum generum, atque morum homines plurimum dissidentes, in malo satis conueniunt patrandò aduersus Ecclesiam *Pontius Pilatus*, ac *Herodes* alioqui inimici in crucifigendo Christo amici, *Abimelechus*, & *Sichemita* ad destruendam *Ierubalis* posteritatem animo prius dispari, tunc concurrentes ad illud facinus: *Moabita*, *Ammonita*, atque *Seirani* admodum diuersarum, ac dissidentium qualitatum conspirauere contra *Iehosaphatū*, qui mutuis armis confecti occubuerunt. Supplicij cogitati genus est lapidatio, quâ affectus instigatione *Ioæ* Regis, ingrati *Zacharias* filius *Iehoiada* Sacerdotis conseruatoris Regis, & etiam

2. Epist.  
10. vers. 19.

2. Cron.  
6. 14.

Iud. 9.  
2. Cron. 20.

2. Cron. 24.  
Stepha-



*Stephanus πρωτομαρτυρ, Actor. 7. 2. Cron. 20.* Isti impij prætexunt legem pro illa lapidationis pœna, quâ blasphemi erant affiendi. *Observatio.* Scelerosi, & atroces Euangelij hostes crudelitati suæ pretendunt velamen legis, quo æquè, cum summè atrociter agunt, facere videantur, in crucifixione Christi legem dicebant sese habere, rebelles, & crudeles Iudæi, secundum quam oportebat filium hominis mori.

*Vers. 6.* Apostoli fugiunt *Lycaoniam, Lystram, Derbem*, ac in circumiacentem Regionem. *Observa.* Seruis Christi magnanimis propter Ecclesiæ amplificationem fugere licet, vide *Math. cap. 10. 2. Observatio.* Persecutio quæ est res mala persequentium ratione, tametsi bona, atque è re Ecclesiæ Dei decernentis respectu, occasio, existit amplificationis Regni Christi apud gentes, moderatione, ac dispensatione divinâ. 3. *Observ.* Si Prophetæ vno expellantur, aut profligentur loco, in alium recipiuntur. *Psal. 24.* Domini enim est terra, & plenitudo eius, & pone priuari posse terrâ Christi seruos ab impijs tyrannis Sathanæ instrumentis, cœlo tamen impij minimè omnium possunt excludere fideles.

*Vers. 7.* Prædicant Euangelium. *Observatio.* Nostri est muneris, vbicunq; terrarum fuerimus, quoad fieri possit prædicatione Euangelij propagare Christi Regnum, nec malis cedere.

*Vers. 8.* Habetur Miraculum, eiusq; eventa ad *vers. 20.* Miraculi summa. *Claudus* ab vtero sanatur virtute Christi agente per Pauli ministerium. *Observa.* Multis infirmitatibus existimus obnoxij propter peccatum: ista clauditas non inflictâ fuisset divinitus nisi peccatum in mundum introiisset, tametsi non sit electis immissa ob peccatum puniendum, sicuti liquet ex Christi responso ijs, qui rogarunt de cæco, non hic peccavit, inquit, neque parentes, sed existit iste cæcus, quo in eo DEI gloria manifestetur. Petamus à Iehova, qui huic miseriæ nostræ medeatur, sensimq; causam aboleat in plenam imaginis justitiæ, ac sanctitatis restitutionem. 2. *Observa.* *Claudi*, ac *egeni* non sunt contemnendi, cum Dei decreto, atque ordinatione existant: sintq; corporis eiusdem membra, quorum certè & à Pastoribus, Magistratibusq; longè alia habenda ratio, qua instituerentur in fide, quibus irreligiosiores in orbe terrarum vix est reperire. 3. *Observatio.* Medium, quo ad salutem in Christo percipiendam peruenitur, est

Ecclesia Papistica est assueta, in qua præferuntur, & ad officia sufficiuntur non magis idonei, sed autoritate ac potentia valentes, & auro, atque argento in illos honorum miserorum excogitatos gradus ascendentes, quod malum etiam latius protèditur, serpitq;e. Imò apud nos locum obtinet: Etenim nominantur ad beneficia minus idonei antequam divinitus vocentur, aut donis imbuantur ad sacram functionem necessarijs, vnde fit, vt nōnulli fidei iacturam facientes, ministerium turpiter deserunt, alij divinâ gratiâ destituuntur, qui non missi cucurrerunt: cui malo miserabili medeatur Dominus, Ecclesiamq;e suam libertati restituat Pastorum legitimè ordinandorum. Fælix illa Patria, fælix civitas hac libertate, beneficioq;e exornata. 4. Commédant ordinatos Deo, in quem crediderunt. Sic Christus ante suum hinc decessum Deo Patri Discipulos suos commendavit, *Ioan. 17.* Ita etiam Apost. Ecclesiam *Ephesinam*, & *2. Cor. 13.* *Observatio.* Divina gratia, atq; benedictio adeo est necessaria divino officio functionis, vt absque ijs inanem operam collocauerint. vide *1. Corinth. 3.* Ego plantaui, &c. & *Psal. 127.* Nisi Dominus civitatem extruxerit, frustra laborant extructores. Proinde enixè petamus à DEO benedictionem, quâ ministerium sit efficax, suumq;e ferat fructum: Persuasi etiam simus salutem nostram gratiæ Dei inniti, non hominum meritis, per cuius potentiam custodimur in salutem, *1. Pet. 1.* quæ certissima est in Petra Iesu Christo ἀρχηγῶ τῆς σωτηρίας fundata, ac stabilita. 2. *Obser.* In Deum certâ fide recumbendum, *2. Cro. 20.* *Iehosaphati* Regis pij dictū, Credite in Deum, atque securi eritis. Et *Psal. 125.* Qui confidit in Iehova, stabit sicut mons Sion. At maledictus attestante Propheta *Ierem. 17.* qui facit carnem brachium suum, subtrahitq;e cor à Deo viuo. Plerique hac ætate relicto Creatore confugiunt ad creaturas miserabiles, præsertim ij, qui sagarum ac incantatricum Satanicâ arte, & operâ vtuntur ad sanitatem recipiendam, & nominatim alij equis, armisq;e fidentes *Davidi* admodum absimiles, qui omni huiusmodi fiduciâ sepositâ, vt inani & deceptrice elegit nominis Domini exercituum recordari, *Psal. 20. 8.*

*Vers. 24.* Peragratâ *Pisidiâ* venerunt in *Pamphyliam*, vbi nulla habetur expressa mentio verbi prædicati.

*Vers. 25.* *Pergam* veniunt, quæ est civitas *Pamphylia* Diana cultrix



trix quæ fertur Pergea, ibi Dei sermonem sunt locuti. *Obfer.* Gratia Dei præter expectationem Pergenses incolas occupat luce Evangelica collustratos: vere dicit Iehova apud Prophetam *Isaiam* repertus sum à non quærentibus me: gratia ut inquit *August.* nullo modo est gratia, quæ non est omni modo gratuita contra merita operum & præuisam fidem libertatemque arbitrij. Adde hæc gratiam offerri, ac communicari per Euangelij prædicationem cuius subiectum est Iesus Christus crucifixus, qui sanguine crucis suæ peccatorum omnium remissionem, salutem æternam, vitam, gloriamque nobis peperit. Sequitur descenderunt *Attaliam* urbem *Pamphylia* maritimam *Lycia* vicinam.

*Vers.* 26. Illuc abnauigarunt *Antiochiam* *Syria* metropolim ubi primum Christiani sunt nuncupati, *Act.* 11. unde fuerat commendati gratiæ Dei ad opus quod expleuerant. *Obfer.* Supra. Gratia divinæ præsentia pastori, populoque; apprime necessaria, propterea pastoris ac gregis mutua essent preces Iehovæ nuncupatae pro donorum spiritualium incremento, prosperoque operis divini complemento.

*Vers.* 27. Ex quo *Antiochiam* venerunt, Ecclesiam coegerunt. *Obfer.* Plana. Potestas cogendi Ecclesiam est proprie pastorum, ut hic iteratisque Apostolorum conventibus expendere est. Ut, ut ita sit, mundi tamen Principes nonnulli hanc arripiunt, qui à Prophetâ *Osea* 5. 10. comparantur ijs, qui mouent terminum, super eos effundam velut aquam excandescentiam meam, inquit Iehova, exponunt quæ per eos effecerit Dominus *μετ' αὐτῶν.* *Phras.* *Hebr.* Per ipsorum scilicet ministerium, quo innuunt, e-venta, atque effecta divinæ gratiæ esse tribuenda. *Observatio.* Fœlice operum omnium successu glorificetur Iehova: nihil divini honoris instrumentis transcribatur. Dominus dicitur ostium fidei gentibus aperuisse nimirum per prædicationem Evangelij. Ergo qui Evangelium aspernantur, ipsis fidei ostium est præclusum & per consequens Regni cœlorum, per quod qui ingredi velint, prius eos oportet in regno gratiæ per fidei ostium transire.

*Vers.* 28. Tandem multis exantlatis laboribus requiescunt. Deo Dominus nobis in Christo tam diligenter officio defungi, perfruique æquè prospero successu ut tandem aliquando gloria redimiti,

dimiti, gaudioque æterno perfusi in cœlesti patria cum celeberrimo illo sanctorum cœtu requiescamus in omnem æternitatem.

## CAP. V. T. X. V.



*VÆ* sunt huius Cap. partes præcipuæ. 1. Indicatur quidnam fecerit concilium *Ierosolymitanum* in controversia *Antiochia* exortâ de circumcissione gentium fidem Christianâ amplectarum, & de justificatione ad *vers.* 35. 2. Agitur de dissidio Pauli & Barnabæ propter *Ioannem Marcum*, huius Concilij causæ indicantur ad *vers.* 6. In *Vers.* 1. Circumstantia prima est temporis, significata per *χ*. Eo nimirum tempore, quo constituta est Ecclesia *Ierosolymitana*, & *Antiochena*, & Satan per operarios suos etiam tunc aggreditur constitutam Ecclesiam concutere, qui nonnunquam sese opponit operis divini initio ut *Zach.* 3. fertur dextræ *Iehosue* astitisse ad præpediendum opus Iehovæ, & idem impedijse per *Sanballatum* *Nehe*. Cùm hæc sit hostis Christi, ac Ecclesiæ varities, diligenter invigilemus nos operi Domini promovendo. 2. *Circumst.* est personarum etenim quidam descenderant à *Iudæa*, hos adhibet Sathan superbos ad dandum turbas Ecclesiæ verè informatæ, ac bene constitutæ, fuit autem prima contentio de Christi officio, scilicet ecquid eius iustitiâ fide apprehensa iustificati seruemur, an etiam legis observatione sit opus? *Obfer.* excitare consuevit Sathan authoritatis & eruditionis nomine insignes ad veritatē labefactandam, Ecclesiamque perturbandam, imò è numero discipulorum Christi *Iudam* proditorē, & Prophetarum *Pseudopphetas*, qui veritati restiterunt. *Zidkiam* *Michaia*, *1. Reg.* 22. *Ananian* *Ieremia* 28. *Amazian* *Amoz* 7. Christo Scribas & Phariseos: Apost. falsos fratres hac ætate synceris, verisque; Pastoribus, Papiſtas oppositores. 3. *Circumst.* est loci indicantis Sathanæ etiam astutiam, præsertim cùm *Iudæa* veritatē suscepit. Sed quid faciunt, docent fratres nisi circumcidantur ritu *Mosaico* non posse seruari, itaque volunt circumcissionē in salutis negotio esse necessariam: non est nouum si suboriantur in Ecclesia, qui veritatē labefactent, statumque eiusdem quassent. Porro controuersia cardo est, sitne circumcisio necessario adhibenda in materia iustificationis, affirmatē partē tuentur *Pharisei*, negantē verò credentes.



Paulus, ac Barnabas, asserentes nos iustitiam, salutemque fide consequi sine legalium Cerimoniarum observatione. At hi Pharisei adducuntur ad circumcisionis necessariam adhibitionem. 1. quod fuerit à Deo instituta in signum, sigillumque fœderis, *Genes. 17.* 2. quod *Ierosolymis* iterata praxè plerique fuerint circumcisi, verum cum Christus Dei filius circumcisione rem significatam perimplerit eam aboleuit, atque in eius locum Baptismum noui fœderis sacramentum surrogauit, quo peccatorum ablutio per Christi sanguinem, nostraque cum eo Ecclesiæ vnico capite vnio significatur. Papistarum nobiscum non longe alia est cōtrouersia, etenim illi in justificationis negotio censent opera adhibenda, sine quibus vt causis neminem volunt justificari: nos verò sola fide vt instrumentali causa apprehendente Christi iustitiam acquisitam passione, legisque, quæ sit nostra per imputationem præstitione verè affirmamus hominem justificari. Differunt à *Phariseis* hac ineptâ suâ assertionem Papistæ, quod *Pharisei* diuinæ ordinationi quondam vigorem habenti nitantur, illi verò commentis Satanicis, humanisque traditionibus in justificatione coram Deo per opera: qui certè, vt inquit per Prophetam Iehova, *Isa. 29.* frustra me colunt pro doctrina obtrudentes præcepta hominum: quique reliquerunt fontem viuum aquarum, effoderuntque sibi cisternas, *Ierem. 2.* nos autem ad gratiam diuinam gratiam vocati patiamur nos lauari in illo fonte domui Davidicæ recluso propter peccatum, ac immunditiam, *Zach. 13.*

*Vers. 2.* Secunda causa minus præcipua, atque huius primæ effectum scilicet dissensio. *Observatio.* Dissensionis causa est error, & certè ita est inter nos, & aduersarios, etenim ab ijs dissentimus in multis veræ religionis capitibus, quod illi errores satis perspicuos tueantur: qui si nobiscum in veritate convenirent, libentissime sanctam vnitatem amplecteremur, ac coleremus. 2. *Obser.* Errori obsistendum, neque peruersæ opinioni in Ecclesiam irrepenti dandus locus: sic *Elias* Prophetis *Baaliticis*, *Zidkia*, *Michaiah*, *Anania*, *Ieremias*, *Amaziah*, *Amoz*, *Athanasius*, *Arrio*, & omni ætate sancti doctique viri falsis fratribus. 3. *Observatio.* Legitimus modus decidendarum controuersiarum est, vti Ecclesia iuxta verbum determinet, quæ si extra verbi scripti cancellos egrediantur, certè non audienda: Siquidem verbum scriptum omnia ad

ad fidem, salutemque necessaria complectitur.

*Vers. 3.* Paulus, ac Barnabas parent. *Observa.* Authoritatem Ecclesiæ agnoscunt superiorem: secus Papa sese pro Ecclesiæ capite vendicans. Hi ab Ecclesiastico cœtu deducti peragrarunt *Phenicem*, & *Samariam*, quæ interiacent inter *Antiochiam Syriæ*, & *Ierosolymam* in *Iudæa*, narrantes conuersionem gentium, vnde summum gaudium fratribus est allatum. *Observa.* Verè Christianis nihil lætius, nihil iucundius, quam audire de fœlice statu Ecclesiæ propagationeque Regni Christi. David maximè gauisus est cum dixerint, Adeamus domum Dei, *Psal. 122.* & pij solidè, sancteque gaudent audientes Ecclesiam Geneuensem truculento, & astuto hoste Subaudiano esse liberatam, fidem datam per legatum de colenda pace, contra ius gentium turpiter violante, repulsam fœdæ perfidiæ passo per gratiam, potentiamque diuinam.

*Vers. 4.* Veniunt *Ierosolymam*, & recipiuntur ab Ecclesia, Apost. & Presbyteris. *Observatio.* Serui diuinitus missi non sunt contemnendi, nec reiiciendi verbum Iehovæ asportantes, sed hac ætate peruersa Pastores syncerius & vigilantius munere sacro fungentes maximè fastidiuntur. *Ierosolymis* exponunt quid per eos Deus effecerit. *Observa.* Gloriam operis, propagationisque Regni Christi in solidum Deo tribuunt, cuius Spiritus vi, ac operatione fit, vt Euangelium sit credenti Dei potentia ad salutem, nemoque valeat accedere ad Christum, nisi pater eum traxerit, vide *1. Cor. 3.* *Psal. 127.*

*Vers. 5.* Pharisei quidam credentes dicunt circumcidi vos oportere, legemque Moysis obseruari. Hæc assertio est bimembris. 1. Asserunt circumcisionem esse necessariam. 2. Legis etiam Moisaicæ obseruationem. *Observa.* Satan consuevit oppugnare veritatem per instrumenta maximè idonea, nimirum per Phariseos sese religionis velo obtegentes, sic Iudam è numero duodecim Apost. excitauit magistri sui proditorem: & addo hanc esse Satanæ astutiam qui per verbum ipsam verbo comprehensam veritatem labefactare conetur justificationis nostræ per fidem, sicut Dominum nostrum productione sententiarum scripturæ tentasse perhibetur, qui per verbum rite accommodatum à Domino nostro *Math. 4.* repulsam est passus: Optimum est vti rectè verbo diuino ad debellandum Satanam, eiusque insultus reprimendos.



*Vers. 6.* Congregati sunt Apost. ac Presbyteri Ecclesiae Ierosolymitanae. *Observatio.* Medium idoneum componendis in Ecclesia controuersijs existit concilium legitime convocatum, Christi q; nomine celebratum iuxta verbum scriptum determinans, extra quod si egrediatur, haud dubie errare possit, vt *Nicenum* in re matrimoniali: cui *Phaphnutius* auctoritate verbi instructus restitit, curans illud decretum rescindendum de matrimonio sacerdotibus interdicto, errauit etiam. 3. Concilium Carthagenense admittendo in Canonem lib. apocry. quod decretum in Laodicensi Concilio fuit rescissum. 2. *Observatio.* Potestas cogendi Ecclesiam est penes Apost. Ergo penes Pastores legitime vocatos, magistratu approbante, Christiano & edicente; ipse DEI filius Ecclesiae suae Princeps Apost. convocasse fertur, *Act. 1. 4.* Post Christum auctoritate data ipsi statim convenerunt, iteratisque suis conuentibus in actis satis arguunt hanc potestatem proprie spectare ad Ecclesiam & Constantini praxis, *Ruff. 1.* huic assertioni non praedjudicat, cum ille ex sacerdotum sententia concilium convocaverit, & ita executioni curauerit mandandum, quod ab Episcopis-Pastoribus fuerat constitutum, quibus candidè dixit Imperator Christianus vos de nobis habetis potestatem iudicandi, nos verò non de vobis, cum nobis à Deo Dij fitis dati. Ibidem *Ruff. 1. 2.* quod dictum dat Ecclesiam libertate sua gaudentem, minimè verò Ecclesiastici ordinis viros, in civilibus, Magistratus Imperio eximit.

*Vers. 7.* Post longam disputationem Petrus. 1. Sermonem. facit. 2. Paulus, ac Barnabas. 3. Iacobus. Petri sententia est bimembris. 1. Ostendit gentes seruatū iri sine circumcisione. 2. Observationem legis Mosaicae ad salutem non esse necessariam. Antequam accedat Petrus ad sententiam dicendam electionem suam ad munus sacram probat, cuius Deum authorem facit. *Observ.* veri Pastores, ac legitime vocati diuinitus mittuntur, qui donis cōuenientibus exornantur, atq; hic Petrus ante vocationem fuit Piscator. *Obser.* Non vult Dominus Euangelij gloriam à generis nobilitate pendere, quae hoc nomine obscurari queat, statuit itaque in opere suo vti obscuro loco oriundis, vt Euangelium appareat potentia Dei in salutem omni credenti. 3. *Observa.* Populus verbum attentè, & cum fructu audire debet, vide praxin Mariae, *Luc. 10.* dictumque Christi,

Rom. 1.

1. Cor. 1.

Christi, *Luc. 11.* Beati qui audiunt verbum Dei, atque eustodiunt illud. Vocatur λόγος τῆς εὐαγγελίας, quod latum afferat, credentibus nuntium de peccatorum remissione in sanguine Agni DEI, liberatione ab aeterna morte, participatione deniq; vitae aeternae, ac gloriae caelestis. Scopus praedicati Euangelij est fides, *Rom. 10.* *Observa.* Cum annuntiati Euangelij effectum sit credere, videndum est vobis vt per Spiritum Sanctum, verbo cooperantem fides progignatur, quā apprehendentes iustitiam Christi coram Deo iusti censeamini, ac proinde vitae aeternae coronā redimendi. 1. Pars sententiae Petri hac rationis forma est inclusa Deus me elegit ad praedicanđū Euangelium gentibus, vt crederent absq; circumcisione: ergo circumcisio non est necessaria ad salutem perspicuum est Antec. ex cap. 10. vbi instruit Cornelium, eiusq; familiam ostendens remissionem peccatorum esse per Christum: gentesque in gratiam esse receptas à Deo, quod deinceps patet per Spiritus Sancti communicationem, atque per purificationem cordium per fidem.

*Vers. 8.* Deus celebratur καρδιαγνωσις vt *Ierem.* Renum scrutator, quod nihil in natura rerum existat tam abditum atque abstrusum quod non sit optimè ipsi cognitum, vide *Psal. 139.* *Heb. 4.* vbi cuncta ipsi dicuntur τετραχηλισμῶνα: Hoc maxime trutinandum hypocritis fidem, ac religionem cum aere mutantibus, qui tametsi alto corde dissimulationem profundam alant, nihilominus tamen recondita cordium penetralia Deo clarissimè patent, qui aliquando occultissimas hominum cogitationes in apertum proferet, atque vlciscetur, & vos in disciplinam nobis traditi animorum sinceritati attendite, neque vquam peccandum existimatote modo clandestino, vt plerique faciunt, cum nihil à vobis cogitari, nihil fieri queat quod Iehova non videat, imò quod non praeviderit. Proinde rebus agendis Dominum ob oculos habeamus praestitutum, sic minimè concutiemur, *Psal. 16.* *Observa.* Spiritus Sanctus cum Euangelio est coniunctus, *Gal. 3. 2.* hoc solum cupio discere ex vobis, ex operibus legis Spiritum accepistis an ex fide per auditum percepta? Proinde de salute certi esse possumus, cum spiritum per euangelij annuntiationem acceperimus, qui est arrha redemptionis nostrae, sigillum etiam adoptionis ibidem, & testis, spiritui nostro attestans



*Vers. 6.* Congregati sunt Apost. ac Presbyteri Ecclesiae Ierosolymitanae. *Observatio.* Medium idoneum componendis in Ecclesia controuersijs existit concilium legitime convocatum, Christi q; nomine celebratum iuxta verbum scriptum determinans, extra quod si egrediatur, haud dubie errare possit, vt *Nicenum* in re matrimoniali: cui *Phaphnutius* auctoritate verbi instructus restitit, curans illud decretum rescindendum de matrimonio sacerdotibus interdicto, errauit etiam. 3. Concilium Carthaginense admittendo in Canonem lib. apocry. quod decretum in Laodicensi Concilio fuit rescissum. 2. *Observatio.* Potestas cogendi Ecclesiam est penes Apost. Ergo penes Pastores legitime vocatos, magistratu approbante, Christiano & edicente, ipse DEI filius Ecclesiae suae Princeps Apost. convocasse fertur, *Act. 1. 4.* Post Christum auctoritate data ipsi statim convenerunt, iteratisque suis conventibus in actis satis arguunt hanc potestatem proprie spectare ad Ecclesiam & Constantini praxis, *Ruff. 1.* huic assertioni non praedicit, cum ille ex sacerdotum sententia concilium convocaverit, & ita executioni curauerit mandandum, quod ab Episcopis-Pastoribus fuerat constitutum, quibus candidè dixit Imperator Christianus vos de nobis habetis potestatem iudicandi, nos verò non de vobis, cum nobis à Deo Dij sitis dati. Ibidem *Ruff. 1. 2.* quod dictum dat Ecclesiam libertate suâ gaudentem, minimè verò Ecclesiastici ordinis viros, in civilibus, Magistratus Imperio eximit.

*Vers. 7.* Post longam disputationem Petrus. 1. Sermonem. facit. 2. Paulus, ac Barnabas. 3. Iacobus. Petri sententia est bimembris. 1. Ostendit gentes seruatū iri sine circumcisione. 2. Observationem legis Mosaicæ ad salutem non esse necessariam. Antequam accedat Petrus ad sententiam dicendam electionem suam ad munus sacram probat, cuius Deum authorem facit. *Observ.* veri Pastores, ac legitime vocati diuinitus mittuntur, qui donis cōuenientibus exornantur, atq; hic Petrus ante vocationem fuit Piscator. *Obser.* Non vult Dominus Euangelij gloriam à generis nobilitate pendere, quæ hoc nomine obscurari queat, statuit itaque in opere suo vti obscuro loco oriundis, vt Euangelium appareat potentia Dei in salutem omni credenti. 3. *Observa.* Populus verbum attentè, & cum fructu audire debet, vide praxin Mariae, *Luc. 10.* dictumque Christi,

Rom. 1.  
1. Cor. 1.

Christi, *Luc. 11.* Beati qui audiunt verbum Dei, atque custodiunt illud. Vocatur λόγος τὸ εὐαγγέλιον, quod lætum afferat credentibus nuntium de peccatorum remissione in sanguine Agni DEI, liberatione ab æterna morte, participatione deniq; vitæ æternæ, ac gloriæ cœlestis. Scopus prædicati Euangelij est fides, *Rom. 10.* *Observa.* Cùm annuntiati Euangelij effectum sit credere, videndum est vobis vt per Spiritum Sanctum, verbo cooperantem fides progignatur, quâ apprehendentes iustitiam Christi coram Deo iusti censeamini, ac proinde vitæ æternæ coronâ redimendi. 1. Pars sententiæ Petri hac rationis forma est inclusa Deus me elegit ad prædicandum Euangelium gentibus, vt crederent absq; circumcisione: ergo circumcisio non est necessaria ad salutem perspicuum est Antec. ex cap. 10. vbi instruit Cornelium, eiusq; familiam ostendens remissionem peccatorum esse per Christum: gentesque in gratiam esse receptas à Deo, quod deinceps patet per Spiritus Sancti communicationem, atque per purificationem cordium per fidem.

*Vers. 8.* Deus celebratur καρδίαγνωσις vt *Ierem.* Renum scrutator, quod nihil in natura rerum existat tam abditum atque abstrusum quod non sit optimè ipsi cognitum, vide *Psal. 139.* *Heb. 4.* vbi cuncta ipsi dicuntur τετραχηλισµα: Hoc maximè trutinandum hypocritis fidem, ac religionem cum aère mutantibus, qui tametsi alto corde dissimulationem profundam alant, nihilominus tamen recondita cordium penetralia Deo clarissimè patent, qui aliquando occultissimas hominum cogitationes in apertum proferet, atque vlciscetur, & vos in disciplinam nobis traditi animorum sinceritati attendite, neque vquam peccandum existimatote modo clandestino, vt plerique faciunt, cum nihil à vobis cogitari, nihil fieri queat quod Iehova non videat, imò quod non præviderit. Proinde rebus agendis Dominum ob oculos habeamus præstitutum, sic minimè concutiemur, *Psal. 16.* *Observa.* Spiritus Sanctus cum Euangelio est coniunctus, *Gal. 3. 2.* hoc solum cupio discere ex vobis, ex operibus legis Spiritum accepistis an ex fide per auditum percepta? Proinde de salute certi esse possumus, cum spiritum per euangelij annuntiationem acceperimus, qui est arrha redemptionis nostræ, sigillum etiam adoptionis ibidem, & testis, spiritui nostro attestans



attestans nos esse filios Dei, *Rom. 8.* Quare salutis nostræ certitudo arrogantia nomine minimè salutanda, quò salutant aduersarij.

*Vers. 9.* In eodem persistit Argumento, docetque discrimen Gentium, ac Iudæorum esse sublatum, ex quo Deus corda fide purificauit, quod eo tendit, vt demonstret Gentes salutem esse consecutas sine circumcisione. *Obseru.* Prophetia *Noachi, Gen. 9.* est completa de *Iapheto* in *Sem* tentorijs habitaturo. vide *Rom. 3. Ephe. 2.* & eadem verificatur in nobis *Scotis* ad gratiam vocatis, fideque per Spiritum Euangelio cooperantem præditis, qui quòdam extiteramus alieni à *Repub. Israelis Dei*: hinc consolationem nostræque electionis, atque salutis certitudinem colligamus. 2. *Obserua.* Qui vocantur ad societatem Regni Christi fide cordibus purificantur, quæ sanguinem Agni Dei apprehendit. Porrò sanguis Christi purgare dicitur vtpote ipsissima materia electorum conscientijs per spiritum aspersa, & applicata, *1. Ioan. 1.* Sanguis Iesu Christi, purgat nos ab omni peccato, & Spiritus purgat, vt causa efficiens, verbum etiam iuxta illud *Ioan. 17.* Pater per verbum eos sanctifica, quod est medium diuinitus ordinatum, organumque, efficax in salutem omni credenti, *Rom. cap. 10. 16.*

*Vers. 10.* Habetur altera pars sententiæ Petri, scilicet salutem nostram non pendere ab obseruatione legis *Moyſaicæ*, quia sic nulli seruantur. Ne *Patriarchæ* quidem cum legis iugum sustinere non valent, propterea quod perfectè nequiverint legem præstare, atque dicatur *Deut. 27.* Maledictum esse eum, qui non permanſerit in omnibus lege præscriptis. Sed potestne homo legem præstare per Dei gratiam? *Resp.* Dei gratia etiam homini regenito ad certam mensuram est concessa, quâ non possit: Neque enim in hac vita reperire est vllum hominem perfectè regenitum, Et ipse etiam homo suo ipsius malo hanc impossibilitatem attraxit. vide *Rom. cap. 8.* Id quod Lex nõ potuit, quia infirma propter carnem, &c. Lex vocatur iugum quod portari nequit, quatenus à Christi gratiâ seiuncta terrorem & maledictionem incutit conscientijs, cum eam minimè omnium valeamus naturæ viribus complere: quæ quidem iustificatis, Spirituq; Sancto perfusis leue iugum esse perhibetur, *Math. 11.* qui legi diuinæ

tan-

tanquam regulæ vitæ, & actionum strictè adhærent testâtes gratitudinem, & obedientiam minimè coactam erga Deum.

*Vers. 11.* Concludit Petrus suam sententiâ sic, Credimus nos seruatum iri per gratiam Domini nostri Iesu Christi, quâ conclusione remouet à salutis nostræ materia & Circumcisionem, legisque *Moyſaicæ* obseruationem. Vbi obserua necessario ad salutem requiri fidem, quæ Christum, eiusq; gratiam apprehendat, vt illi. *Obserua.* Hinc liquet vnicam esse salutis rationem: scilicet per fidem in Christum vnum, eundemque hodie, & cras, *Heb. 13.* *Abraham* vidit diem Christi, & gauisus est. Vna ergo est Religio vera, ac sincera. *Patriarchæ* Dei filium in carne manifestandû fide apprehenderunt; nos eiusdem fidei oculis verbo prædicatum, & Sacramentis, Baptismo nimirum, & Cœna representatum, in carne manifestatum, passum, crucifixum, mortuum, excitatum, in cœlum vectum, glorificatum, venturum tandem ad viuos, mortuosque iudicandum vsurpamus in humanâ naturâ absentem, præsentem verò *Ecclesiæ* potentiâ, ac gratiâ, atque in hunc vnicum *σωτηρα* certâ fiduciâ recumbimus.

*Vers. 12.* Tacuit multitudo: silentioque consensum est testata. Expende effigiem legitimi concilij gubernati verbo Dei, eiusq; Spiritu. *Barnabas*, & *Paulus* exponunt signa, miraculaque per Deum ab ipsis edita, sententiam etiam Petri probant de circumcisione minus necessaria ad salutem, cum sine ea multæ gentes ad fidem sint conversæ; Tribuunt verò Deo omnem gloriam huius operis.

*Vers. 13. ad 22.* *Iacobus Alpha* filius verba facit, ac primum attentione postulatâ iudicium suum profert duabus cõprehensum partibus. 1. confirmat duabus rationibus sententiam Petri. 2. suam subiicit. Petri sententia fuit de Gentium vocatione ad Christum, & salute in eo vnico *σωτηρίας ἀρχηγῶ* percipienda sine circumcisione, hanc approbat Prophetarum autoritate huic veritati assentientium, & nominatim *Amozi*, cuius locum citat *Cap. 9.* de reextruendo *Davidis* tabernaculo, Gentiumque vocatione ad diuini Nominis celebrationem. 2. ratione sumpta à *Divina* naturâ, atque sapientiâ, quâ omnia cognoscit, cuncta etiam opera sua, & sic vocationem gentiû ordinauit, & decreuit fieri in tempore absque circumcisione.

S f

*Vers. 14.*



*Vers. 14.* Simeon, inquit, Iacobus Alphæi frater Domini dictus exposuit quomodo Iehova visitavit ἐπισκέψατο gentes, ut sumeret ex ipsis populum nomini suo. Potest nomen Dei Christum denotare, *Exod. 23.* & hic evadit sensus, ex gentibus collegit sibi populum, qui se Deum agnoscerent, salutemque in filio Iesu Christo ἀπαυγάσματος τῆς δόξης, καὶ χαρακτήρι τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, ipsius Dei nomen gerenti, eiusdem potentia, maiestatis, & authoritatis cum patre, per fidem assequerentur. Omissis multis testimonijs affert ex *Amoz. 9.* quo nihil aliud vult, nisi Dominum, tametsi hostes destruxerit, nihilominus tamen promissum completurum de propagando Christi Regno, quod significatur per reedificationem tabernaculi Davidis. *1. Observa.* Tabernaculum vetus fuit abolendum, quo figuratur Cerimoniarum omnium abolitio, & Ecclesiæ exstructor est Dominus, qui etsi iudicia effundat sua ad reprobos perditionem propter scelera, Ecclesiam tamen sua ipsius manu ædificabit, gentibusque in eandem ascitis, ac coaptatis amplificabit, quæ Dominum in fide quarant, eiusque nomen celebrent.

*Vers. 18.* 2. Ratio probans Petri sententiam, ubi observa obiter mutua esse debere servorum Christi de veritate approbationem. Ratio est à Dei naturâ: qui novit omnia opera. *Observa.* Omnia, ut eveniunt juxta divinum decretum, ita nihil deum latere possit, proinde attendendum nobis diligenter, cogitationibus verbis, factisque, & semper reputemus Iehovam in remotissimas, & abditissimas animi partes penetrare; ut omnia proinde divinâ gratiâ à nobis fiant, cum Davide ob oculos Dominum præstituamus, *Psal. 16.*

*Vers. 19. 20.* Iacobus expromit sententiam, quâ. 1. Minimè vult Gentes ad Deum conversas obturbandas esse, id est, ne cogantur circumcidi, cum id quidem non sit necesse. 2. Censet abstinendū ab his 4. 1. ἀπό τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων, à pollutionibus Idolorum, id est, à sacrificijs seu convivijs quæ in Idolorum templis agitabantur. 2. Πορνείας, scortatione. 3. Τὸ πνίχτον, suffocato. 4. Αἵματος, sanguine. Duo sunt omnino illegitima, scilicet Idolorum pollutiones & fornicatio. Præceptum extat, *Deut. 17. 1. Corinth. 10.* qui celebrant huiusmodi convivia in Idolorum templis dicuntur bibere poculum Dæmoniorum, quod certè horrendum.

Heinsius in locum intelligit vitimas emptas mercede meretricis.

rendum, vide *Deut. 7.* de cremandis igni imaginibus. 2. Est scortatio, quæ in orientalibus partibus plurimum vigeat. Præter alia, hæc allata ab Apost. argumenta, homines ab hoc carnis opere deterrent, *1. Cor. 6.* corpora sunt Spiritus Sancti templa, ergo ab ea abstinendum. 2. Qui fornicationem committit in suum ipsius corpus peccat, ergo, appositè dixit ille Moritur in suo, sed vivit in alieno corpore, qui mulieris sordido amore capitur. Duo ἀδιαφορα sunt πνίχτον, suffocatum, καὶ αἷμα, lege fuisse vetita liquet, *Deut. 12.* A quibus adhuc Iudæi non assequuti plenè libertatis Christianæ vim, abstinuerunt, itaque volebat & gentes ad fidem conversas ab hisce abstinere. Suffocatum fuit, id cuius sanguis è venis non fuit effusus, sanguinis vero comestione ijs interdcebatur, quia vita est in sanguine. Conceditur Iudæis infirmis horum usus ad tempus, donec melius stabiliti in fide, & confirmati in libertate Evangelica extiterint: Papistæ hinc colligunt licere sibi traditiones in Ecclesia statuere, quæ nullam unquam in scripturis habere fundamentum. Perperam arguantur ab hoc, quod Iacobus velit ista tolerare propter Iudæorum infirmitatem, posse sese quicquid volunt comminisci, atque pro Orthodoxo obtrudere, ut verbi gratia est illa abstinencia à certis cibis, quam Apostol. *1. Timoth. cap. 4.* vocat doctrinam dæmoniorum.

*Vers. 21.* Ratio cur æquè cito, vno quasi impetu nequeant aboleri Cerimoniarum, quia iam multis seculis assueti essent Iudæi legis doctrinæ, Moysesque suos præcones haberet, ideoque consulendum concordia ad tempus, donec clarius innotesceret libertas per Christum parta. *vel ut primis et habebus*

*Vers. 22.* Sententia concilij Ierosolymitani est hæc ut mittantur, delecti viri literis instructi ad gentes Antiochenas, mittendi sunt cum Paulo, & Barnaba Iudas qui cognominabatur Barsabas, & Silas ἀνδρες ἡγούµενοι ἐν τοῖς ἀδελφοῖς viri primarij inter fratres. *Observa.* In rerum ecclesiasticarum administratione, & functione deputandi sunt viri idonei, qui prudenter, ac fideliter legatione tanta defungi possent.

*Vers. 23.* Habetur propositum de literis scribendis ubi occurrunt expendendæ hæ partes. 1. Salutatio. 2. Expositio decreti. 3. Conclusio. Salutatio hoc versu, ubi habes personas

14. 21. in hunc modum non est hæc sententia in Act. 15. per hunc est hæc  
 14. 21. in hunc modum non est hæc sententia in Act. 15. per hunc est hæc  
 14. 21. in hunc modum non est hæc sententia in Act. 15. per hunc est hæc



decernentes nempe Apostolos, Presbyteros, & fratres. 2. Personas salutatas scilicet gentes *Antiochia*, & in *Syria*, *Cilicia*q; ad fidem conuersas, fratrum nomine inscriptas. 3. Quid ipsis optent? nimirum *χαίρειν*, Saluere, vel gaudere in Domino. *Observatio*. Ex parte prima liquet quantus existit DEI amor in Ecclesiam sanguine immaculati agni conquistam qui Apostolos vocauit constituit, & post se in terris reliquit, qui verbum salutis vere annuntiarét, & post hos Doctores & Pastores, qui in Euangelio prædicando, docendoque operam nauarent ad coaptandos ordinatos ad vitã in regnum gratiã hic, post asciscendos in cœlestem patriam inexplicabili gloriã, atque gaudio abundantem: 2. *Observatio*. Tametsi Apost. autoritate, ac potestate extiterint exornati à Christo Domino suo, nihil tamen per se agunt in hoc negotio, sed in consilium adhibitis Presbyteris, Ecclesiãque *Ierosolymitana* decernunt, ergo in rebus Iehovæ ad Ecclesiã ædificationem spectantibus nihil fieri debet, & concludi ab vno, inconsulto Presbyterio, penes quod totum illud regimen Ecclesiasticum esse debet. Contra Papa; qui non solum supremam in Ecclesiam Christi potestatem arripuit, sed in hominum conscientias ius atque imperium, quod vni, soli que Deo est proprium. 3. *Observa*. Præclare agitur cum illo cõcilio atque fœliciter, cuius membra sancta animorum conspiratione in sententiam dicendam eunt: qua fit, vt causa Christi maximè promoueat. 2. *Persona salutata*, ad quas mittuntur literæ sunt gentes *Antiochenses*, *Syriana* & *Ciliciana* fratrum nomine nuncupatæ, cum iam adoptionis gratia existant DEI Patris filij, fratresque Christi, atque inter se fide, & charitate devincti. Quanta sit hæc filiorum Dei dignitas, vide 1. *Ioan.* 3. *Heb.* 2. admonemur nos ad gratiam vocati mutuam sanctam fraternitatem colere, *Psal.* 133. atque in rebus aduersis sub cruce bono animo esse, cum fratrem habeamus Iesum Christum nobiscum patientem, *Act.* 9. *Colos.* 1. qui etiam, nos, quando voluerit, leuaturus est omni, qua afficimur calamitate 3. Est. Quid optant. *χαίρειν*. Mundani, & *πολιτικοτεροι* titulis magnificis literarum suarũ *επιγραφας* insignire solent, precanturque ijs ad quos scribunt imperiorum amplificationẽ mundanamq; fœlicitatem transitorã, sed inter Christianos hæc obtinere debet consuetudo, vt optent ijs, quibus scribitur, misericordiam, gratiam, pacem, salutemque in Christo.

Vers. 24.

*Vers.* 24. Causa impulsua in decreti expositione occurrit consideranda, atque hæc est, quod nonnulli ab Apostolis discesserint turbantes verbis *Antiochensium* animas, & *ἀνασχευάζοντες*, id est, labefactantes (metaphora sumpta ab illis qui diruunt, quod ædificatum est. Ecclesiam verò ædificari pro constituti metaphora est scripturæ familiaris: ) atque asserentes circumcisionem esse necessariam legisque Mosaicæ obseruationem in justificationis negotio, quibus Apostoli verius edocti, atque docentes tale mandatum non dedere. *Observa*. Satanæ est astutia ex ipsius Ecclesiæ sinu evocare eos, qui Ecclesiæ Christi turbas dent vt Iudam ad prodendum Christum, Papistas nostro tempore nomine Christiano gaudentes ad labefactandam Euangelij sinceritatem, atq; in eo splendentem lucem si non prorsus extinguendam, saltem obscurandam, nobis sedulo cauendum, ne technis Satanicis, fucisque veritatis deludamur. 2. *Obser*. Qui legis opera vt causas in salutis, justificationisq; materia statuere volunt necessaria, nihil aliud efficiunt, nisi turbant, ac labefactant animas hominũ. Præsertim cum conscientia nequeat tranquillari nisi puro Dei verbo innitantur, petraque salutis Iesu Christo vnico *τῆς στήθιας ἀρχηγῶ*, *Hebr.* 2. *Rom.* 4. 14. si justificatio sit per opera, fides inanis facta est, *κεκένωται ἡ πίστις, & κατήργηται, ἡ ἐπαγγελία*, & promissio vana est reddita, & *Gal.* 5. 12. 14. si circumcidamini, oportet vos totam legem seruare atque sic Christus vobis non proderit, gratiaque excidistis. Proinde ablegatis omnibus cerimonijs, traditionibus humanis veris non scriptis, operibusq; nostris, vt causis, atq; meritis, in solo Christo per fidem eius iustitiã apprehendentẽ verè, & rectè iustificati acquiescamus. At quæri potest nunquid legem moralẽ obseruaremus? *Resp.* maximè vt obedientiæ nostræ, atque gratitudinis regulam, sed minimè exultimaremus nos inde iustificatum iri aut salutem nancisci, cum eam in Christo nacti simus soluti legis maledictione, coactione, atque terrore. *Obser*. Falsa obrudentes eo sunt ingenio, vt aliena à veritate asserant tanquam Apostolorum autoritate, atque fundamentis suffulcirentur, sic Papistæ nostri temporis sese ornant denominatione Christiana, religionisq; prætextu, successione Apostol. Conciliorum autoritate, principumque potestate, cum maximè à Christi, atque Apostolorum doctrinaque, moribusque

Sf 3

abhor-



abhorreant, quibus aliquando dicitur, cucurristis, at non misi vos, neque mandatum dedi vobis.

*Vers. 25. ad 30.* Exponitur decretum. Ac primum de legatis sic habetur: Visum est nobis mittere delectos viros cum dilectis nostris Paulo, ac Barnaba, vbi suum amorem in hos profitentur, quo maior ipsis concilietur authoritas, excitenturq; ipsi ad ob- eundum munus diligentius.

*Vers. 26.* Singularem ornantur laude *Iudas* atque *Silas*, qui animas pro nomine Christi, id est extremis periculis vitam exposuerint. *Obser.* Parati essent Christiani, sed maxime Christi serui, pro Domini sui gloria, atq; causa, si res postulet, vitam deponere: quod præstiterunt insignes pleriq; atque præclari martyres: & cur non cum *σωτήρ* noster Dei filius animam pro quibus posuerit, *Ioan. 10.* Apost. Paulus *Act. 21.* Non solum paratus sum vinciri pro Christo, sed si ferat Dei voluntas, pro eo mori.

*Vers. 27.* Indicant sese misisse *Iudam*, *Silamq;*, qui, quæ scripta sunt, verbis renuncient. *Obser.* fidi essent Ecclesie syndici.

*Vers. 28.* Veritatem literis consignatam spiritui sancto acceptam ferunt, nolintque videri negotium esse humanum. *Obser.* Optime regitur illa synodus, legitime decernit, fruiturque successu bono, cui Spiritus Sanctus præsidet, nihilque concilij tribuendum, nisi spiritu sancto, verboque divino regantur. Vbi habetur Spiritui Sancto & Nobis, non quod tribuatur propria authoritas hominibus, sed ut ministri fidelitas demonstraretur *πάντων ἐπανάγκης τούτων*, quam hæc necessaria. Necessitas illa non fuit absoluta, sed referri debuit ad temporis conditionem, ut aliarum gentium cum Iudæis esset magis apta ac minus dissentanea vitæ ratio. Proinde res charitatis rationem habentes vocantur necessaria, i. vtilis quæ ad tempus ferantur.

*Vers. 29.* Repetita Iacobi sententia iterum approbatur, cuius partes sunt supra expositæ, atque hortantur ista præstent ad tempus tantum permittitur Iudæorum infirmitatis ratione, donec plinius, & plenius cognoscant Christianam libertatem. Itaque hoc decretum, ut ante diximus, nihil promouet illud Papistarum decretum de traditionibus non scriptis admittendis. *Obser.* In rebus adiaphoris habenda est Ecclesie, infirmorumque fratrum ratio, & omnis scandali occasio vitanda.

*Vers. 30.*

*Vers. 30. 1. Euentum.* Veniunt *Antiochiam*, coacta multitudine, epistola reddita legitur, gauisique sunt super exhortatione, vbi *observa. 1.* quæ omnes attingunt, publice sunt tractanda, ut communis gaudij ac consolationis ex veritate redundantis existant participes.

*Vers. 32.* Ostenditur *Iudam*, *Silamq;*, prophetas, multo sermone, & exhortationibus fratres confirmasse, quod nobis Pastoribus incumbit: tandem dimittuntur cum pace à fratribus ad Apostolos, id est, fratribus illis fausta omnia precantibus cum bona Ecclesie venia. Sed *Sila* visum ibi manere.

*Vers. 35.* Paulus ac Barnabus agentes *Antiochia*, docent Euangelium. *Observatio.* Pastoribus non legnoscendum, sed officio peragendo diligenter incumbendum ad Ecclesie informationem, atque confirmationem in fide.

*Vers. 36.* Ad finem cap. habetur diligentia Pauli, & Barnabæ, curaque in visitandis fratribus. 2. dissidium triste ortum inter Paulum & Barnabam. 3. *Euentum.* 1. *Obser.* Expedi ecclesie ut excolatur, alioqui degenerare possit, ideoque instituta erant tum synodi, tum inspectiones. 2. *Obser.* Nemo tam perfecte est regnitus, quin in eo sint reliquæ dissidij. Perspicuum hoc evadit vel hac vna praxi Pauli ac Barnabæ dissidentium, sed non in doctrina, neque in rebus priuatis, at propter Ioannem Marcum, qui ab ipsis discessit, nec eorum comes in opere fuit. *Obser.* Non statim admittendi sunt in societatem, qui opus Domini deseruerunt.

*Vers. 39. Observatio.* Dissidium vocatur *παροξύσμος*, graue quidem & vehemens. *Observatio.* Vtitur Dominus suorum etiam delictis ad Ecclesie ædificationem; Cauendum tamen in optimis causis ne supra modum exæstuemus, quo inflammari possit aduersum nos Dominus. Barnabas assumpto Marco, *Cyprum* nauigat, Paulus *Sila* allecto abijt commendatus gratiæ Dei à fratribus. *Observatio.* Coniunctissimi viri occasione dissidij exorti propter Marcum, sed divina providentia propter amplificationem Regni Christi disjunguntur.

CAP. V. T.



CAPVT XVI.



**R**ES perhibentur præcipuæ stationes Pauli in hoc Cap. 1. est *Lystris* ac *Derba*. 2. *Troade*. 3. *Philippis*. Sed 1. occurrit descriptio *Timothei* 2. Traditio decret. Concilij *Ierosolymitani* civitatibus quas peragrarunt. 3. Cõfirmatio *Ecclesiæ* in fide, eiusque incrementum. Describitur *Timotheus*. 1. à parentibus, matre *Iudæa*, atque fidei, patre verò *Græco*. 2. à nomine. *Timotheus* sonat honoratorem *Dei*. 3. à *Religione*, & professione, extitit enim *Christi* discipulus. 4. à fama, *Boni* nimirum nominis fuit apud fratres. 5. à præparatione ad opus *circumcisione* significata. In hac parentum *Timothei* coniunctione *lex divina* fuit violata, quæ extat *Exod. 34. Deut. 7.* de non contrahendis nuptijs cum alienigenis, ne hac occasione verò *Deo Iacobi* derelicto in *Idololatriâ* prolaberentur, vt in *Salomone* animaduertere est, *1. Reg. 11.* Huic datum initium scissionis *Regni Iudaici*. Atque in *Iehoram*, *Athalia* illam atrocem *Achabi* ducente, quæ totam stirpem *Davidicâ*, excepto *Ioâ* in viuis conseruato *Iehoiada* Sacerdotis consilio, deleuit, cuius filium *Zechariam* ingratus, atque impius *Rex Ioas* curauit per seruos lapidibus obruendum. Vitanda huiusmodi matrimonia gloriæ *Dei*, atque synceræ religioni præiudicium afferentia. Nomen sonat cultorem *Dei*. & cerè illi diuinitus assignatû verè expressit: nomina ordinatione *Divinâ* quibusdam esse indita ex sacris patet. Vt *Iosiah* ignem *Dei* sonare potest, quod nomen fuit ipsi impositum 30. annis, antequam extitit, *1. Reg. 13.* à *Propheta* contra *Ieroboamum*, atque altare prophetante illud, scilicet, *Idololatricum*, quiquidè *Iosias* esset in illo altari sacerdotes *Idololatrias* sacrificaturus, cuius executionem vidè *2. Reg. 23.* Nomen etiam inditû *Ioanni Baptistæ Zecharia* filio patre in tabulis scribente, *Luc. 1.* quod significat *Dei gratiam*, ex quo fuerat circumciscus, lingua eius soluta locutus laudauit *Dominum*. Nemo existimet me religionem aliquam, aut pietatem nudis verbis ex literis, syllabisque conflatis tribuere, illud minimè sentio, sed esse à *Deo* decretâ nomina, atque imposita actiones futuras figurantia,

rantia, & melius est infantes nominibus ijs exornare, quorum mentio vel recordatio ipsis esse possit ad pietatem incitamento, quam alijs prophanitatem redolentibus. 3. à religione, etenim *Timotheus* sese *Christo* in *Disciplinam* tradidit, nouitq; ἀπὸ βιβλίου literas sacras, quæ possent hominem sapientem reddere in salutem, quiq; fideliter, ac prudenter *Euangelistæ* officio est perfunctus. *Erinice* mater bonam operam collocauit in filio instituendo, & educando, cuius fides, auxq; prædicatur, *2. Timoth. 1. 5.* quam deriuatam fuisse per propagationem nequaquam putandum est, sed gratuito vtriq; cõmunicatam, *Timotheo* etiam in sacris instituto, vbi obseruandum parentum curam debere esse sedulam in liberis probè, pièq; educendis, qui reuoluant animis horribilem exitum filiorum *Eli* non satis castigatorem, vt oportebat, nec coërcitorum, *1. Sam. 3.* nec non obedientiam illam à filijs *Ionadabi* bene edoctis patris mandato præstitam de vino non bibendo, *Ierem. 35.* quos *Dominus* gratiâ, posterofq; eadem continuata est profecutus.

*Vers. 2. 4.* Est Testimonium de *Timotheo* datum à fratribus. *Obserua.* Frater diuino operi peragendo idoneus etiam bonorum fratrum testimonio ornandus, *1. Timoth. 3. 5.* Est præparatio *Timothei* ad iter, ac perigrinationem cum *Paulo* per *circumcisionem*. Eum *Paulus* circumcidit. Sed nunquid hoc reluctatur decreto Concilij *Ierosolymitani*? quod minimè necessariam esse circumcisionem sub *Euangelio* determinarat: *Resp.* non repugnat, cum *Apostolus* *Timotheum* haudquaquam circumciderit, quod circumcisionem putarit ad salutem esse necessariam, sed propter quorundam *Iudæorum* infirmitatem, quos maximè vellet lucrefacere *Christo*. vide *1. Cor. 9.* Factus est *Iudæis* *Iudæus*, atque omnibus omnia, quo omnes *Christo* acquireret: Hoc itaque medio est usus, vt *Iudæi* non adhuc conuersi, ad fidem *Christianam* paulatim adducantur, neque *Timotheum* patre *Græco* oriundû aspernentur. *Galat. 2. 5.* Titum noluit circumcidere, quia sic obtrudipotrant legales Cerimonix: circumcisio sub lege ante *Christum* passum necessaria, post *Domini* nostri ascensionem initiatione gentium conuertendarum ad fidem, atque *Iudæorum* in veritate euangelica confirmandorum tolerabilis ad tempus, quos sunt affecuti plenam libertatis *Christianæ* cognitionem, jam sub

cu paulus ad  
Euangelista  
manus eligere  
Timotheu vellet  
Eum Paulus circumcidit  
Sed nunquid hoc reluctatur decreto  
Concilij Ierosolymitani?  
quod minimè necessariam esse circumcisionem  
sub Euangelio determinarat:  
Resp. non repugnat, cum Apostolus  
Timotheum haudquaquam circumciderit,  
quod circumcisionem putarit ad salutem  
esse necessariam, sed propter quorundam  
Iudæorum infirmitatem, quos maximè  
vellet lucrefacere Christo.  
vide 1. Cor. 9. Factus est Iudæis  
Iudæus, atque omnibus omnia, quo  
omnes Christo acquireret: Hoc itaque  
medio est usus, vt Iudæi non adhuc  
conuersi, ad fidem Christianam paulatim  
adducantur, neque Timotheum patre  
Græco oriundû aspernentur.  
Galat. 2. 5. Titum noluit circumcidere,  
quia sic obtrudipotrant legales  
Cerimonix: circumcisio sub lege ante  
Christum passum necessaria, post  
Domi nostri ascensionem initiatione  
gentium conuertendarum ad fidem,  
atque Iudæorum in veritate euangelica  
confirmandorum tolerabilis ad tempus,  
quos sunt affecuti plenam libertatis  
Christianæ cognitionem, jam sub

T t

tanta

quæ d. Ant. p. 55



tanta luce Euangelij omnino cessat legalis illa verum locum habet cordis circumcisio, qua operatione Spiritus Sancti in verbo salutis perimitur sensim, enervatur, atque tandem aboletur peccatum.

*Vers. 4.* Traditio decretorum civitatibus, per quas transferunt observandorum. Summa est. Circumcisionem non esse necessariam ad salutem, eamque minimè pendere ab obseruatione legis Mosaicæ, sed nos seruatum iri per gratiam Iesu Christi. Hæc altis animis reponantur, & strictè, arctèque teneantur. Nihil loci hic pro traditionibus papistarum non scriptis, cum hæc non sint alia Decreta ab ijs, quæ fuere conclusa in concilio *Ierosolymitano*, Commiscuntur traditiones non scriptas Apostolorum propter eorum impia asserta, cuiusmodi sunt pro missa illa Satânica stabilienda, pro invocatione Sanctorum, precibus pro defunctis nūcupandis, &c. quæ veritatis scriptæ nullo nituntur fundamento.

*Vers. 5.* Ultima actio primæ stationis, quæ est Ecclesiarum confirmatio in fide: Supra annotauimus non esse satis veritatem docere, sed & necesse esse vt stabiliantur in fide, cum pleraq; occurrerent fidem quassantia, nimirum atrox ille hostis Satan, interna nostra corruptio in qua strenuè elaborat ille in perditionem nostram, deniq; pessimum mundi exemplum, in quo videas nobiles, potentesque à vera, atque sincera religione abhorrere. 2. *Observ.* vbi diligentia impenditur, fidelisq; nauatur opera, ibi regnum Christi propagatur, quod, conamen, studiumque hostium maximè molientium non possunt præpedire, ita decernente Deo, atque per spiritum operante.

*Vers. 6. 7.* Peregrinatio Pauli per partes quasdam Asia, propriè dictæ ad *ver. 8.* vbi describitur secunda statio, scil. *Troade*. Transeunt ergo Paulus, Silas, & Timotheus per *Phrygiam*, ac *Galatiam* Asia maioris Regionem, prohibentur proficisci in *Asiam* minorem. Idcirco per *Mysiam* quæ *Bulgaria* dicitur, pergunt, cogitantes in *Bythiniam*, quæ est in minore Asia, sed prohibentur à spiritu. Hic mouetur ne maiestas divina dignitate aliquâ, aut meritis vllis illarum Regionum ad quas accedunt, & in quibus comorantur prædicantes Euang. *Resp.* Minimè: Sed est Dei voluntas, vt ita sit, quæ est vnica, veraq; iustitiæ regula, quorum vult Iehova, miseretur, & quos vult præterit. *Electio* & reprobationis alia causa non est querenda quam *Edo-*

uia

uia Dei: aliter sese res habet in mundanis, in quibus ratio petitur à rebus sub deliberationem cadentibus, non sic in decreto Iehouæ æterno. ac immutabili. Etenim non elegit hanc, aut illam creaturam reijcit quod sit bona, sed quia elegit, exiit bona. Quare non est alia ratio habenda, cur Deus *Scotiam* luce Euangelica collustrarit, alijs plerisque nationibus præteritis quam ipsius gratuita voluntas. Vtinam simus grati. 2. Statio est *Troade* in *Asia* maiore, quæ quidem dicta est à Geographis *Alexandria*, vt ab *Appiano Antigonia*. Hic occurrit visio Paulo, & post visionem sequitur Pauli actio. Hæc visio non est phantastica delusoria, qualis illa exhibitæ *Bruto* cum contra *Philippos* esset depugnaturus, sed realis. Summa visionis est vir quidam *Macedo*. scilicet, Angelus humana specie apparet Paulo qui veniat in *Macedoniam*, vt ipsis opituletur. *Observatio.* Consuevit Dominus spiritus illos ministratorios specie humana ornatos emittere ad legationem divinam obeundam, vt supra cap. 11. At quomodo possit Apost. *Macedonibus* opitulari vel hoc nomine luce Euangelica collustrare, Idololatriam profligare, & ad Christum convertere, cum hæc actiones ad ipsum Deum spectent? *Resp.* opitulantur ijs Apost. tanquam ministri ac instrumenta, per quæ Deus suum opus exequitur, proinde vocantur τῷ θεῷ οὐωεργοί.

*Vers. 10.* Paulus persuadente Domino, obtemperat. *Observat.* Sancti non credunt temerè quibusdam visionibus. 2. Nulli labores defugiendi, quibus queat amplificari CHRISTI Regnum. Etenim Dominus noster, & in vallibus, montibusque oues suas quæsiuit, *Isai. cap. 53.* Atque non destitit vt legere est *Luc. cap. 15.* donec ouem illam perditam, readinvenit, ac recuperavit.

*Vers. 11.* Prouehuntur *Troade*, rectoq; cursu veniunt *Samo-* *thracem*, & sequente die *Neapolim*, quæ est in finibus *Macedonia*. 12. illinc *Philippos*, quæ est prima partis *Macedonia* vrbs, colonia *Philippi* nuncupati sunt à *Philippo*, his natus est *Alexander Magnus* orbis terrarum conquisitor, qui quidem redacti sunt in potestatem Romanorum, qui eo confluerant, atque ibi habitabant, Vrbs verò designatur *Græco*, Latinoq; nomine *Colonia*: vbi nota Imperia, Reges, Vrbesque transferri, prout videtur è re *Divinæ gloriæ*, *Dan. 2. & 7.* ibi vide translationem 4. summorum Imperiorum:

T t 2

quare

Gen. 18.



quare meminerimus permanentem nostram civitatem hic non esse, atque ita aspiremus ad permanentem illam civitatem coelestem, cuius conditor est Deus. Ultima parte vers. habetur, quod egerint illic aliquot dies & vers. 13. die Sabbathi exiisse vrbe ad flumen, vbi solebat esse prædicatio, vbi cum confedissent, allocuti sunt mulieres, quæ convenerant. Vbi observa nullam occasionem esse negligendam ædificandæ, ac prolatandæ Ecclesiæ, 2. Timoth. 4. atque ex mulierculæ Lydia conuersione disce nullam esse in Euangelio personarum acceptionem.

Vers. 14. Lydia ad fidem Christianam conuersæ descriptio continetur. 1. à nomine. 2. ab occupatione est *πυρροπόαλις* venditrix purpuræ. 3. à religione, etenim colebat Deum notione nimium generali. *Obserua.* Vtitur Dominus medijs humilibus ad suum propositum conficiendum, ita Ioan. ca. 4. muliere Samaritanâ polluta illa quidem est vsus ad adducendum Samaritanos ad Mesiam. 2. *Obserua.* Excogitatae sunt vestes sericæ ad fouendam superbiam in nonnullis, in quibus quod est *ευσχημον*, & *πρεπον* retinendum. *Conuersio Lydia.* Dominus dicitur aperuisse cor, ergo, conuersio non est in manu hominis, nec viribus liberi arbitrij, Ierem. 31. Converte nos atque convertemur: etenim admodum inepta sunt hominum corda ad suscipiendam DEI gratiam, quæ nisi Iehova spiritu verbo cooperante, vt Petram in deserto, vnde effluerat aqua, percusserit, idonea minimè esse valeant ad conuersionem, consequens huius apertionis est *προσεχει τοῖς λαλῆμαρσις ἀπὸ τῆ παυλῆς*, scilicet attentio verbis Paulinis. *Obser.* Nemo cum fructu audire possit Dei verbum, nisi cuius cor Dominus adaperuerit: petant à Domino, qui divinâ gratiâ frui velint enixè Christi nomine, vt clauē divini verbi corda naturaliter obserata referentur ad salutem in Christo percipiendam. 3. Est. Christo Lydia, cum tota familia per baptismum inseritur, & vt ita dicam incorporatur, id est, declaratur membrum mystici corporis Christi per sacramentum, quo significatur peccatorum remissio in CHRISTI Agni Dei sanguine, spiritualis regeneratio, & vnio membrorum cum capite quod sacramentum in circumcisionis locum ordinatione Christi surrogatum nequaquam est contemnendum: etenim huius contemptus est exitialis, at non priuatio. *Bern.* 2. *Obserua.* Fidei proprietās est hæc, quâ alijs etiam bene cupiat, gratiam quæ

tiam quæ divinam plerisque velit esse communicatam. 4. Est. Beneuolentia Lydia erga Paulum, Silam quæ, quæ ad se invitat, si ipsam fidelem indicent, eosque coegisse perhibetur. In hoc exemplo, & praxe animi bene affecti erga seruos Dei argumentum habes, paucos reperias viros, paucas mulieres huic similes, at hac ætate plerosque ingrati animi vitio laborantes, imò inhumaniter vel reijcientes, vel tractantes verbi ministros maximè fidos, ratio ad impellendum Paulum Silam quæ, quæ obtemperant, petita est à fide Christum Dominum vitæ apprehendente, & certè ratio est ad persuadendum omnium efficacissima. Verùm hac ætate homines alijs vtuntur argumentis ad salutem, atque fidem minus spectantibus, sed res mundanas redolentibus. Amandi sunt Pastores propter opus divinum, 1. Thess. 5. 3. *Obseruatio.* Cedere debent Pastores pijs fideliter invitantibus ad ædificationem, fidei quæ, & charitatis, spiritualium quæ consolationum incrementum.

Vers. 16. Summa est, involuuntur Paulus, & Silas noua persecutione, vbi notanda occurrunt. 1. Occasio. 2. Persecutio ipsa quam patiuntur. 3. Liberatio. 4. *Eventa* ad finem cap. 1. Occasio hæc est. Priuantur Domini quæstu ipsis importato per divinationem, cuiusdam Ancillulæ spiritum Pythonis habentis, qui verbo Pauli, sed potentia Christi ab ea exijt. *Apollo Pythius* dicebatur quod Pythonem serpentem occiderit, atque responsa dabat, de quo multa confabulantur Poëtæ, adeo vt arreptorios Pythonis spiritu dicerent afflari, & Lucas receptum loquendi morem sequitur. Certum est sub larua Apollinis Diabolum lusisse, & hunc Pythonis spiritum nihil aliud fuisse, quam imposturam Dæmonis. Temporis circumstantia. 1. Occurrit, scilicet cum proficiscerentur ad precationem. *Obserua.* Precandi tempus obseruandum, cum sancta actio effundendarum precum per Christum noui fœderis mediatorem Deo patri sit accepta, quæ depelluntur, avertuntur quæ mala, & bona procurantur. Descriptio Ancillæ est hæc. 1. Perhibetur habuisse spiritum Pythonis de quo paulo ante: addo quando quæ è quercu, quando quæ è statuâ, nonnunquam per puellas quæ vocabantur Phæbades à Poëtis fingitur Apollo oracula dedisse, verùm huius specie ipse Satan quando quæ vera, quando quæ; ambigua est locutus, qui mira pollet astutia ad fallendum, etenim illa non-



nunquam per vaticinationem loquitur vt hic, & *Levit. 20.* quandoque per operationem quandam agit, *Deut. 18.* divinare facit vel per media, vt per *Iecinoris* inspectionem, *Ezech. 21.* Rex *Babeli* dicitur *Iecur* inspexisse, aut per evocationem Spiritus hominis defuncti ad cognoscendum futura vt in praxe *Saulina* animadvertere est, *1. Sam. 28.* vbi habetur quomodo *Saul* voluerit *Samuelis* spiritum evocari, vt quid de sese, populoque *Israelitico* esset futurum resciret, cui *Satan* apparet *Samuelis* specie, loquiturq; *Samuelis* voce, inquentis regnum tuum est scissum, traditumque vicino tuo *Davidi*, *Philisthai* etiam contra te praevalent, & tu, tuique filij cras apud me eritis: Responsum petendi modo dignum. Nonnunquam sine medio externo divinat *Satan*, vt percipere est in huius *Ancillae* praxe. Per operationem vt ita dicam agit, vel per praestigias, sensuumque delusionem, vt in illis *Pharaonis* praestigatoribus, qui non reapse, sed tantum specie tenus videbantur eadem edere miracula quae *Aaron*, at *Aaronis* virga in serpentem conuersa eorum virgam consumpsit. Vel per incantationem, quae fit aut verbis, aut positione quarundam rerum circa collum, vt *Amuletorum* & huiusmodi. Omnis haec magica in oculis *Iehovae* est abominabilis. Sed quae cur *Deus* permittit diabolo hanc potestatem deludendi, ac perstringendi hominum oculos? Resp. id quidem merito, cum amorem veritatis detrectent, *2. Thess. 2.* Hic observa astutiam *Satanae* in regno tenebrarum amplificando, & *Christi*, quod est lucis diruendo, scilicet *Ancillae* proposito idoneae delectu habito, vt *Evam* initio subornavit ad *Adamum* maritum seducendum, quaestu etiam medio conveniente, quo plurimum moveri solet populus, huiusque *Ancillae* Domini, & tandem veritatis abusu ad ipsam veritatem evertendam: etenim loquens *Dæmon* per hanc ancillam quod verum est de *Apostolis*, hoc habet praestituti nimirum vt turbentur, & affligantur tanquam seditiosi, atque inducentes religionem alienam, sicuti huius loci exitus satis arguit: *Balaam* pseudopropheta de *Christo* vera est vaticinatus, scilicet quod fuerit stella *Iacobi*, *Numer. 24.* Ipse *Dæmon* tentando *Dominum* nostrum in deserto scripturam adduxit, nihilominus tamen eam non verè protulit, nam est ab initio mendax, etiam tum hypocrita, cum vera loquitur, seseque in *Angelum* lucis transformat.

Vers. 18.

*Vers. 18.* Eiectio spiritus satanici ex *Ancilla* verbo *Pauli*, sed virtute *Christi* efficaciter agente. *Observa.* Nihil est tolerandum, quod divinae gloriae praedictum assert. *2. Observatio.* Verificatur illud *Iehovae* dictum in *Paradiso*. Semen mulieris conterit serpentis caput, *Ioan. cap. 3.* venit *Iesus*, qui destruat opera diaboli, & *Hebr. 2.* destruxit eum, qui mortis habebat imperium, nimirum *Satanam*, unde liquet *Domini* nostri potestati spiritus illos tartareos ita subijci, vt nihil valeant exequi invito *Deo*, *Iob. 1. Math.* discamus in tentationibus, quibus nos adoritur *Satan*, ad *Dominum* recurrere, qui potest, atque vult omnibus insultibus illius perniciosi spiritus eximere, & explicare ad nominis sui gloriam nostramque salutem. *3. Observa.* Nulla vis inest nudo *Iesu* nomini pronunciato ad profligandum diabolum, vt *Thyreus Iesuita*, alijque *Papistae* sunt commenti, qui plus, quam par est mero nomini tribuunt, sed rei significatae detrahunt, id est, *Christi* meritis in salutis negotio, eiusque sacrificio omnibus numeris absoluto, non iterando, *Hebr. 7. 8.* eidem coniungentes satisfactiones humanas, & in officio intercessionis *Mariam* virginem, aliosque sanctos adhibentes, asserimus, & verè eiectum hunc *Pythonis* spiritum diabolum potenti, atque efficaci virtute *Christi* cuius nomini *Iesu* nulla vis talis est insita.

*Vers. 19.* Occasio ipsa perstringitur scilicet *lucris* privatio huius *ancillae* divinatione parti. *Observatio.* Avaritia malorum omnium est radix, *1. Timoth. cap. 6.* Imò est *Idololatria*, *Colos. cap. 3. Ephes. 5.* Nullumque existit officium tam sanctum, quod non violarit, ac comminuerit, quique divitias appetunt in multos diaboli laqueos incidunt, seseque multis doloribus transfigunt, vt pestem hanc fugiamus. Vide quas *Demetrius*, spe *lucris* ductus turbas *Apostolo* dederit, *Actorum 9.* & quam conflauerit seditio nem propter *Diana* Templum *Idololatricum*. Petamus cum  *Davide a Domino*, *Psalms. 119.* vt animi, cordaque nostra ad *Domini* mandata inclinentur, & minimè ad avaritiam haec pestis & *Ecclesiae*, multisque *Rebus* pub. non detrimentum modò, sed perniciem attulit. Sequitur persecutio, qua afficiuntur, *Apost. Actorum. cap. 1.* raptantur in forum ad magistratus ἀρχοντας στρατηγούς, deinde ad praefectos, & duo ipsis impinguntur crimina.

1. Est.



1. Est seditionis. 2. Alienæ religionis. Seditio ipsis calumniosè, & odiosè ingeritur his verbis: Hi Iudæi civitatem nostram turbant, Iudæorum nomen Romanis fuit invisum. Claudij tempore Româ, & ex tota Italia erant expulsi: ut ipsis odium conflent, appellant hoc nomine. *Observa.* Huius populi selecti peccata nedum ipsi eiectionem è terra *Cananea* lacte, melleq; diffuente, sed omnium commune odium (Deo iustissimè decernente) procurarunt: discamus divinæ voluntati obtemperare. 2. *Observa.* Satanæ ingenium mirum in hisce Romanis accusatoribus, huiusq; *Ancilla Pythonica* dominis, qui incommodum priuatum transferunt in causam publicam, totumque vulgus in suas partes rapiunt, Techna talis temporibus nostris à plerisque frequentata Ingeniosulis quidem, qui quæstus sui gratia, aut incommodi sese consueuerunt vestire causa communi, quod certè est iniquum. 3. *Observa.* Seditio, atque falsa doctrina pijs impingi solent ab impijs, & maximè fidos Christi seruos: Moysi seditionis crimen institutum à Pharaone inquit, quin permittis populum vacare operi, *Elia* ab *Achabo* idolatra sceleroso dicente Prophetæ, tu es, qui Israelem conturbas, cui homo Dei non ego inquit, sed tu domusque patris tui. Idem crimen *Ieremia*, idem *Amozo*. 7. Terra ait *Amazias* nequit ferre verba *Amozi* inquentis *Ieroboamum* regem casurum gladio, & populum in captiuitatem abducendum, quod executioni fuit mandatum juxta Prophetæ vaticinium: idem Christo principi vitæ, ac gloriæ, quem dicunt totius nationis esse peruersorem, si eum dimiseris, non es amicus Cæsaris: idem Petro, atque Paulo, denique hac ætate idem fidelissimis Pastoribus obijcitur criminose, sed nouit Dominus *ἡγάπησεν*, cui in fide nauant operâ, quam longè absint ab huiusmodi factis, & cogitationibus. 2. Crimen est, quod alienos ritus, & religionem aliam proponant quam dicunt, non licet nobis recipere, & obseruare. Ratio, cum simus Romani, vbi nota humanum ingenium veritati divinæ placita, atque commenta humani cerebri opponere. Romani non alios coluere Deos, referente *Tertulliano*, quam quos colendos Senatus decreuerat. O miserabilem, miserandamq; religionem quæ statutis, placitisque humanis nititur, & felicissimam illam, atq; verissimam, cuius fundamentum in Christo salutis nostræ petra est positum. Hinc petant fidi Dei serui consolationem non solum quod

quod eam profiteantur, atque doceant religionem sacris comprehensam literis, cuius materia est Iesus Christus crucifixus, verum etiam quod longissimè abhorreant ab huiusmodi sceleribus fidis Domini seruis obiectis.

*Vers. 22.* Turba, & Magistratus concurrunt ad inferendam iniuriam Apost. eosque in carcerem conijciendos. Vbi obserua iniquorum Magistratum exemplum populi furori obsecundantiū, nec non, ut supra diuersorum morum homines satis bene conspirare, atque coire ad perpetrandum malum: qui hisce gradibus pergunt. 1. Pauli, ac Silæ vestes lacerant. 2. feriunt, virgisq; cædunt. 3. in carcerem mittunt. 4. accersito commentariensi iniiciendos curant in carcerem interitorem. 5. numellâ constringunt, & nihil non moliuntur, atque præstant, quod possit spectare ad tutam Apost. asseruationem, at quam nauant operam, euidit inanis, nulla enim vis, neque ars valet divinæ potentie resistere. Ad hunc fere modum tractatus *Michaiab*, & *Ieremias* Propheeta à carcere in carcerem detrusus, quod verbum Iehouæ de Rege populoque abducendis in captiuitatem verè prænunciarit. *Observ.* Sors seruorum Dei, cum vera verè dixerint, beneq; fecerint, iniuriosius tractari ab impijs omnis ordinis, quibus vno afflictionis genere non satisfacit, sed gradibus quibusdam progrediuntur, donec ad atrocitatis culmen conscenderint. Porrò Numella fuit lignæ machinæ genus, in quam pedes, & collum immittebant.

*Vers. 25.* Quomodo sese Apost. gerunt. 1. precantur, hymnosq; canunt nocte media. *Observ.* Arma Christianorum rebus in arctis sunt preces, atque gratiarum actiones: Scatet scriptura exemplis singularia precum effecta indicantibus, *Exod. 17. & 32. Ios. 10. Elia, Ezech. 14. 5.* 2. *Obser.* Anima fidelium seruorum Christi, ut & verbum vinciri nequit: habent quidem Tyranni potestatem permissu divino in piorum corpora, sed animas minus valent attingere consolatione spirituali in medijs ærumnis gaudentes, iuxta illud *Davidis Psal. 94.* In dolorum meorum multitudine consolationes tuæ Domine me refocillarunt. & 2. *Cor. 1. 5.* Sicut afflictiones Christi abundant, ita etiam per Christum abundat consolatio. 3. *Observ.* gaudendum nobis cum patimur pro iustâ, bonaque causa: Ita Apostolus, virgis cæsi, gausi sunt, quod digni sint habiti pro nomine Christi contumelia affici.



By the same spirit by which Paul being in the inner prison in the dark knew what the keeper thought and what he was to do without, he knew also gods purpose to be glorified in his conversion 338

COMMENTARIUS CAP. XVI.

By the same spirit by which Paul being in the inner prison in the dark knew what the keeper thought and what he was to do without, he knew also gods purpose to be glorified in his conversion 338  
gods purpose to be glorified in his conversion  
338  
him and his family  
Vers. 26. Liberatio est mirabilis: Etenim per terræ motum con-  
cutitur carcer, aperitur ostium, soluuntur compedes. Observ. Om-  
nia obtemperant creatori, atq; cedunt etiam præter nonnunquã  
& contra naturam operanti, vt nedum hic animaduertere est, sed  
in illo admirando populi ductu per mare rubrum, illorumque  
trium puerorum in fornacem ignis coniectõrũ liberatione, Dan. 3.  
ipsiusq; Danielis ereptione è faucibus leonũ, Dan. 6. in hunc om-  
nipotentem Deum recumbamus certa fide.  
Vers. 27. Ad finem capitis, habentur euenta Pauli, & Sila libera-  
tionem consequentia. Quædam incidunt in personam commen-  
tariensis, quædam in personas aliorum, atque illa quæ commen-  
tariensem spectant, sunt partim ante, partim post conuersionem.  
Ante conuersionem est hoc. Excitatus è somno, suo se conatur iu-  
gulare gladio, sed coërcetur voce Paulina. Vbi nota tametsi ho-  
mines securè cubitum eant, dormiantque naturali modo, non ta-  
men sine terrore expergisci solere, nisi bonam habuerint consci-  
entiam. Possunt pij, referente Davide Psalm. 30. vespertino dolo-  
re affici sed gaudium aduenit matutinum. Vt sine terrore cube-  
mus, atque evigilemus, actiones nostræ fiant bonâ conscientia:  
hic commentariensis satis securè dormijt, sed terroris, desperatio-  
nisque occasio, ex quo est experrectus, ipsi est oblata. 2. Observatio.  
Motionibus Satanicis ad desperationem tendentibus ex merâ  
gratia Dominus occurrit, Satanamque præpedit ab executione  
propositi, legere est in vita. D. Theodori Beza, prurigine laborantis  
incitati à diabolo dum per pontem pergeret, vt sese in profun-  
dum deijceret, qui divinâ providentiâ est conseruatus, & reser-  
uatus insignis verbĩ DEI minister Geneuensis, ad Domini opus  
in summum Ecclesiæ bonum: Permissu divino iustissimo non-  
nunquam fit, vt scelerosi vel sibi mortem consciscant, vel in sum-  
mum interitum ruant, vt expendere est in Saule, Achitophete, Iudas,  
alijisque plerisque. Vt etiam in Curtio, qui cum responsum da-  
tum intelligeret nimirum terram petere præstantissimum in ci-  
uitate, eandem hiantem insiluit, inquiring, an habet præstan-  
tius quidpiam Romana civitas, quam arma, & viros, Lucretia  
se, Rexias se Macc. à Nicanore circumclusus interfecit. Sed con-  
cludimus neminem saluâ lege, & conscientia sese occidere  
posse.

Vers. 28.

CAP. XVI. IN APOSTOLOR. ACTA. 339

Vers. 28. Reprimitur voce Paulina, vbi in Paulo dominan-  
tem Christi Spiritum obserua bonum pro malo rependente hu-  
iusmodi inesse debet Christianis dispositio, malum vt loquitur  
Apost. Rom. cap. 12. bono est vincendum. Verè regeniti remittunt  
offensas, & iniuriarum illatarum obliuiscuntur. Contra Papistæ  
tametsi à synceris Christianis nulla afficiantur iniuria, tamen in  
eisdem etiam religionis ergo seuitiam summam exercent: addo  
medium, quo coërcemur à patrandò scelere in nostram perni-  
ciam vergente est verbum à Dei spiritu profectum: Simul etiam  
expende Deum summè misericordem, qui gratiam, huic com-  
mentariensi contulerat, cum atrocissimum supplicium fuerit  
promeritus, & denique hic observa in medijs extraordinarijs  
ne pedem quidem mouendum esse, nisi Deum habeamus præ-  
euntem.

Vers. 29. Incipit commentariensis conuersio & 1. gradus est  
arrepto lumine irrupit, acciditque ad pedes Pauli, & Silæ in veræ  
humiliationis, deiectionis animi signum. Observatio. Vtile est  
hostibus veritatis & à fide alienis, vt deijciantur, vide in Na-  
buchadnezare, alijisque. Vbi etiam expende divinam potentiam,  
quã tam repentina existit mutatio. 2. Observatio. Honorabuntur,  
qui DEVM honorarint etiam ab inimicis cum fuerint illumi-  
nati.

Vers. 30. Productis ipsis foras, ait, Domini, quid me oportet  
facere, vt seruet, querit quidem salutis viam, sed actionem in se,  
sic naturâ ferimur, qui in nobis salutis causam habere velimus,  
quam minimè dabitur reperire, siquidem salutis causæ omnes  
sint extra nos. DEVS Pater eiusdem est author, Christus ac-  
quisitor, Spiritus Sanctus persuasor, fides instrumentum quo ap-  
prehenditur, quæ nobis naturâ non inest, sed est Spiritus San-  
cti opus. Neque hæc interrogatio est ficta, vt illa Pharaonis  
apud Moysen, sed hac Commentariensis verè salutem expe-  
tit.

Vers. 31. Plena, ac plana salutis definitio, quæ est illud Dei exi-  
mium beneficium ex fide profectum apprehendente Christum pro-  
prium eius obiectum. Verba Pauli sunt, Crede in Dominum Iesum  
Christum seruaberisq; tu, & domus tua. Quatuor hic expendenda.  
1. Fides. 2. Obiectum fidei proprium. 3. Beneficium fidelium sci-  
licet



licet salus. 4. Huius beneficii communicatio alijs, bonum cum sit sui communicatum ut ita dicam. Fides est actiua cognitio, qua Deum cognoscimus in Christo misericordem, gratiamque Christi apprehendimus, nobisque applicamus ad vitam æternam, qui proinde alio modo salutem quærunt, fidem minimè habent, & ita salui esse non possunt, cum quicquid sit extra fidem dicente Apost. Rom. 14. existat peccatum. Conemur itaque fidem retinere in cognitione persuasiva, atque applicatione consistentem. 2. Obiectum fidei proprium est Dominus IESVS CHRISTVS crucifixus. Necessè est, fidelis quisque Christum apprehendat Dominum suum, & Iesum. Dominum quidem redemptionis iure, Iesum seruationis nomine, quo salus continetur, Christum etiam, id est, unctum.

1. In Regem exultationis oleo, qui hostes Ecclesiæ debellauit, morteque sua mortem, nobisque cæleste, æternumque regnum peperit.
2. In Prophetam, qui plenè detexit Patris consilium in salutem nostram.
3. In sacerdotem qui sese hostiam gratam, atque suauem Deo Patri obtulit pro omnium electorum peccatis. Hinc sequitur nihil loci relinqui in æternæ salutis negotio operibus, meritisque humanis, aut satisfactionibus, neque virginis, sanctorumque, intercessionibus. Est enim solus Christus ἡμετέρας σωτήριος ἀρχηγός, Heb. 2. Iam vi illius sui sacrificij semel in cruce peracti apud Deum Patrem in cælis intercedens vnicus noui fœderis mediator. Aduersarij in triplex Christi officium peccant, ac 1. in Regium, quando non contenti Rege Christo vnico, & solo mystici corporis sui capite Papam eiusdem vicarium, Ecclesiæque caput esse volunt, in Prophetiam, cum traditiones hominum, atque vera ἀγραφα Prophetica, & authentica Apostolorum scriptis exæquent. Denique in sacerdotale, cum sacrificium Christi non repetendum in missa sua reiterent, ut ferunt pro viuis, mortuisque. Humanam etiam Christi naturam labefaciunt, cum pluribus locis contineri affirmant, divinam lacerant atque discerpunt, cum essentialia proprietates eiusdem humanæ naturæ dicunt esse comunicabiles.
3. Salus, quæ complectitur liberationem ab æterna morte, pœnis tartareis, horribili illa malorum spirituum societate, fruitionem Dei patris, filij, & Spiritus Sancti Angelorum, sanctorumque, vitæ denique æternæ, gloriæque in cælis summa cum iucunditate coniuncta. 4. Est, huius beneficii communicatio, quod prolaturum

tum

tum est in totam familiam. Vbi nota incumbere, patribus familiarum, ut familias habeant pie institutas, pro exemplo est Abrahamus, Gen. 18. & clarum extat præceptum, Deut. 6. 7. 8. in praxin ductum à Iosua inquirente, ego, domusque patris mei seruiemus Domino. Applicate ad praxin vsumque vestrum accomodate.

Vers. 32. Medium, quo acquiritur fides, attingitur, scilicet verbi prædicatio. Rom. 10. Quare, verbum est prædicandum iuxta Christi mandatum, Math. 28. Ephes. 4. Profligetur satanica illa opinio de nouis revelationibus secretò communicandis, Dominique verbo adnitamur omnia comprehendente ad salutem necessaria, cuius prædicati virtute, Spiritusque S. operatione in nobis fides creetur, atque augeatur.

Vers. 33. 34. Effecta continentur ab hoc commentariensi conuerso profecta. Quorum. 1. est eductio Pauli, & Silæ nocte media, lotioque plagarum, quibus affecti sunt. *Obserua.* Mutatus ab illo, qui fuit commentariensis, mutatam habet vitæ rationem: proinde cum translati simus in regnum lucis opera lucis proferremus, cumque nouum Regem Dei filium Christum habeamus, vitæ novæ eaque piæ, sanctisque moribus oblectemur. 2. *Obserua.* Fides erga Deum obedientiam producit, quam magistratibus displicere certum est: prius obtemperauit iniqua mandantibus, iam conuersus, quos numella constrinxerat, saluos educit sine omni vitæ periculo, curatque sanandos. 2. Baptizatur, atque familia, Baptismo significatur eiusdem Christo vitæ Domino implantatio, necnon regeneratio, peccatorumque remissio merito sanguinis Agni Dei immaculati: si quæras cum fides ad salutem sufficiat, quorsum Baptismo opus? *Resp.* maximè, cum fides nequaquam aspernetur divinas ordinationes, cumque sacramenti contemptio sit exitialis. 3. ducit domum suam, apponitque ipsis mensam, cibum scilicet quo vescantur. *Obserua.* Fides non est otiosa, sed per charitatem efficax, incumbit etiam gregi ministrare corporalia pastoribus spiritualia ferentibus, 1. Cor. 9. Galat. 5. 4. Exultat, quod cum vniuersa domo sua credidisset Deo. *Obserua.* Fides est veri, solidique gaudij causa, alia gaudiorum genera, siue sint naturalia, siue carnalia, siue mundana finem sunt habitura, sed gaudium spiritus, atque fidei permanebit, inquit Christus gaudium meum

V. u 3

nemo



nemo auferet à vobis, ita conemur gaudio spirituali parte nimium Regni Dei perfrui, Rom. 14.

*Vers. 35.* Modus educationis Pauli, atque Silæ à carcere, tum eorum discessus ex vrbe describitur ad cap. finem. Hoc *vers. 1.* occurrit temporis circumstantia, quo gubernatores miserunt. *παβδούχης* ad eos dimittendos. Manserunt in carcere tantum noctem, jam exorto die sunt emittendi. *Observa.* Seruorum Christi afflictiones, persecutiones, incarcerationes, non sunt sempiternæ, iuxta hanc praxin, & Iehovæ promissum; *Psal. 30.* dolor adesse possit vespere, sed gaudium aduenit mane, & *34.* Iusti multæ sunt afflictiones, sed ex omnibus illis eripit eum Iehova; & *Psal. 125. 3.* Non quiescet virga improbitatis super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad ullam iniquitatem manus suas. Feramus patienter divinitus immixtas afflictiones, quæ dulcem iustitiæ fructum afferent *ijdem exercitis, Heb. 12. 2. Cor. 4. 2. Observa.* Argumentum diviniæ potentia, qua etiam nolentes impelluntur exequi, quod Domino videtur, ut, & expendere est in Ægyptijs, qui in viti Israelitas exire fuerunt. Vocantur impij, Iehovæ serui per coactionem ut *Nabuchadnezar, Jer. 25.* Isti etiam gubernatores Paulum, Silamq; volunt emittere terrore divino percussis, quod cedit fides Christi seruis in summam consolationem perpendentibus arcanam Dei potentiam, atque operationem, quæ non modo coercentur scelerosi, sed etiam in viti coguntur afflictis benefacere metu supplicij, si secus faxint, ipsis infligendi: At isti patrati sceleris nullâ ducuntur pœnitentiâ, peccatum non agnoscunt, sed secretò curant Apost. dimittendos veriti ne puniantur: celebretur Dominus qui flagitiosos, atrocisq; hostes sic reprimat, ut quod maximè velint, minimè omnium fieri permittat: Et sub finem huius partis notent apparitores caduceatores, atque lictores impium esse Dominis impia mandantibus obtemperare. Omnis obedientia hac restrictione terminanda scilicet in Domino. Vide *Act. 5.*

*Vers. 36.* Commentariensis verè exponit Paulo, & Silæ decretum gubernatorum ipsi annuntiatum per apparitores missos, ubi nota huius hominis conversi fidem esse synceram, & ab omni hypocrisis alienam, quæ ætas hæc in qua versamur, plurimum laborat, aded, ut, illud Apost. dictum verificetur, *2. Timoth. 3.* formam pietatis habent, sed eius vim abnegarunt. *2. Observa.* Erga Apost. bene

bene quidem afficitur quos cupit in pace exire ipsis prosperum successum precatus. Incumbit Christianis bene velle seruis Christi, Evangelioque, quo Regnum gratiæ amplificetur in Dei patris gloriam.

*Vers. 37.* Detrectat Paulus carcere exire, atque clam eijsi. Ratio est, quia indictâ causâ cœsi sint, cum etiam sint Romani. Quare vult adesse magistratus, ac gubernatores, qui ipsos educant. *1. Observa.* Hæc est fors seruorum Christi, ut virgis, alapisque cadantur, vide in *Michaiab* verò Prophetâ à *Zidkia* Pseudo-prophetâ percusso: in *Ieremia* à *Passhure* Sacerdote, *Ierem. cap. 20.* feramus hanc sortem pro Domini nostri nomine, atque causa. adde non solum fidos Domini seruos supplicij affici, sed ignominia publicæ exponi, quod tandem cedit in afficientium dedecus indictâ causâ innocentes damnantium. Momentum rationis quo maximè percelluntur gubernatoris est, quod existant ciues Romani. *Lege Valeriâ* nefas fuit vincire ciuem Romanum, *Lege Portiâ, legibus Sempronij* non licuit vlli ciuem Romanum cedere, aut ferire, vel morti dare, nisi Romanis ipsis assentiente populo. *Cæro* in Verrem sese defendit, quod sit ciuis Romanus. Terribile gentibus fuit nomen Romani civis. Nemini licuit impunè attingere corpus Romani civis. *Observa.* Licet nobis etiam legibus politicis uti in nostram defensionem, quod hic præstat Paulus, & post *Act. cap. 25.* coram *Festo* prouocat ad Cæsarem. Christus vitur legitima defensione aduersus percutientem ipsum, *Ioan. cap. 18.* hoc modo, si male inquit locutus sum, testare: si bene, cur me cædis, sic Paulus hic se tuetur, & ita sese gerit, ne vllum præiudicium causæ Christi afferatur: ne innocentia traducatur, impijque ab huiusmodi sceleribus patrands reprimantur exemplo hoc publico: Innocentia publicum requirit Testimonium, legibusque locus esse debet in rebus publicis ad ordinis conseruationem, societatisque humanæ. In re publica benè constitutâ nihil temerè, inconsultò, vi, aut iniuriosè fieri debet. Et nos educant. *Observatio.* Pedem non esse mouendum in rebus extraordinarijs, nisi muniamur authoritate divinâ. Noluit Moyses vel vigulam post se relinquere in Ægypto: Proinde nihil efficiendum nisi divina voluntate suffulciamur.



*Vers. 38.* Renuntiant Magistratibus *παῖδες ἄνομοι*. i. viatores, qui timuerunt cum audierint P. & S. fuisse Romanos. Hic timor non est filiorum Dei, qui Dominum verè timent, sed est impiorum feruilis ille, quo percelluntur propter poenam lege Romana ipsis infligendam. *Obserua.* Impij plus mouentur hominum statutis, atque terrentur, quam lege divinâ. Imò huius seculi professores maioris faciunt leges humanas, & iura positiua, quam ipsum Dei verbum, quod certè arguit exiguum pietatis sensum, quicquid loquuntur.

*Vers. 39.* Accedunt, precanturque, vt exeant. *Obserua.* Impiorum magistratum præmium est ignominia, innocentia scelerosos confundit; Impij volunt patris sceleribus sese eximere omni modo, quo valent, tametsi aliquando oblectationem ceperint: 2. *Obserua.* Magistratus turbam seditiosam, ac discordiosam minimè sequeretur: Etenim quod furioso vulgo, prima instantiâ arridet, tandem apparebit iniquum, quòque eximi velint, quacunque ratione valeant: versemur omnes in huius vitæ curriculo, rebusque gerendis piè ac syncerè.

*Vers. 40.* Paulus, & Silas exeunt carcere cum honore. *Obserua.* Ignominiam conuertit Dominus, qua sunt affecti ipsis in honorem publicè omnis criminis expertes exeunt: verum illud comprobatur, 1. *Sam.* 2. Honoratum iri eos, qui Iehouam honorarint. 2. Ingressi sunt ad Lydiam supra ad fidem conuersam.

*Obserua.* Præteritis nobilibus, nobis accedendum ad oriundos obscuro loco fidem Christianam amplexos, à quibus beneuolè sumus excipiendi: addo, mutua sunt fidelium beneficia; hæc ministerio Apost. ad Christi gratiam vocata, quæ humaniter ipsos tractat. 3. visunt fratres, atque consolantur. *Obserua.* Pericula sunt ita vitanda, vt muneris nostri obeundi semper simus memores: atque occupandi non modo docendo, sed & confirmando, consolandoque dejectos piorum animos obferium summumque peccatorum suorum sensum. Det nobis Pastoribus Dominus propter Christum.

CAPVT

## CAPVT XVII.



RES hoc cap. continentur stationes, in quibus occupantur Paulus, & Silas. 1. Est *Thessalonica* ad *vers. 10.* 2. Est *Berea* ad *vers. 16.* 3. Est *Athenis* ad finem. *Thessalonica* habes quid egerit Paulus, & quid passus sit; hoc fecit, disputauit tribus diebus Sabbathinis in Synagoga Iudæorum oportuisse Christum pati, ac resurgere, quem prædicat, vt crucis scandalum remoueat. *Obserua.* Pauli, Silæque eiectione *Phlippis* vsui est alijs gentibus in salutem: hinc initium datum annuntiandi Euangelium alijs orbis terrarum partibus in salutem ordinatorum ad vitam. 2. *Obserua.* Ista duo coniunguntur: benefacere, ac pati. Paulus verbum gratiæ prædicat, quod est bonum opus, pro eo tamen patitur, expende in Prophetis, *Iohan. Baptista*, Christo, Apostolis, fidesque nostri temporis Pastoribus. Proinde illud verum comprobatur, quod habet *Apostolus Phil. 1.* Datum vobis est non solum credere, sed pati pro Christo: cum quo si *συμπαύσωμεν* glorificabimur. Sed videndum, ne patiamur vt scelerosi, sed bonam causam habentes, cum verum dicente Cypriano existat illud, non poena, sed causa facit martyrem. 2. *Obserua.* In Paulo summa est constantia, ac diligentia in munere obeundo, qui sibi minimè parcat, modò Regnum Christi propagetur: Proficiscitur per *Amphypolim* & *Apolloniam*, tandem venit *Thessalonicam*. *Amphypolis* est vrbs *Macedonia*, sic dicta, quod sit quasi peninsula, jam dicta *Chrysopolis*. Hæc *Apollonia* est & *Macedonia* vrbs. Est alia huius nominis in *Aphrica* ad mare Ionium. *Thessalonica Metropolis Macedonia* sic vocata à *Philippo Macedonum* Rege, qui victoriam de *Thessalis* insignem reportauit: contra *Sarracenos* *Constantius* Imperator hac vrbe pugnavit, sed successu infelici nixus cuidam somnio, quod somniarat se fuisse *Thessalonica*, cui *Dux* quidam dixit *δέξ ἄλλω νίκην*. *Theodosius* Imperator propter eadem nefandam commissam in hac vrbe, ab *Ambrosio Mediolanensi* Episcopo communionis iure est priuatus, qui Menses octo templum non ingressus est, donec ab Episcopo *Ecclesiæ Mediolanensis* reverenter petijt absolutionem: cui concedit, hoc addito, vt dies triginta elaberentur, X x antequam



antequam acta capitalia executioni mandaretur. Hæc vrbs quondam luce evangelica collustrata ad quam Apostol. duas epistolas conscripserat, jam tenebris ignorantia, si non mahometicis est involuta sub Imperio Turcico propter verbi contemptum. *Obfer.* Hoc exemplo monemur ne verbum gratia, atque salutis fastidiamus, si nolimus tanto iudicio, taliq; affici. Ibi fuit Iudæorum Synagoga. *Obferua.* Iudæi per peccata à Domino sese separauerunt, idcirco à terra *Cananea* sunt separati, atque disgregati per varias partes orbis terrarum, quod Iehovæ noluerint inseruire in terra promissa melle, lacteque fluente. Applicemus. *Scoti* in *Scotia* Deum syncerè colant, vitamq; ad divini verbi normam componant, instituantq;, ne vt Iudæi exules in *Babylone Sionis* cum dolore recordati sunt, ita etiam *Scoti* in alias oras traducti *Scotia*, cultusque divini ibidem celebrati cum luctu recordentur. Expende locum, *Amozi* 8.

*Vers. 2.* Secundum morem ingressus est Iudæorum Synagogam. *Obferuatio.* Muneris nostri functio debet esse nostra consuetudo, neque vnquam negligenda occasio amplificandi Regni Christi, exadificandæque Ecclesiæ etiam apud eos, qui nos fortasse iniuriosius tractarunt, vt facit hic Apost. Qui Iudæis gratiam communicari velit per verbi prædicationem. Iam videamus quid fecerit Apost. Nimirum disputauit ex scripturis oportuisse Christum & pati, ac resurgere. *Obferua.* Ad veritatem docendam, & confirmandam scripturæ sacræ sunt afferendæ, neque nobis sapiendum in salutis negotio supra id, quod scriptum est. *Rom. 12.* & *1. Corinth. 4.* Præsertim cum sunt authenticæ, veritatemque complectantur omnem ad fidem, æternamque vitam in Christo necessariam quæquidem minimè omnium Ecclesiæ autoritate, & approbatione nituntur.

Tanti etiam apud Deum patrem est scripta veritas, vt cum de filio monte *Thabore* testimonium perhibuerit intra sacræ scripturæ cancellos sese continuerit hoc scilicet, hic est filius meus dilectus, ex *Psal. 2.* in quo mihi complacui, *Isai. cap. 42.* hunc audite, *Deut. cap. 18.* D E V S Pater nos ad filium remittit, filius verò ad scripturas, *Ioan. cap. 5.* Scrutamini scripturas proinde in verbo D E I scripto à Prophetis, Apostolisque, viris sanctis tan-

quam

quam in veritate minus dubia, sed perspicua atque omnibus suis numeris absoluta nobis est acquiescendum: atque istæ sacræ literæ evoluendæ & explicandæ sunt, non involuendæ, atque celandæ vt Papistæ faciunt. Qui Laicis, vt vocant scripturarum lectione interdunt: resque divinas lingua incognitâ tractant, verum hic Apostol. adaperuisse fertur, & ipse Christus locum illum, *Isai. 61.* 1. *Luc. cap. 4.* Planè ergo sequitur enucleandas, explicandas, atque applicandas cuiuslibet hominum statui sacras scripturas esse.

*Vers. 3.* Duo sunt, de quibus differit. 1. Est de necessaria Christi passione. 2. De eiusdem resurrectione. 1. Oportuit Christum pati, ita nimirum Deo patre ordinante, & vt Pater ab æterno decreuit filij passionem, sic filius temporis plenitudine sese sponte eidem subiecit. In quâ hæc sunt trutinanda. 1. Quis passus. 2. In quo. 3. Pro quibus. 4. In quem finem. 5. Quoties. 1. Quis nimirum Dei filius *θεοῦ υἱὸς* Deus, & homo vnione hypostaticâ, ergo multo maximè eximium est Redemptionis nostræ pretium. 2. In qua natura, scilicet humana partim in corpore nimirum mortem crucis maledictam, qua nos liberaret à maledictione legis. Partim in anima cruciatus illos infernales horribiles, vt iisdem nos eximeret. Siquidem Deitas minimè potest pati, tametsi verè enunciatur Dominum gloriæ esse crucifixum per *κοινωνίαν ἰδιωμάτων*, 1. *Corinth. 2.* atque dicatur Deus suo sanguine acquisiuisse Ecclesiam, *Actorum cap. 20.* vbi personæ tribuitur quod alterius duntaxat naturæ est proprium. *Obferuatio.* Hoc *λυτρον* divinæ iustitiæ etsi infinitæ abunde satisfacit, cum qui sit passus, Deus etiam extiterit. 3. Pro quibus, scilicet pro omnibus suis, *Ioan. 10.* Etsi victima filij sufficiens sit merito, & dignitate pro omnium hominum peccatis expurgandis, vitio tamen impiorum illud minus applicantium fit, vt ipsis in salutem non sit efficax. 4. In quem finem, vt multos fratres ad gloriam adduceret *ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας ἡμῶν*, *Hebr. 2.* 5. Quoties semel idcirco C H R I S T I sacrificium semel in cruce peractum non est repetendum, quemadmodum in Satanica illa abominabili *Missæ missatici* sacerdotes faciunt.

X x 2

Ex



Ex passionibus Christi in usum nostrum obseruemus, quantum malum, & quam horrendum sit peccatum, quantum existat Dei amor in nos, quantum denique pacem, & reconciliationem pepererit nobis Dei filius per sanguinem crucis suæ, unde & pij, sancti, gratique in Dominum exultamus. Non est quod hinc cum papistis commiseratione afficiamur in Mariam virginem tunc temporis dolentem filij mortem; nec est, quod inflammemur in Iudæos tanti sceleris patratores, sed peccati naturam expendentes mortis filij Dei causæ, id ex animis detestemur, & pro salute, vitæque æterna gratis nobis concessa, sed merito iustitiæ Christi fide apprehensæ divinam maiestatem celebremus. 2. est de Resurrectione. Christus reuera mortuus potentiam suam resurrexit, sicut fuit à Davide, Psal. 16. prædictum hisce verbis: Non sines sanctum tuum videre corruptionem. Supra de fructibus Resurrectionis Christi: vnum tantum repeto Resurrectioni Christi vim resurrectionis electorum esse inclusam, qui in illustri ipsius aduentu eiusdem beneficio resurgent ad æternam vitam, vt etiam reprobis potentia illius maledictionis, *Quo die comederis, vitique morieris*, ad mortem sempiternam, torminaque nunquam terminanda. & inquit hic est Christus, vnctus Domini in Regem, Prophetam, Sacerdotem. De triplici eius officio, vsuque superius. Et Iesus Seruator, ratio est, quia populum suum seruat à peccatis. Ex eo, & non aliunde salus haurienda.

*Vers. 4.* Effectum doctrinæ Paulinæ. Quidam Iudæi credunt, fidemque testatam faciunt per societatem, qua sese Paulo, atque Silæ adiungunt. Ex Græcis religiosi multitudo magna, mulieresque primariæ non pauca. 1. *Observa.* Verbum gratiæ est medium diuinitus constitutum ad procreandam fidem in electorum cordibus, quâ purificantur, *Rom. 10.* quod quidem verbum, vt hic, & alibi nunquam frustra prædicatur, *Isai. 55.* Aut enim per spiritum cooperantem per idem gratia affertur, atque salus animæ, *Rom. 1. 7.* 2. *Cor. 2.* vbi dicitur odor vitæ ad vitam, aut rebellibus, ac infidelibus existit odor mortis ad mortem. 2. *Cor. 2.* minimè quidem naturam suam, cum sit verbum vitæ, sed per accidens, nimirum ratione obfirmati cordis, gratiamque oblatam respicientis, vt in reprobis est considerare. 2. *Observ.* Fides vera sese exerit in praxin charitatis, quâ fideles societatem statim coeunt mutuam,

colunt.

coluntque. Qui consortium bonorum aspernantur, & in summos honorum gradus à Christi corpore mystico abscissos evehunt, satis arguunt fidem ac puram conscientiam se non habere. 3. *Observ.* Regnum Christi omnis ordinis homines complectitur, in quo sunt viri, fœminæ, liberi vncti, *Barbari, Scythæ, Gal. 3. Colos. 3.* Imò in hoc regno omnes sunt Reges coronam immarcescibili redimendi, & in Throno cum capite Principe gloriæ, atque salutis collocandi. 3. *Observa.* *Noachi* Prophetia quadantenus est impleta de *Iapheto* persuasione divina habituro in Tentorijs *Semi*. Etenim Græci hic. i. gentes conuertuntur ad fidem Christi, & dicuntur Deum timere, Atque hic timor est filialis, obedientiam, iuuocationem, gratiarumque actionem complectens, qui quidem *Salomoni* est Sapientiæ initium. Est & timor seruilis, quo reprobi, & maxime aspernantes Dominum percelluntur, qualis *Caligula*, qui etsi Deum aperte contemnebat, tamen cum aliquod signum Divini iudicij apparebat, intus exhorrescebat.

*Vers. 5.* Vis intentatur aduersus Paulum, & Silam, ad *vers. 9.* Circumstantiæ sunt. 1. persecutionis authores. 2. Socij. 3. Modus agendi. 4. Capita accusationis. Authores persecutionis sunt Iudæi invidia commoti, & minus fideles. *Observ.* Increduli consueverunt persequi fideles. 2. *Observa.* *Ζηλωταί* scelerosi atque impij patratores sese obtegunt velo zeli: expende in multis, & nominatim in Phariseis, Scribis, Sacerdotibus persequētibus Christum: in Iudæis illis atrociter animatis in Stephanum *πρωτομάρτυρα, Actor. cap. 7.* Velamine Legis, Templique sese operientibus, impiissima, atque crudelissima huius prætextu committuntur. & huius patriæ sacrilegi lege sese muniunt positiva, sed non divina ad sacrilegium tuendum. 2. Socij sunt *ἀγοραῖοι* Circumforanei, vagi, otiosi que homines ad patrandam facinora comparati. *Observ.* Omnis generis homines astu Satanico coeunt ad perpetrandum malum. vide *Iud. 9.* 2. *Cro. 20.* & nostri temporis *Hispani, Itali, Galli, Barbari, Æthiopes*, coire aduersus synceræ religionis professores, qui hostes manu divina salo, soloque fusi, strati que sunt Deo gloria. 2. *Observ.* Otiosi, nati que tantum ad consumendas fruges in Repub. non sunt tolerandi. *Athenienses* otiosos, atque vagos publicæ ignominie exposuerunt, & ob eum finem constituerunt areopagitas, qui in otiosos inquirerent. Incumbit certè Magistratibus,



tibus, ut quisque sese in vocatione sua exerceat, ne Respub. detrimentum capiat. 3. Forma agendi hæc est: Turbam convocant, & Satanicâ arte causam faciunt communem. 2. Εδυσχερουν τὴν πόλιν, quia perturbato statu melius consequi valent, quod volunt. 3. adoriuntur domum *Iasonis*, sed ibi eos nequeunt reperire: At *Iasonem* fratresque trahunt ad πολιτάρχας 1. *Observa*. Nemo impius statim constituitur in supremo impietatis gradu, sed sensim à peccato in peccatum vergit, ut expendere est in *Pharaone*, *Saule*, aliisque illius generis, qui non alijs ut plurimum utuntur armis, quâ vi impetu flamma, ferro, sicuti facile est considerare in dira illa *Hispanica* inquisitione; in atroci *Gallicana* persecutione, & nominatim in horrenda illa *Parisiense* strage, quæ satis arguit præ multis alijs religionem illam quam profitentur, non esse veram, cum Religio vera, sit gratiæ, atque misericordiæ plena, sanguinisque Sanctorum minimè omnium sitiens. 2. *Observa*. Nulli magis sunt obnoxij iniurijs hostium, atque furori, quam Christi fratres, quorum sortem oportet conformem esse Principis, Capitique conditioni, his in terrarum solis, & postea in cælis in summa gloria, ac felicitate. Quorum fratrum dignitas hæredum Regni, & cohæredum Christi nondum hic percipitur, sed plene percipietur cum Christo assimilabuntur, videbuntque Deum Patrem sicuti est, 1. *Ioan*. 3. 4. *Capita accusationis sunt duo*. 1. *Seditionis crimē*. 2. *proditionis vel læsæ, ac imminutæ maiestatis Regiæ*. Dicunt quod hi sunt ἀναστατώσαντες τὴν οἰκουμένην subvertentes statum orbis terrarum, scilicet hi, qui pacem, ac reconciliationem mundo in Christi sanguine annuntiarunt. Non est novum huiusmodi crimen impingi fidelissimis Dei servis. Dictum est à *Pharaone* ad *Mosen*, ab *Achabo*, ad *Eliam*; Tu inquit turbas *Israelem*. Cui respondit homo Dei: Non ego, sed Tu, domusque patris tui. Scribit *Tertullianus* in *Apologet*. contra gentes, quod Christiani nominis osores varia sint commenti crimina in Christianos 300. illis annis post Christi ascensum. Dixerunt Christianos carnibus vesci humanis, & idcirco filios suos trucidasse, incestuoso coitu sese etiam pollueri, caput asini adorare, crudas carnes comedere, Romani imperij statum evertere, & quæ non excogitarunt, atque effutiuerunt atrocissimi hostes Christianæ fidei. Seditioni læsæque maiestatis crimine Iudæi principem salutis nostræ Dei filium impetiuerunt.

Sint

Sint fidi Dei serui contenti sorte sua, si paribus, sed immeritò, falsoque onerentur criminibus, Novit Dominus cuius honore velificantur in vocatione sua, quàm longissimè ab huiusmodi absint, abhorreantque; 3. *Obser*. In *Iasone*. Ita ordinante Domino nō desunt qui suis faueant, atque opitulentur. In *Agypto* filia *Pharaonis*, fauit *Moyse*, *Achabi* tempore, *Obadiab* qui in spelunca 100. Prophetas occultavit: *Lydiam* concessit Dominus fautricem *Apost.* Act. 16. *Commentariensem*, & hunc *Iasonem*, nec non tempore nostro in rebus arctis, durisque nonnullos excitavit Dominus, qui vitæ cum discrimine, bonorumque omnium iacturâ, Ecclesiæ, bonisque Reipub. viris strictè adhæserunt in defensionem. 2. *Caput accusationis*, est Crimen læsæ maiestatis, Etenim contra decreta Cæsaris faciunt Regem alium, dicentes esse Iesum: Verum quidem est esse alium Regem præter Cæsarem, & nemo Christianus Rex id negauerit, præsertim cum Christianus Rex, Christo subalternetur, ut ita dicam, neque vllatenus læditur, aut imminuitur maiestas regia, si Dei filius Iesus Christus regni sui Rex habeatur, & celebretur. esset iam nobis dicendum de hoc Christi spirituali regno, legibus subditis, autoritate Regni, differentijs atque cōvenientijs cū regimine politico, quibus omnib. supersededum dueimus vel hoc nomine quod fuscè à nobis in quodâ tractatu explicata sint pro modulo nostro. Porro observa Christum esse Regem duplici modo. 1. *Naturæ iure*, ut est ab æterno Dei filius, sic hæres existit mundi, *Heb.* 1. quo modo omnia creata ipsius imperio subijciuntur. 2. *Acquisitionis titulo*, Ecclesiæque respectu, quam suo sanguine acquisiuit, cuius est vnicum caput, dans eidem vitam Incemque, *Ioan.* 8. & 14. Vicarium in terris nullum admittens, proinde sine titulo Divino Papa illam, quam præ se fert, prærogatiuam usurpat.

*Vers.* 8. *Obserua* consueuisse sceleris patratores turbam corrigare, atque in partes suas inflammare, ut supra diximus, quod in hisce artis frequenti praxi comprobatur.

*Vers.* 9. Sequitur liberatio Pauli, ac *Silæ*. *Iason* satisfat, & illi λαβόντες τὸ ἴχθυον dimiserunt eos. *Observatio*. Ante tempus Divino consilio definitum, nihil possunt impij in bonos quicquid machinentur, qui quidem boni divinâ gratiâ omnibus difficultatibus explicantur.

*Vers.* 10.



*Vers. 10.* Emittuntur *Beream* Paulus & Silas per noctem. *Obfer.* Ea est spiritus sapientia, quæ Dei gloriâ propositam habet, vana nulla ratione ab ea deflectat.

*Vers. 11.* Iam quid *Berea* fecerit, & quid passus sit Apost. Prædicavit Christum fructuosè: nam Nobiliores *Thessalonicis* *Bereani* μετὰ προθυμίας verbum gratiæ receperunt, & scripturas scrutati sunt, an hæc à Paulo prædicata ita sese haberent. *Thessalonia* est Metropolis *Macedonia*. Duo notatu digna occurrunt, quæ in hac vrbe evenere. 1. est *Vderico* vrbis *Thessalonica* præfecto à *Thessalonicensibus* cæso, *Theodosius* Imperator exercitum misit qui promiscuè fontes, & infantes ad 7000. trucidandos curavit, cuius atrocitatis ratione *Ambrosius* Episcopus *Mediolanensis* *Theodosium* excommunicavit, cui non patebat ad templum accessus 8. mensibus, donec reuerenter relaxationem petijt. de quâ supra paulo ante. Alterum est de *Constantio* Imper. qui bellū mouere decrevit contra *Sarracenos*, quod somniarit se in *Thessalia* fuisse, cui vnus ex Ducibus dixit θεὸς ἄλλω νίκη. Nihilominus tamen non destitit proficisci in expeditione contra *Sarracenos*, à quibus est superatus. *Obfer.* Prælium temere, & leuibus de causis non est suscipiendum. *Berea* est ciuitas *Macedonia*, quondam *Venetis* subiecta, iam *Turcis*, & *Vezea* dicta, iam ignorantia tenebris involuta, iam captiuitati, & tyrannidi *Turciæ* obnoxia, notemus contemptū lucis, & gratiæ diuinæ, peperisse *Bereensibus* hanc miserabilem, atque lamentabilem seruitutem, expendamus, & ad vsum nostrum applicemus, ne eiusdem sceleris rei pari supplicio afficiamur. *Εὐγενετέροι*, Generosiores suscipiunt verbum.

Ista generositas non est tam sanguinis, ac prosapiæ, quam *Euangelij* ab ipsis recepti respectu. Nobiles in scriptura sunt quidam nativitate, & sanguine, 1. *Cor. 1.* Non multi *εὐγενεῖς* sunt vocati. 2. Sunt & gratia, virtuteque spiritus, ac donorum spiritualium ratione. *Eccles. 2.* Beata terra, quando Rex eius existit filius Nobilium, Principesque eius non comedunt propter ebrietatem, sed robur. Legere est etiam in historijs evasisse Nobiles propter res præclare gestas. Sed vera Nobilitas per Christi sanguinis gratiam est definienda: etenim omnes, quotquot sumus, nascimur filij iræ Dei, & nisi regeneremur per Spiritum S. & immortale semen verbi, nequit fieri, vt nobilitemur, reges in cælis thronis insidentes,

res, divinamque faciem contuentes. *Obfer.* Hostes *Euangelij*, vt cunquæ videantur prælustri loco nati minimè sunt censendi Nobiles, sed qui verbo Dei gratiam oblatam alacriter amplectuntur in justificationem, & sanctificationem filiorum Dei. 2. *Observatio.* Verbum *Iehovæ* ab omnibus recipiendum, & stata tempora obseruanda prædicationi designata, & præsertim diei *Dominicæ* stricta ratio habenda: qua vacandum solummodo divinis exercitijs. Sed quid agunt *Bereani*, scrutantur scripturas. *Observatio.* Literæ sacræ sunt reuoluendæ, & investigandæ in quibus continetur æterna vita, *Ioan. 5.* *David* Sanctus, atque pius meditatione sese exercuit legis Dei noctes, diesque. Nulli à sacrarum scripturarum lectione coercendi, non laici, vt *Papistæ* volunt, cum *Euangeliū* sit potentia DEI in salutem omni credenti. *Rom. 1. 16.* 2. *Obfer.* Scripturæ veteri, nouoque testamento comprehensæ sunt instar *Lydi* lapidis, ad quem omnis veritas est exigenda, & iuxta has in omnibus controuersijs statuendum. Patris de filio testimoniū, hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ex tribus *ἱερῶν χαρµατῶν* locis petitum scilicet, *Psal. 2.* *Isa. 42.* *Deut. 18.* vt supra diximus fusius: quo Pater nos amandat ad filium, filius vero ad scripturas, *Ioan. 5.* Itaque in sacris scripturis omnis veritas continetur, & ex eisdem est haurienda.

*Vers. 12.* Effectus prædicationis Pauli, atque exempli boni Nobilium, Multi crediderunt ex *Iudæis*, ex *Græcis* non pauci, mulieres etiam honestæ. *Obfer.* Est è re *Ecclesiæ*, si nobiles exemplo bono alijs præeant: & certè, si Rex existat religiosus, sæpe vsu venire solet, vt & existant religiosi subditi. Proinde precibus enixè contendendum, vt qui prælit, pietate, & sincera fide sit insignis. 2. *Obfer.* Fides est verbi prædicati per operationem Spiritus S. effectum. *Rom. 10.* 3. *Obfer.* Quidam *Iudæi* ad fidem *Christianam* conversi sunt quasi primitiæ illius gentis *Iudaicæ* in societatem & gratiam Christi asciscendæ ante illustrem illum filij Dei aduentum. 4. *Observatio.* Regnum Christi omnis generis, atque ordinis homines complectitur, iuxta illud Apost. 1. *Timoth. 2.* Deus vult omnes homines saluos fieri, quo significatur, ex omnium hominum ordinibus, atque generibus Deum patrem in filio suo habere electos, quos ab æterno æternæ vitæ, ac gloriæ destinavit.



*Vers. 13.* Persecutio aduersus Paulum, cuius authores designantur Iudæi, qui *Thessalonicâ* venerant *Beraam*. Et modus actionis est his verbis *σαλεύοντες τὸν λαόν*. Causa impulsiva est, quod audierint Paulum ibi prædicasse verbum Dei. *Observa.* Quæ supra, afflictionis vnus terminus, est alterius initium, & verè *lobus* hominis vitam militiam esse super terram. Rite respondit Iacobus Pharaoni sciscitanti quot annos haberet, dixit dies nimium paucos, & malos esse perigrinationis suæ, *Genes. cap. 47.* Sed quæras quomodo convenit cum iustitiâ divinâ, vt fideles eius serui, & electi ad vitam affligantur? *Respon.* Est Dei voluntas, vt ita sit, quæ est vnica iustitiæ regula: & iterum, nemo est omnium electorum, qui in sese non habeat reliquias peccati sensim mortificandas, & abolendas, nemo etiam sit, qui non multoties actualiter peccarit, adeo, vt in nobis affligendis Dominus iustè agat, summâque misericordiâ cum fidissimis suis seruis, cum omne quod patiuntur, mereantur, vtcunq; non eo nomine, quo ab impijs vexantur. 2. *Observatio.* Iudæi implacabilis odij existunt aduersus Dei regnum in quibus tam efficaciter operatur Satan, vt nullis parcant laboribus. *Beraam* venientes ad impediendum Evangelij cursum, verè *Ieremias* de impijs nullam molestiam detrectantibus ad perpetrandum malum, *Cap. 9.* & *Ierem. 4.* celebrantur iidem sapientes in malis committendis, sed ignari, in bono faciendo. 3. *Observ.* Populus est mobilis atque inconstans qui breui momento huc, illucque impellatur, itaque non ei nitendum. Expende praxin inconstantis populi in Christum hodie clamantis *Ostanna*, statim post intonantis crucifige, in Davidem, quem milites summo affecere honore, sed in *Ziklagi* combustione conantes Davidem lapidibus obruere. In Paulo *Act. 14.* pro Deo habito, at paulo post lapidibus impetito, recumbendum nobis proinde est in solum Deum.

*Vers. 14.* Liberatio Pauli per fratres, id est eos, qui Christum Iesum profitentur, quem mittunt saluum, atque incolumem *Athenas* relictis Silâ, & Timotheo, donec Paulus remiserit, & significarit, quando sint mittendi, quo factò, illi etiam *Athenas* veniant. *Observatio.* Consulit Dominus vitæ suorum, cum videntur esse in extremis, nec possunt impij, quod machinantur perficere ante vocationis nostræ, atque emigrationis terminum, idque Deo ordinante:

dinante: quoties legimus Davidem summis discriminibus explicatum, vide *1. Sam. 18.* quando Saul eum conatus sit lancea transfigere, & *19.* quando seruos designavit ad Davidem trucidandum antequam expergisceretur, & *23.* cum David copijs Saulinis cinctus vndequaque esset. Petrum etiam, & Paulum in extremis periculis versantes liberatos ad opus Domini peragendum. 2. *Observa.* Singularis est fratrum amor in Paulum sinceræ fidei effectum, qui quam possunt, nauant operam vt per *Thessaliam*, *Beotiam*, *Atticam Athenas* vsque saluus perducatur electum Domini, vas ad salutem ipsis in CHRISTO communicandam, qui secundum Deum instrumenta existunt vitæ Paulinæ conservandæ. Est etiam in hisce fratribus summa prudentia non recta Paulum Athenas mittentibus sed per viam maris. Media non sunt negligenda, in quibus prudentes nos esse par est, vt serpentes, & simplices, vt sunt columbæ: quibus Satanæ organorumq; eius insultibus strenuè obstetamus: atque eo alacrius, quod toties ipsi viderimus fulgentem Iehovæ potentiam eum, eiusque organa in hac patriâ prostravisse: atque in nihilum redegisse impios, & truculentos illos conatus hostium aduersus Christi regnum.

*Vers. 16.* Sequitur quid Paulus egerit, & quid passus fuerit Athenis. Hoc scilicet fecit, prædicavit Christum, & resurrectionem. Passus est vero, maledicta, ac subsannationes. At occasio primum venit trutinanda, quæ est hæc, quod viderit Athenarum civitatem *καταδωλον*, id est, idolis deditam. Porro Athenæ vrbs celebris cum propter insignes victorias, quas est adepta de *Persis*, tum propter Philosophorum celeberrimum cœtum, quales erant *Socrates*, *Plato*, *Xenophon*, *Crates*, denique propter amœnitatem, quæ fuit vrbs præclara amœna, ita etiam antiqua: etenim scribitur à *Naclero lib. 1. Gen. 27. fol. 62.* quod *Cecrops Athenarum Rex* fuerit tempore *Moyssis*. Et *Minerua* sapientiæ Dea habita ab ipsis culta, quæ græcè vocata est *ἀθηνᾶ*. *Pausanias* scribit, quod plures fictitij dij Athenis extiterint, quam in tota Græcia. Quando *Asiam* subiugarunt Romani filios suos Athenas miserunt. vide præfationem offic. Cic. Plerique nobiles ex omnibus partibus ad Philosophiam addiscendam, huc confluxerunt. Iam est sub Imperio Turcico, & vix oppiduli faciem refert.



*Observatio.* mutationibus vrbes atque imperia subiecta sunt, nihilque in hoc mundo possit esse perpetuum: proinde oculos mentis attollamus ad cœlestem patriam, bonaque illa æterna ibi reposita pro Dei filijs. Apostolus urbem conspicit, templum ingreditur, Idololatriam percipit, quare irritabatur spiritus eius in ipso instar febricitantium in summo gradu, qui feruntur agitari *παροξυσμῶν*. *Observa.* Zelo gloriæ divinæ maximè flagremus, qui divinitus ad ministerium vocati sumus. Zelum Davidis; *Elia*, aliorumque Prophetarum expende. 2. *Observa.* Sapientes æstimatione mundi minimè pollent cognitione salutari in Christo, cuius crux ipsis aut ignota est, aut ignominiosa, petraque scandali, sed electis solatij, gloriæque plena, 1. *Cor.* 1. *Athena* sunt Idolis deditæ. Porro Idololatria est, aut quando idolis cultus divinus defertur, aut quando DEVS non colitur ex præscripto verbi sui, quam Iehova punire nequaquam intermittit, nisi interueniente pœnitentiâ, Idololatria *Salomonis* regno Iudaico scissionem attulit, & *Samaritano*, tandem exitium: hanc fugiamus, atque ex animis auersemur.

*Vers.* 17. 1. Actio *Pauli Athenis*. Disserebat in Synagoga cum Iudæis, & religiosis, totusque ardens zelo gloriæ Dei, quemcunque obuium nactus est, qui eum audire sustineret, cum eo disputabat. *Observ.* Semper nobis captanda occasio est amplificandi regni Christiani per Euangelij annunciationem, quod est Dei potentia in salutem omni credenti.

*Vers.* 18. Differit etiam cum Philosophis, qui sic vocati sunt, quod sapientiam amarent à *Pythagora* studente evitare *Γῶν* ambitiosum, & superbum nomen. Epicurei, & Stoici cum eo conflictabantur. Epicurei nomen sortiti ab Epicuro sectæ principe: hi quidem in voluptate summum bonum statuere, animasque mortales nullam esse Divinam providentiam, Resurrectionem, atque vitam æternam, non agnouere, quos nimis multi hac ætate moribus, atque opinione referunt, vide 2. *Pet.* 3. Stoici sunt dicti à Stoa Porticu *Athenis*, vbi soliti sunt docere, quorum Princeps celebratur *Zeno*, qui summum bonum posuere in virtute: hominè passionibus, atque affectionibus volebant esse vacuum, denique fatum, omniaque certo, atque inevitabili causarum nexu evenire asserentes, ipsum Deum eodem includebant, vt liberrimè age-

re minimè possit: quæ omnia sunt inepta. Pelagiani non longè aberant ab hoc errore. Pharisei, qui Legem cum Euangelio cōiuxerunt, & Papistæ, qui in causa iustificationis fidei opera addunt, quorum meritis felicitatem obtineri autumant, instar Stoicorum, qui virtute hominis beatitatem metiuntur. *Observatio.* quæ fuit supra, dissidentes Philosophi, & opinionibus distracti coeunt ad oppugnandam veritatem, divexandumque Christi servum: quem per ludibrium *πειρολογον* vocant, nugatorem, vel verborum disseminatorem, vbi nota huius mundi sapientes veritatem ipsam, & eiusdem asserentes irridere, atque cōvitijs profcindere. Subiungunt, quod videatur *κάνων δαίμωνιον χεταγελλεύς είναι*. Dæmonion etsi Græcis significare possit Deum vel scientem, in sacris tamen semper accipitur in malam partem. Ratio huius appellationis est, quod Apost. Iesum annuntiarit, atque resurrectionem. Iesum quidem Dei filium electorum servatorem. De quo sæpius. Resurrectio corporum certiss. est multis rationibus probata, 1. *Cor.* 15. quibus omissis, affero Chyrilli argumentum à *Phœnice* petiitum sese flammis committente, ex cuius cinere resurgit novus *Phœnix*, de quo canit *Claudianus*.

*Hic neque concepto factu, nec semine surgit:  
Sed pater est, prolesq; sibi, nulloq; creante  
Emeritos artus facundâ morte reformat:  
Et petit alternam totidem per funera vitam.*

Quia de Resurrectione corporum antea: nihil amplius iam, nisi quod procul omni dubio sit futura ad perfectam electorū glorificationem, & reproborum damnationem contra Epicureos & Sadducæos.

*Vers.* 19. Ducunt Paulum in *Areopagum*, id est, *Martii* collem, vbi Iudices qui *Areopagita* dicti sunt de summis criminibus cognoscebant, apud quos aliquando *Socrates* causam dixit, postea impietatis ab istis condemnatus. Hic *Orestes* matrem trucidasse fertur. *Observ.* quod hi cessurum existimant Apost. in dedecus, & damnū ipsi in honorem vertitur, regnique Christi propagationem quem publicè in loco publico prædicat nullo timore perculsus, nisi qui Dei servis inesse solet. 2. *Observ.* Impij, & rerum Divinarū ignari,



doctrinam Christi putant esse nouam, qua nihil antiquius, cum Christus Iesus Dei filius ab æterno exiitens patri consubstantialis, gloriâque æqualis Euangelicæ doctrinæ sit subiectum.

*Vers. 21.* Morem *Atheniensem* attingit, quod audiendis, & recitandis nouis fuerint dediti, legere eit eos Censores morum constituisse, qui in otiosos inquirerent, eosque publicæ exponerent nomina, & hi quidem vocati sunt ἀρειοπαγίται. *Observa.* Hominis natura est rerum nouarum auida, quibus oblectatur, cum res sua sit necessaria, quam Maria elegit, quæ ab ea non auferetur, nimirum audire IESU CHRISTI sermonem, *Luc. cap. 10. vers. 39-42.*

*Vers. 22.* Habetur Pauli sermo ad *vers. 32.* 2. *Enenta.* Pauli sermo, tribus partibus constat. 1. Exordio. 2. Propositione. 3. Conclusionem. In exordio habes 1. *Reprehensionem Atheniensem*, quod sunt δεισιδαιμονεσες, id est, superstitiones. 2. *Occasionem huius Reprehensionis*, scilicet, quod viderit altare cui inscriptum erat ἀγνωστοθεῶ. *Observatio.* Philosophi non extiterunt, neque semper existunt religiosi. Etenim ψυχὴ ἀνθρώπου non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, quæ pro stultis ducit, 1. *Cor. 2.* Proinde cauendum vt Iuuentus Philosophicâ disciplinâ imbuenda sit præcipuè sacris instituta literis ad salutem in Christo percipiendam: quibus continetur vera veri Dei Patris, filijque cognitio salutaris. 2. *Obser.* Nulla est gens tam barbara, quæ tamen ignoret, qualem Deum habere debeat, tamen habendum, colendumque existimet. 3. *Obser.* Dominus prout est è re gloriæ suæ occasionem offert amplificandi regni Christi: Etenim Paulus hic inuenit aram cui, &c.

*Vers. 23.* Sermonis propositio duo complectitur. 1. Quis sit verus Deus. 2. quomodo colendus. Describitur Deus à Creatione hoc *vers.* à gubernatione per providentiam, *vers. 26.*

*Vers. 24.* His verbis à Creatione, Est is, qui mundum, & omnia eodem comprehensa creauit cæli, terræque Dominus. *Observatio.* Hinc liquet mundum ab æterno non existisse, vt Philosophi quidam perperam existimauerunt, contra quos vide 2. *Pet. 3.* etiam dissolutum iri, cunctaque eo comprehensa, igni purganda, quæ Creatoris imperio subiiciuntur. Proinde danda nobis est opera, qui

qui Creatoris gratia velimus frui, qua fiet res creatæ omnes nobis arrideant, faueantque; & contra, si creatoris gratiâ atque fauore destituamur, futurum certè pro divinæ voluntatis ratione, creaturas experiamur inimicas. 2. *Quomodo colendus.* Modus colendi Dei est spiritualis, Iehoua ille æternitatem incolens, non habitat in Templis manu factis, nec manibus hominum colitur, alicuius rei egens, cum ipse det omnibus vitam, halitumque, & omnia.

*Vers. 25.* Putarunt Græci *Athenienses* Numinis præsentiam Templis materialibus affixam, quod minimè quadrat: cum ipse testetur *Isai cap. 66.* Cælum esse suum thronum, terramque filijs hominum esse datam. & 1. *Reg. 8.* Cum *Salomon* extruxisset domum magnificam, inquit ille, Cæli cælorum nequaquam te capiunt. Stultum est alligare Divinam maiestatem vlli loco, cum omnia repleat, imò ipsos cælos transcendat: & cum sit Spiritus, *Ioan. 4.* rebus artefactis, & manu perpolitus, non est colendus. Itaque recedunt à Dei præcepto, qui Imagine representatum Deum adorant. Deum hisce non egere: vide *Psal. 50. Isa. 66.* vitæ, bonorūque omnium authorem, ac datorem.

*Vers. 26.* 2. Pars descriptionis est à gubernatione. Sed 1. dicit omne genus hominum ex vno sanguine esse conditum, id est, ex vna cognatione, siue origine, vt habitarent per vniuersam superficiem terræ, temporibus definitis, terminisque habitationis eorum. *Observatio.* Omnium hominum eadem est origo, proinde huius materiæ conditor, adeoque hominum vno, simplici que modo est colendus, iuxta divini verbi præscriptum in his terrarum solis, in quibus commorandum iuxta divinitus præstitutos habitationis nostræ limites, extra quos non licet egredi, siquidem providentiâ Dei omnes etiam circumstantiæ sunt ita coercitæ, vt nihil queat evenire in vlla circumstantia, nisi quod ipse decreuit, certissimèque nobis hinc sit emigrandum.

*Vers. 27.* Finis creationis hominum & collocationis in terris, est, vt DEVM quærant: Quare cum offertur occasio gratiæ, ipsum quæramus. vide *Isa. cap. 55.* qua inveniri possit, quod si temporis rationem tam gratiosi minus habuerimus, metuendum, ne cum maximè velimus, minimè exaudiamur. vide *Proverb. 1.*



doctrinam Christi putant esse nouam, qua nihil antiquius, cum Christus Iesus Dei filius ab æterno exiens patri consubstantialis, gloriâque æqualis Euangelicæ doctrinæ sit subiectum.

*Vers. 21.* Morem *Atheniensium* attingit, quod audiendis, & recitandis nouis fuerint dediti, legere est eos Censores morum constituisse, qui in otiosos inquirerent, eosque publicæ exponerent in nomina, & hi quidem vocati sunt ἀρειοπαγίται. *Observa.* Hominis natura est rerum nouarum auida, quibus oblectatur, cum res ipsa sit necessaria, quam Maria elegit, quæ ab ea non auferetur, nimirum audire IESU CHRISTI sermonem, *Luc. cap. 10. vers. 39-42.*

*Vers. 22.* Habetur Pauli sermo ad vers. 32. 2. *Enenta.* Pauli sermo, tribus partibus constat. 1. Exordio. 2. Propositione. 3. Conclusionem. In exordio habes 1. Reprehensionem *Atheniensium*, quod sint δεισιδαιμονεσες, id est, superstitiones. 2. Occasionem huius Reprehensionis, scilicet, quod viderit altare cui inscriptum erat ἀγνωσθῆναι θεῶν. *Observatio.* Philosophi non extiterunt, neque semper existunt religiosi. Etenim ψυχὴ ἀνθρώπου non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, quæ pro stultis ducit, 1. *Cor.* 2. Proinde cauendum vt Iuuentus Philosophicâ disciplinâ imbuenda sit præcipuè sacris instituta literis ad salutem in Christo percipiendam: quibus continetur vera veri Dei Patris, filijque cognitio salutaris. 2. *Obser.* Nulla est gens tam barbara, quæ tametsi ignoret, qualem Deum habere debeat, tamen habendum, colendumque existimet. 3. *Obser.* Dominus prout est è re gloriæ suæ occasionem offert amplificandi regni Christi: Etenim Paulus hic inuenit aram cui, &c.

*Vers. 23.* Sermonis propositio duo complectitur. 1. Quis sit verus Deus. 2. quomodo colendus. Describitur Deus à Creatione hoc vers. à gubernatione per providentiam, vers. 26.

*Vers. 24.* His verbis à Creatione, Est is, qui mundum, & omnia eodem comprehensa creauit cæli, terræque Dominus. *Observatio.* Hinc liquet mundum ab æterno non existisse, vt Philosophi quidam perperam existimauerunt, contra quos vide 2. *Pet.* 3. etiam dissolutum iri, cunctaque eo comprehensa, igni purganda, quæ Creatoris imperio subiiciuntur. Proinde danda nobis est opera, qui

qui Creatoris gratia velimus frui, qua fiet res creatæ omnes nobis arrideant, faueantque; & contra, si creatoris gratiâ atque fauore destituamur, futurum certè pro divinæ voluntatis ratione, creaturas experiamur inimicas. 2. Quomodo colendus. Modus colendi Dei est spiritualis, Iehoua ille æternitatem incolens, non habitat in Templis manu factis, nec manibus hominum colitur, alicuius rei egens, cum ipse det omnibus vitam, halitumque, & omnia.

*Vers. 25.* Putarunt Græci *Athenienses* Numinis præsentiam Templis materialibus affixam, quod minimè quadrat: cum ipse testetur *Isai cap. 66.* Cælum esse suum thronum, terramque filijs hominum esse datam. & 1. *Reg. 8.* Cum *Salomon* extruxisset domum magnificam, inquit ille, Cæli cælorum nequaquam te capiunt. Stultum est alligare Divinam maiestatem vlli loco, cum omnia repleat, imò ipsos cælos transcendat: & cum sit Spiritus, *Ioan. 4.* rebus artefactis, & manu perpolitus, non est colendus. Itaque recedunt à Dei præcepto, qui Imagine representatum Deum adorant. Deum hisce non egere: vide *Psal. 50. Isa. 66.* vitæ, bonorūque omnium authorem, ac datorem.

*Vers. 26.* 2. Pars descriptionis est à gubernatione. Sed 1. dicit omne genus hominum ex vno sanguine esse conditum, id est, ex vna cognatione, siue origine, vt habitarent per vniuersam superficiem terræ, temporibus definitis, terminisque habitationis eorum. *Observatio.* Omnium hominum eadem est origo, proinde huius materiæ conditor, adeoque hominum vno, simplici que modo est colendus, iuxta divini verbi præscriptum in his terrarum solis, in quibus commorandum iuxta divinitus præstitutos habitationis nostræ limites, extra quos non licet egredi, siquidem providentiâ Dei omnes etiam circumstantiæ sunt ita coercitæ, vt nihil queat evenire in vlla circumstantia, nisi quod ipse decreuit, certissimèque nobis hinc sit emigrandum.

*Vers. 27.* Finis creationis hominum & collocationis in terris, est, vt DEVM quæramus: Quare cum offertur occasio gratiæ, ipsum quæramus. vide *Isa. cap. 55.* qua inveniri possit, quod si temporis rationem tam gratiosi minus habuerimus, metuendum, ne cum maximè velimus, minimè exaudiamur. vide *Proverb. 1.*

Quod



Quod dicitur si forte φιλαρθεσιαν palpando eum invenirent, hoc innuitur homines cæcorum instar Deum non nisi palpando investigare posse, antequam vera illa lux mûdi illucescat, quamvis sit verum non longè eum abesse ab vnoquoque nostrum. Adest quidem generali præsentia rebus omnibus creatis, sed Ecclesiæ, eiusque membris gratiâ, ac misericordiâ.

Vers. 28. Probat adesse, in eo vivimus mouemur sumus. Vitam ab eo habemus vitalem & spiritualem quam nobis infundit absq; coadiutore, πνεύματι ζωὴν concedit merâ gratiâ, procul itaq; amandentur operum merita, atque naturæ dignitas. Hoc, quod dixit ostendit citato arati versu θεὸς γένθη ἐσθλὸν Dei generatio sumus, quem non laudat ad confirmandum aliquod fundamentum religionis, sed ad docendum hos Athenienses etiam per Poitæ sui dictum, sic 1. Cor. 15. 31. φθερῶσιν κδη χρῆσά ὀμιλία κακα. Ex Meandro. Et Tit. 1. κρήτες αει ψεύσαι κακα δῆρια γασέρες ἀργαι, ex Epimenide. Allatio horum versuum non facit, pro humanis traditionibus ab aduersarijs in Ecclesiam intrusis.

Vers. 29. Colligit ergo τὸ θεῖον non esse simile auro, argento, lapidie sculpto arte hominis: quæ materia vtpotè aurum, argētum lapides consueverunt humano artificio iusculpi, prout hominibus libuit comminisci, neq; .n. rudis illa materia, sed arte quadam formâ adepta coli solet. Obser. Iehova invisibilis, & incōprehensibilis nulla imagine materiali, & visibili imò, ne vlla quidem specie, aut figura est repræsentandus, multo minus eo modo adorandus. Vide 2. præceptum Decal. Psal. 115. verè inquit Lactantius ibi nullam religionem esse, vbi sunt imagines, & ipse Turca eas abominatur, quas, cùm Budam Hungaria oppidum expugnasset in templo erectas, & collocatas curavit deiiciendas, atque confringendas.

Vers. 30. Conclusio sermonis Paulini, qua eos ad resipiscentiâ invitât, simulque indicat veterem errorem non excusare errantes, sed Dei patientiam cōmendare, qui tamen futurus est iustus contemptorum iudex: at quod dicit Deum quasi præterijisse hoc tempus ignorantix, id est, non æquè accuratè obseruasse: Si causam quæras, acquiesce in Dei voluntate, gratoque in Deum sis animo, qui te (SCOTIA) luce Euangelij collustravit. Obserua. Quod invitet ad pœnitentiam. DEV S Pater benignissimus nolit peccatoris mortem, sed potius convertatur, vivatque Ezech. 33. & testatur Domi-


Dominus noster, quod non venerit vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam, Luc. cap. 5. Imò ipsum Pharaonem verbo voluit admonitum, antequam plagas illas justitiæ effuderat. Hinc dicamus Deo ad pœnitentiam vocanti obtemperare, ne secundo nuntio iudicium afferenti locus relinquatur.

Vers. 31. Ratio est ab ultimo iudicio. DEV S statuit diem, in quo iustè iudicaturus est orbem terrarum, Iudicemque designavit filium à mortuis excitatum fide palam omnibus factâ, id est, Christo mundi iudice declarato per resurrectionem à mortuis. Liqueet hinc contra Epicureos DEI filium venturum ad iudicandum vivos, atque mortuos, cum de die aduentus, atque hora minimè constet, simus vigilantes instar virginum prudentum lampadibus oleum habentium, vt cum venerit sponsus, in cubiculum sponsi admittamur ad vitam, perfectamque gloriam percipiendam.

Vers. 32. & 33. Concionis huius effecta existunt varia, pro audientium diuersitate. 1. Quidam ἐχλευάζον cauillabantur, scilicet Epicurei. 2. Alij desiderabant audire Apost. rursus de hac re. 3. Alij crediderunt, & nominatim Dionysius Areopagita, non is, qui scribit de ἱεραρχία Angelorum, neque Astrologus vt Papistæ per ignorantiam dicunt, atque Damaris femina. Observatio. Verbum est odor vitæ ad vitam electis, sed odor mortis ad mortem reprobis, & nunquam prædicatur absque fructu, Isa. 55. summa huius sermonis est, vt cognoscamus verum Deum cœli, terræque, & omnium creatorem, ac gubernatorem, eumq; colamus iuxta voluntatem verbo expressam, id est spiritu, Ioan. 4. necnon Dei filium Iesum esse salutis nostræ principem, vitæque Dominum, Heb. ca. 2. Act. 3. vt loquitur Christus, Ioan. 4.



## CAPVT XVIII.



**H**OC caput tribus constat partibus. 1. habetur à vers. 1. ad 18. quid *Corynthis* egerit, & passus fuerit Apost. 2. ad vers. 24. ostenditur, quomodo *Antiochiam Siria* redierit. 3. historia de *Apollo* prædicante *Ephesi*, & quo fructu ad finem. ad vers. 12. quid Paulus egerit *Corynthis*: & occurrit 1. quomodo occupatus fuerit domi *Aquila* cõficiendis tabernaculis, quomodo in *Synagoga* disputarit, & post *Silæ* atque *Timothei* reditum ex *Macedonia* quomodo testificatus fuerit *Iudæis* Iesum fuisse Christum, & quonã pacto illi restiterint, atque blasphemarint, quomodoq; se purum dixerit ab eorum sanguine, discesseritque ad gentes ingressus domũ justi colentis Deum, qui credidit, & Baptizatus fuit cum familia, multisque *Corynthiacis* credentibus, & baptizatis. *Corynthus* præcipua vrbs *Achaia* à *Cic. græcia* lumen vocatur, sitũ habens inter duo *Maria* scilicet *Ægeum* & *Ionium* ab *Horat.* vocatur *bimaris* hoc vers. *Bimar. scq; Corynthis Ianua.* Nomen sortita à *Coryntho Maritonis* filio. Templum habebat extra urbem *Isidis*, & intra *veneris*, cui mille fere mulieres fuerant cõsecrata: fuit quidem opulenta, sed admodum libidinosa jam sub potestatem *Turcicam* redacta. Erat valde difficile hanc urbem convertere ad fidẽ Christi, cum varijs scateret sceleribus vt liquet ex *Epist. Apost. ad Corynth.* factum tamen est per *Spiritum S.* Euangelio prædicato cooperantẽ, vt plerique *Christianam* veritatẽ sint amplexi. Exemplo *Apostol.* docemur insignem operam nauare in prolatando *Christi* regno, munereque nobis *divinitus* imposito obeundo.

*Vers. 2.* Occurrit hospitis nomen scilicet *Aquila*, *Iudæi* *Ponto* oriundi, qui in *Italiam* venit, edicto coactus *Claudij* *Cæsaris*, cum vxore *Priscilla* *Corynthum* accessit. *Observatio.* *Christiani* nominis professores exilio, & persecutionibus sunt obnoxij, quod multa cum habeat conjuncta bona, si bene agentes patiamur, hoc etiam habet, quod nos possit memores reddere nostri his in terrarum solis exilij à patria cœlesti, & proinde mouere de emigratione ne rebus terrenis corda agglutinemus, sed cum *Apost. Colos. 3.* superna quæramus. 2. *Obser.* Dominus suis prouidet, & necessaria præparat ad

ad hanc vitam tolerandam, vt *Iosepho* in *Ægypto*, *Davidi* in deserto oberranti, *Elia* *Propheta* famis tempore à corvis enutriti, 1. *Reg. 17.* & *Paulo* in vrbe ignota, alienaq; ab *Euangelio* hospitium designauit. Verũ illud *Davidis*, *Psal. 34.* *Leo* possit esurie premi, sed diligentibus *Iehovam* nil deerit. 3. *Obserua.* Quod hic *Aquila* fuerit *σκηνοποιος*. Nota debere vnumquemque in vocatione sua occupari, proinde nemo vitam degeret otiosam, sed iuxta verbũ *Iehovæ* in sudore vultus tui vesceris pane tuo, & *Iob. 5. 7.* natus homo est ad laborandum, vt scintillæ *prunarũ* in altum evolant. 1. *Cor. 11.* Qui non laborarit, ne manducet: & sapiens ille *Salomon* pigrum & desidem remittit ad formicã, quæ ætate condit, quibus hyeme fruatur: quare minimẽ otio indulgendũ, sed in vocatione cuiq; elaborandum. 4. *Obser.* *Paulus* hanc artem exercet, ne initio prædicationis *Euangelij* *Corynthij* oneretur, & vt pseudoapostolis præcidatur occasio obloquẽdi, qui sine stipendio sese insinuare conati sunt in animos *Corynth.* Hinc itaque minimẽ statuendum ministros verbi debere manibus operari ad comparandum victum, cum ministerium requirat omnem operam, imò maiorẽ, & seduliorẽ, quam quiuis nauare possit, sit etiam *divinitus* statutum vt *Euangelij* annuntiatores, *Euangelio* viuant, 1. *Cor. 9.* & *Gal. 6.* Qui erudiuntur, institutores suos efficerent omnium bonorum participes, nec hoc tantum, sed grex debet *Pastori* obedientiam, *Heb. 13. 2.* honorem, 1. *Timoth. 5.* singularem etiam amorem, 1. *Thess. 5.*

*Vers. 4.* Quid agit *Apost.* disputat, atq; persuadere nititur *Iudæis* & *græcis* in regnum *Christi* coaptandis, vbi disce fidelitatẽ *Pauli* in officio faciundo, necnon studium singulare erga gentem suam, qui conatur quibus possit modis eam, ad *Christi* fidem conuerrere in salutem cessuram, vitamque æternam. Disputat de hominis miseria, redemptione, saluteque æterna ex *Christo* promanante. *Obser.* Ex temporis circũstãtia. *Dies Sabbathi* lege *divina*, praxeque sanctorũ verbi prædicationi, auscultationiq; destinanda, qua artifices ab ordinaria occupatione, & mercatores à negotiatione cessarent, sese *divino* cultui, operumq; *Dei* cõtemplationi dedentes.

*Vers. 5.* Quid egerit *Paulus* post *Silæ*, *Timothei*que reditum ex *Macedonia*, nempe quod fuerit testificatus Iesum esse Christum. At 1. Occurrit zelus *Apostol.* expendendus, qui dicitur *συνεχεν τὸ πνευμαλ*, id est, constringebatur spiritu.



1. *Obserua.* In euangelio prædicando zelo flagrare debent pastores memores illius insignis dicti *Davidici*, zelus domus tuæ exedit me, *Psal.* 69. necnon *Ierem.* maledictus ille, qui facit negligenter opus Domini, sed tempora in quæ incidimus zelum in pastoribus, atq; professoribus desiderant. 2. *Obserua.* Subiectum in quo prædicando occupatur Apost. est Iesus Christus Rex, Propheta, atque sacerdos Cerimonijs legalibus figuratus, tempore statuto in carne manifestatus, qui pro electorum peccatis passus in cælum euectus, atque iam collocatus ad dextram maiestatis in cælestibus.

*Vers.* 6. *Αυλαονομῶν δ' αὐτῶν.* Hic habetur quod Iudæi restiterint, atque blasphemarint, ubi obserua in hisce summam indurationem, illudque verificari quod habet *Simeon* in suo cantico, scilicet Christum esse signum contradictionis. Cum hoc percipit Paulus excussis vestibus dixit eis sanguis vester super caput vestrum, purus ego, ab hoc tempore ad gentes proficiscar. Excussio vestium sanctam Apostoli iram notat, simplicitatemque Doctrinæ, quam proposuit, necnon rebellium Iudæorum contemptum supra cap. 13. Sanguis vester super caput vestrum. Phrasis est Hebraica, qua significat Iudæos sibi esse exitij authores, se vero culpa vacare, quod eos deserendo transeat ad cæteras gentes. *Observatio.* Nostrarum est partium, ita sincere, & fideliter desungi ministracione nostra, qui puri simus à sanguine percuntium. Vide *Ezech. cap.* 3. de excubitore illo divinitus constituto, & *Act. cap.* 20. 2. *Observatio.* Contemptus verbi divini occasio est remotionis eiusdem, quare maxime cauendum ne Euangelio oblatam gratiam aspernemur, sed amplectamur animis libentibus ac foueamus.

*Vers.* 7. Domum iusti ingreditur descripti à pietate, qui Deum coluisse fertur, cuius quidem domus non longe aberat à Synagoga. *Observatio.* Verbi Dei ministri verè colentium Deum domos frequentare debent, minimè vero eorum, qui in peccatis perseuerantes gratiam divinam fastidiunt. 2. *Obserua.* Vera hominis laus à pietate petitur, longe aliter sentit peruersus mundus, qui autumat hominem esse commendandum à divitijs cito perituris, honoreque evanido.

*Vers.* 8. Credit *Crispus* Synagogæ præses, & baptizatur, eiusque familia, multiq; *Corinthiaci* credunt, ac baptizantur. *Obserua.* Verbum

bum nunquam prædicatur sine effectu, per quod ad vitam destinati efficaciter vocantur ad gratiam in tempore participandam simul etiam Christo fide insiti baptizantur, quoquidem significatur peccatorum remissio in sanguine agni, spiritualis regeneratio, unioque electorum membrorum cum capite.

*Vers.* 9. Alloquitur Iehova Paulum noctu in visione eumq; consolatur. *Obserua.* Adest Dominus seruis fidelibus in eorum consolationem, qui in suscepto munere pergant diligenter, per spiritum vero divinum alloquitur Paulum, quo consolationem ipsi ingerit inquiring noli temere, loquere, ne fileas. *Obserua.* Et si Paulus sit vas Domini electum laborat tamen hac infirmitate naturali, ut ipse fatetur, *1. Cor.* 2. sic Moyses, *Isaias* 6. *Ierem.* 9. *Ezech.* *Dan.* 9. quos omnes Dominus consolatur sapiens Iehova vult suos infirmitatis suæ esse conscios, qui ad thronum gratiæ confugiant, ut inde solamine fruantur. 2. *Obserua.* à Domino nobis tradita cuncta sunt annuntianda, vide in prophetarum & Apost. praxe, quicquid sentiât, aut loquantur homines aduersus nos, aut veritatem, flocci faciamus memores illius dicti celebris, *Gal.* 1. si hominibus placerem, Christi seruus non essem.

*Vers.* 10. Tres annectuntur rationes consolationis. 1. Ego tecum sum, & si Deus nobiscum, quis contra nos. Omnia cælo, terraque comprehensa nobis arrident, nostrisq; stant à partibus. Vide *Ier.* 1. & *Psal.* 23. Si ambularem in vmbra mortis, non extimescerem, volucres cæli fauebunt tibi, si fueris apud Deum in gratia, imò super aspidem ambulabis, & cõculcabis draconem. 2. ratio nemo te inuadet. 3. ratio quia populus est mihi multus in hac vrbe. *Obser.* In tuto sunt ij, qui Dominum protectorem ac conseruatorem habent. 2. *Obserua.* Deus inter maximè flagitiosos habet suum electum numerum, qui reseruisse perhibetur in summa illa deflectione 7000. qui genua *Baali* non flexerunt. Cuius fundamentum manet firmum habens hoc sigillum nouit Dominus, qui sunt sui habuit & electos suos *Corinthi*, iam per Euangelij prædicacionem in Christi regnum coaptandos, fideque imbuendos.

*Vers.* 11. Paulus obtemperat, ibiq; manet annum & sex menses, verbumq; prædicat divinum, nihil ex sese cõminiscitur: commenta hominum, traditiones non affert, sed Euangelium DEI ipsius brachium ad pertrahendum homines ad Christum, *Isa.* cap. 53.



Deique potentiam in salutem omni credenti. Idque magno cum fructu. Expēdamus sub finem Dei bonitatem in has gentes, quas minus de gratia cogitantes ad gratiam vocauit per Euāgelij prædicationē, cuius efficacia per spiritus sancti operationem est maxima in salutem ordinatorum ad vitam, vt in plerisque; luce Euāgelica collustratis apud nos *Scotos*. Simus grati, rectēque vtamur singulari hoc Dei dono.

*Vers. 12. ad vers. 21. De Paulo, Gallione, Iudæis, Sosthene agitur.* De Paulo hæc habentur, quæ sit passus, & quæ fecerit. Passus est calumniam à Iudæis, & interruptionem à Gallione. Hæc fecit; nauigauit in *Syriam*, totondit caput, deinde *Ephesum*, cogitans *Ierosolyman* ad festum. Circumstantiæ huius nouæ molestiæ in Paulum sunt hæc. 1. Temporis. 2. calumniatorum. 3. forma quā vtuntur. 4. ipsa calumnia. 1. Tempus, cum Gallio esset proconsul *Achaia Graecia*: Nam *Achaëis* auxiliantibus eam græci sunt adepti. *Obserua.* Impij convenientem occasionem obseruant, quā diuexent maximè fidos Christi seruos. 2. *Obserua.* Iudæi iam subiiciuntur peregrino Regi, quorum maiores sub Regibus suis, & regno florentissimo in Deum rebelles, ac contumaces extiterunt. vide *Zech. 11. de Baculo amœnitatis, & vinculorum.* 2. Circum. Qui scilicet Iudæi. *Obserua.* Qui maximè promouerent Dei opus multis quippè obstructi beneficijs, seruisque idem promouentibus fauerent, existunt plerunque inimicissimi *Davidis* maximi inimici filius *Abalon*, atque *Achitophel* cuius verbum pro oraculo celebrabatur: & quis Christi hostis, *Iudas Iscariotes*, ex 12. vnus. Satan evocare solet ex ipsius ecclesiæ sinu hostes, qui eam excrucient, ὁμοθυμαδόν. *Obserua.* Iudæi diuersis pollentes ingenijs, variisque moribus præditi instinctu Satanico coeunt ad malum opus patrandum: Supra hanc notam exemplis illustrauimus. 3. Modus, ducunt ad tribunāl, atque ita videri volunt iure agere. *Obserua.* Nunquam magis oppugnatur veritas, Christi que causa, quam velo, atque prætextu legis. vide *Dan. 3. & 6. cap.* Si legem impiam pro sese habeant impij, optimè secum agi autumant, vt crucifixoresh Domini nostri inquiringes; Legem nos habemus, secundum quam tenetur mori: & ex nostris professoribus nonnulli sacrilegi pro sacrilegio suo legem miserabilem obtrudunt, quā vires sacrilegio colligentes suo in peccatis magis magisque obfirmantur.

*Vers. 13.*

*Vers. 13. 4. Calumnia ἐβίβη.* Loquuntur contemptim de Apost. Non est hoc nouum ita scelerosos loqui de Christi seruis, vt *Achab* de *Eliā*, Iudæi de *Ieremia*; aliisque Prophetis. *Calumnia est.* Quod Apost. hominibus persuadere conetur adorare Deum contra Legem. Vide mendacium insigne, Dixit Apost. Legis cerimonias fuisse abrogatas, legisque finem, ac clausulam, complementumque; fuisse Christum; Idcirco existit legis obseruator, verusque præscriptor formæ legitimæ Divinæ adorationis. *Obserua.* Satanæ organa contra veros, fidosque Christi seruos ad labefactandam veritatem mendacijs militant, cuius praxin expendere est in Moyse, Prophetisque alijs: Christo etiam ipso, fidissimisque huius seculi pastoribus. 2. *Obserua.* Colendus & adorandus Iehoua iuxta verbi divini præscriptum, non humanæ voluntatis, minimè omnium Imagine, sed spiritu, ac veritate, vt loquitur Christus, *Ioan. 4.* Papistæ statuas, ac imagines sculptas crexerunt in Templis suis, cum Iehouæ extet mandatum, ne vllum fiat sculptile, Ergo simulachrum quo representetur S. Trinitas non sculpendum, multò minus statuendum, atque adorandum sicuti facit plebs Rom. laborans ignorantia. Simus nos *Scoti* in Deum grati, qui abominabili hac Idololatriâ nos exemit.

*Vers. 14.* Principio vers. Paulus os aperturus ad loquendum, à Gallione præpeditur. vbi obserua, Seruis Christi plerunque os obstructui, ne pro veritate asserendâ loquantur. *Gallionis* iudicium est bimbrem. 1. est, si ἀδικημα ἢ ραδιουργία, κατὰ λόγον vos tolerarem, hic terminum iudicij sui definit, Etenim sedet iudex iniuriarum, ac maleficiorum cum ratione vindicandorum. *Obserua.* Iudicis ciuilibus subiectum, iniuriarum sunt, & maleficia, qui ne se quidem extra hos cancellos egredi pateretur. Expende quid habeat *Oseas 5. 10.* Principes Iuda assimilantur ijs, qui mouent terminū, quare effundam in eos excandescentiam meam, vt aquam, & supplicium *Vza, Osa, Sauli* inflatum egredientibus extra vocationis limites, & quisque manere debet in vocatione in qua vocatus est. 2. *Obserua.* Iudices sententiam ferrent κατὰ λόγον, itaque absolutâ potestatem minimè omnium vsurparent, neque ipsis staret voluntas pro ratione: Non enim hominis, sed Dei iudicium exercent.

*Vers. 15.* Altera pars sententiæ *Gallionis*, at si quæstio sit de sermone, nominibus legeque; vestra, nihil ad me, ipsi videritis de sermone,



ne, id est de eo, quod aliquis (vt vestra fert opinio) abs re dixerit. *Obserua.* Prophanus homo putat controuersiam de religione, quaestionem esse verborum, non rerum. 2. *Obfer.* Verbum non est subijciendum iudicio Magistratus, sed Prophetarum, 1. *Cor.* 14. Rectè quidem *Gallio* sentit, quod rerum diuinarum iudicium permittat suo cõpetenti Iudici, sed quod de lege leuiter loquatur, exiguam videtur habere religionis curam cum ad magistratum spectet religionem tueri. *Vers.* 16. Abigit Iudæos à tribunali.

*Vers.* 17. Quid patitur *Sosthenes* dilectus frater Pauli, 1. *Cor.* *vers.* 1. nimirum verbera. *Observatio.* Pij, religionisque amantes propter bonam causam sæpe iniuriolius tractantur, sic *Michaiab* 1. *Reg.* ultimo à *Zidkia*, ita *Ierem.* à *Pasbure* sacerdote, *Ierem* 20. sic Apostoli ex quo sunt egressi Concilio *Ierosolymitano*, atque hanc *Sosthenes* iniuriam patitur coram tribunali in præsentia Iudicis impij nihili facientis hoc facinus. *Observatio.* Iusto Domini iudicio contemnitur magistratus ille, qui facinorosos etiam in Iudicio delinquentes non coercet. 2. *Observatio.* Organa Satanæ in atrocitate exercenda neque personarum, nec temporis, nec loci rationem habent.

*Vers.* 18. Quid fecerit Paulus, scilicet manet *Corinthi* in tuto. *Obserua.* Dominus in salutem suorum in maximis periculis versantium excubat, secretaque potentiâ suâ obtegit, & protegit, ne quid damni patiantur proinde conemur esse in gratia apud Deum, quâ omnes creaturæ stent à partibus nostris. Valedicto fratribus enauigauit in *Syriam*. *Observatio.* Diligentia, atque Constantia Pauli nobis Pastoribus imitanda, quam adhibet in promouendo Christi Euangelio. Cum Paulo *Priscilla* & *Aquila*. *Observatio.* Qui Euangelij propagandi studio tenentur, nullis parcunt laboribus, dummodo gloria Dei promoueatur, Christi que gratia salutifera amplificetur. Sequitur Paulum totondisse caput *Cenchreis*, habebat enim votum. Hoc quidem rarum sub Euangelio, atq; insolens, sed facit Apost. propter quorundam Iudæorum infirmitatem ad morem *Nazarenorum*, *Num.* 6. quemadmodum etiam circumcidit *Timotheum* propter Iudæos & purificatus est, *Act.* 21. deniq; omnia factus est omnibus, vt omnes Christo lucrifaceret, 1. *Cor.* 9. Porro *Cenchera* portus fuit *Corinthiorum*. Et quod Apostol. votum habuisse dicatur, non est existimandum Paulum posuisse in voto religionē vouere quidem licet seruatis circumstantijs. vide *Psal.* 76. & *Eccles.* si votum

si votum feceris, perfice: nam Iehova stultis non delectatur. Perperam hinc struunt monachi fundamentum pro suis votis illicitis, quæ perimplere minus possent. Vt est illud de calibatu, tametsi continentia gratia nequaquam donentur.

*Vers.* 19. Peruenit *Ephesum*, quæ est vrbs in *Ionia* minoris *Asia* condita à tota *Asia* annis 220. vt scribit *Plinius* libro 36. 4. cuius templum ab *Amazonibus* fuit *Diana* dicatum. Vrbs obnoxia quidem magnæ Idololatriæ, nihilominus tamen conuersa per gratiam diuinam in Euangelio ab Apostol. annuntiato operantem ad fidem Christianam, ibi Paulus disputat cum Iudæis: vbi *obserua* teneri eum summo amore gentis suæ. Vide etiam, *Rom.* 9. quæ tametsi extiterit maximè rebellis atque ingrata, tamen quam possit nauat operam, vt Christi gratia fruatur fide in vitam æternam: exemplum sanè nobis imitandum, tametsi ingrati atque contumaces huius seculi homines existant, conemur nos tamen modis omnibus eos Christo lucrifacere. 2. *Observatio.* Verbum Iehovæ nunquam est inefficax, sed perficit, propter quod emittitur, *Isa.* cap. 55. cuius praxin habemus in *Ephesinorum* conuersione, qui rogant vt maneat, sed recusat, quia ipsi necessario incumbit *Ierosolymam* proficisci ad festum, non quod putet aut approbet festum *Ierosolymis* celebrandum, sed quod illo solemnitate tempore possit offerri occasio acquirendi plurimos Christo. Promittit se rediturum, sed cum hac conditioe, si Deus voluerit: idem habet, *Iacob.* 4. quæ conditio in omnibus hominum actionibus est adhibenda; & quâ pij vti consueuerunt, verum impij etiam in peragendis maleficijs sine omni exceptione grandia eloquuntur, vt expendere est in Pharaone hanc atrocem vocē effundente, *Exod.* 9. quo die videris inquit *Moyse* meam faciem moriere. Rectè respondit *Moyse*, non videbo, & verè nam crudelis hic cum suis statim in profundum est demersus, ita *Iesabel* in *Eliam* iureiurando interposito promisit se, effecturam vt *Elias* occisis meritò *Balaamitis* similis esset, sed frustrata pœnas dedit iuxta verbum Iehovæ, 2. *Reg.* 9. sic *Iudæi* 40. sese iureiurando obstringunt, morte multandum Apostolum antequam cibum capesserint, sed diuinâ misericordiâ ad opus Domini reseruatus Apostolus tutus & incolumis. *Obserua.* Quod Deus pollicetur, certissimè præstabit siue sit misericordiæ, siue Iudicij promissum.



2. *Observatio.* Seruorum Christi maximè fidorum hæc est fors, vt vnâ exantlatâ ærumnâ, nouam subinde experiantur, discamus equo ferre animo. 3. *Observatio.* Impij male agendo non fatigantur, *Proverb.* 4. Sed Iehova eorum conatus reddit irritos, deridetq;. Vide *Psal.* 2.

*Vers.* 22. Perigrinatio Pauli describitur in quibusdam locis ad *vers.* 24. Primum venit *Cæsaream Stratonis*, hinc ascendit *Ierosolymâ*, vbi salutata Ecclesia descendit *Antiochiam*, Paulatim ibi comoratus discedit pergitque per *Galatiam*, atque *Phrygiam*, corroborans discipulos. *Observatio.* Inter medios etiam hostes Christus Ecclesiam habet, quod est singulare priuilegium principis nostri, capitique Ecclesiæ Regnare nimirum in medio inimicorum.

2. *Obserua.* Salutare debemus Ecclesiam, id est, optare vt stabilia- tur in certitudine salutis per Christum partæ. 3. *Observatio.* Assiduitas Pauli, atque diligentia in propagando Christi Regno per Euangelium nobis imitanda, quæ clarè constat ex locis perigrina- tionis.

Porrò *Galatia à Galatis Europa* populis sic est nuncupata, quæ ad meridiem habet *Pisidiam*, ad orientem *Cappadociam*, & *Phrygiam*, quæ maior dicitur, extenditur ad *Lidiam*, est & alia ad *Bythiniam* exten- sa, cuius Metropolis est *Laodicea*, vnde prior ad *Timotheû* episto- la est scripta. 4. *Obserua.* Omnibus Christianis in veritate opus est confirmatione, cum hostes plurimi fidei nostræ aduersantur Sa- tan, interna corruptio peccatum illud peccans, & mundus *ἐν τῷ* *υἱῷ* *ἡμῶν* iacens, plerisque reperias, qui à fide defecerunt in summum Ecclesiæ scandalum.

*Vers.* 24. Historia intertextitur de *Apollo*, qui describitur. 1. à persona. 2. Qualitatibus. 3. Earum præxè, atque vsu. 4. Dono- rum, & cognitionis incremento. 5. Professione in *Achaiam* vbi habes quid illic fecerit nimirum, quod contulerit credentibus per gratiam, & confutarit Iudæos eum vehementia, atque per scripturas probarit *I E S V M* illum esse *C H R I S T V M*. Quod ad personam attinet. 1. Nomen est *Apollo*, & natione est Iudæus: ei patria est *Alexandria in Ægypto*, vbi Christiana Religio flo- ruit, vbi quondam Doctor extitit *Origines*. 2. Qualitates sunt tres quibus imbuitur. 1. Vocatur *λογιστὴς ἀνὴρ ἀπὸ τῶν λογῶν*, id est, ratione, qua significatur eum ratione, prudentiâ atque eloquen-  
tiâ

tiâ spirituali, & Sancta fuisse præditum, non quali oratores Ethnici, vt *Demosthenes* apud Græcos, & *Cicero* apud Latinos, excellere coloribus, & tropis varijs, quod essent dicturi exornantes, ab hac Apostol. abhorret, 1. *Corinth. cap.* 2. 2. *διωκτὸς ἐν γραφαῖς*; quo innuitur singulari dexteritate instructum quâ potenter vsus est sacris scripturis ad veritatem asserendam, prædi- candam, & confirmandam. *Obserua.* Verbi divini sacris literis cõ- prehensi magna, efficacia, est proinde, *Isa.* 53. vocatur brachiû Do- mini, & *Rom.* 1. potentia Dei in salutem omni credenti, & *Heb.* 4. verbum viuum, & efficax. *Obserua.* Verbum Dei in nostrum sum- mum vsum literis est consignatum, vt de Dei patris voluntate in- formemur, atque in veritate confirmemur. 3. *κατηχηθεὶς ὁ δὸν τῷ κυρίῳ* erat initiatus viâ Domini, id est, cognitione illa salutari in Christo Iesu viâ ad vitam æternam. 4. Est praxis cognitionis, quæ ipsi inerat zelo nimirum Spiritus locutus est.

*Obser.* Dona divinitus nobis concessa sunt ad vsum accommo- danda, atque in praxin ducenda, & certè legitimus donorû vsus est cum primis singulare Dei donum, multi bonis diuinis imbu- untur illis quidem communibus, sed deest gratia iisdem rectè v- tendi, vt in Ethnicis expèdere est, ac nominatim in multis summo loco constitutis auctoritate, atque potentiâ valentibus, qui ipsi Iehoux bellum indicere nequaquam exhorrescunt, vt animad- nertere est in *Pharaone*, *Sinnacheribo*, plerisque alijs. Hinc discamus rectè vti Dei donis in gloriam nominis diuini, ecclesiæque com- modum. 2. Docuit *Apollo ἀκριβῶς*. *Obser.* Hac praxi docemur di- ligenter obire prædicandi munus, in quo præstando totos nos oc- cupari oportet amâdatis rebus secularibus extra vocationem no- stram, & quæ traderemus, sacris essent literis cõprehensa, aut cõ- sentanea. 3. est, & nihil nouit præter *Baptismum Ioannis*, id est doctrinam de Baptismo, scilicet pœnitentiæ. Est Baptismus antiquis voca- tus fluminis, est & flaminis, est etiam sanguinis, vt verba Christi præ se ferunt ad filios *Zebedai* possitis ne baptizari Baptismate, quo & ego: est denique Baptismus Doctrinæ, & professionis, vt hic. *Obser.* eundem esse Ioannis *προδρομῶν* & Christi baptismû substantia. *Observatio.* Cognitio nostra in hac vita est tantum in- choata.

*Vers.* 26. *ἡρξάτο παρρησιαζομένου.* *Observatio.* Verbi Dei mini-



stri libere loqui debent Dei eloquia sine omni metu, & προσωποληψία, expende παρασησιαν in fideis Prophetis, Apostolis, nostrique temporis synceris Pastoribus. 2. est hoc vers. donorum incrementum per Aquilam ac Priscillam. *Observatio.* Habenti, id est, legitime utenti dabitur amplius. Non vero habenti nimirum legitimum usum donorum etiam ab eo quod habet, auferetur. Vide *Mat. cap. 25.* de talentis bene, atque vno male collocato; & *Luc. cap. 12.* de fido seruo. & *Luc. cap. 19.*

*Vers. 27.* Constituit in Achaïam proficisci, id est, Graciam ope Achaeorum à Romanis expugnatam. à fratribus eò adueniens literis commendatitijs est exceptus, multumq; ijs contulit qui crediderant per gratiam. Vbi obserua fidem esse gratuitam nobisque gratia, operationeque Spiritus S. concedi, per verbum prædicatum, *Rom. 10. Ioan. 6.*

*Vers. 28.* Magna contentione Iudæos magis, ac magis redarguebat, probabatque per scripturas I E S V M esse illum C H R I S T V M promissum. vide *Isa. cap. 7. & cap. 9. vers. 53. Dan. cap. 9. Psal. 16. Ierem. cap. 31.* Poterant increduli isti Iudæi, vel Cabalæ suæ fidentes credere venisse Messiam, cum expressè ibi habeatur venturum Messiam tempore Hillelus Discipulorum, & liquet Hillelus Discipulum extitisse Simeonem, qui C H R I S T V M brachijs complexus est, *Luc. cap. 2.*

Porrò hic obserua firmissimam rationem redarguendi obfirmatos veritatis hostes, esse per scripturas, quæ, vt sunt suis omnibus partibus absolutæ, ita etiam omnia complectuntur necessaria ad refutandam falsitatem, & stabiliendam veritatem, 2. *Timoth. cap. 3.*

## CAPVT

## CAPVT XIX.



V Æ funthuis Cap. partes præcipue. 1. continentur actiones Pauli. 2. Persecutio aduersus eum intentata Demetrii instigatione. Actiones sunt quædam priuatæ cum Discipulis quibusdam in fide Christiana initiatis. Occurrit 1. Temporis circumstantia, scilicet cum Apollos fuerat Corinthi. Vbi obseruandum Ecclesiæ Corinthiaca Dominum curam habere, quam prius Pauli ministerio plantatam. Apollos rigasse fertur, 1. *Cor. 3.* Continuat Iehoua, atq; auget in electis suam gratiam; neque deserit inchoatum opus salutis, donec medijs à sese ordinatis idem cõpleat. 2. Paulus peragratis superioribus partibus, venit Ephesum, vbi, Ecclesiam instituit. Partes superiores sunt Phrygia, Galatia, Lydia, Liuonia, Ionia, in quâ fuit Ephesus opulenta civitas, Idololatriâ, atque magicis etiam artibus celebris, vbi Paulus Christianæ Religionis fundamenta iecit, ad quam eruditam epistolâ scripsit. Apostoli sedulitas, atque fidelitas nobis imitanda, promissum divina voluntate implet, quod divinæ voluntatis conditionem habebat. Ita David ab Absolomo filio profligatus Divina gratiâ incolumis est revocatus. vide 2. *Sam. cap. 7.* Sed Achabus scelerosus Idololatra oblitus huius conditionis, Si voluerit Iehoua, reducet me, lathaliter vulneratus ab Aramita, interiisse perhibetur, 1. *Reg. cap. 22.* 3. Reperit ibidem Discipulos quadam cognitione imbutos, quos instituendos curat. 1. quidem interrogationibus, quarum prima est, Accepistisne Spiritum Sanctum ex quo credidistis? qui respõderunt, Imò, ne hoc quidem audiuimus; an sit Spiritus Sanctus. In interrogatione per Spiritum Sanctum intellige dona illa eximia Spi. Sanct. quæ tum in Ecclesia vigeant vtpote linguarum & prophetandi. In responsione eorum; nota singularem ruditatem, qui diffitentur se, vel de Sp. S. audisse: vbi obseruandum quanta laboramus ignorantia, nisi verbi divini luce cœlitus illuminemur. Inchoata notitia Spiritus per verbum, atque preces est fouenda, quo in nobis accrescant Spiritus Sancti dona in summum nostrum solatium.



*Vers. 2. & 3.* Quæstio, in quid ergo baptizati estis, qui dixerunt in Ioannis Baptisma. Summa interrogationis est. Qua igitur Doctrina imbuti, & initiati estis. Et responsionis est. Profitemur Doctrinam quam Ioannes annuntiabat, ac Baptismo ob-signabat scilicet resipiscentiæ, per Baptismum significatur peccatorum remissio in sanguine Agni DEI immaculati. 2. Spiritualis regeneratio. 3. Unio fidelium cum capite, principeque Christo: per quem baptista discipulos præparauit, quos ipse Christus perficeret.

*Vers. 4.* Exponit Baptismum Ioannis, eosque instituit. Vbi tria notantur. 1. Est Ioan. Doctrina de resipiscencia, *Math. 3.* 2. Quod aqua immerferit vbi signum observandum, quo significatur peccatorum omnium absolutio in sanguine Christi, & 3. Est quod Ioannes Baptizatos ad Christum transmiserit, cuius calceorum corrigias soluere indignum se esse ait. *Observatio.* Idem fuit Ioan. & Christi Baptisma re, atque substantia. Ioan. finis præstitutus fuit Christus Rex, Propheta, atque Sacerdos, quem aduentantem digito monstrauit, inquit, ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, qui Spiritu Sancto sit baptizaturus. Cum hæc audiunt, baptizantur in nomen Iesu Christi, quod non ita accipiendum, ac si rebaptizati fuissent, aqua ve abluti cum prius Ioannis Baptismate resipiscentiæ signo fuerint præparati, iam vero rectè sint baptizati in nomen Dei patris, filij atque Spiritus Sancti, id est, in Doctrinam de vero Deo in sacris literis traditam, idque ab aliquo verbi divini ministro legitime vocato, ac ordinato.

Porrò quatuor obseruare est Baptismi genera. 1. Est fluminis aut aquæ à Christo institutus. 2. Est professionis & Doctrinæ, vt hic Ioannis. 3. Est sanguinis vt verba Christi illa præ se ferunt, potestis baptizari baptismo, quo & ego. 4. Est flaminis de quo non incommode locus hic accipi possit.

*Vers. 5.* Ceterimonia qua vtitur, est manuum impositio, de qua supra cap. 8. & 13. vide. Huic coniuncta fuere Spiritus Sancti dona.

*Vers. 6.* Continetur tantum Discipulorum numerus vbi observa CHRISTI Ecclesiam, per multitudinem, non esse metiendam.

*Vers. 7.*

*Vers. 7.* Publica actio Pauli in Synagoga habetur: cur discesserit *vers. 9.* eiusque assidua disputatio in schola tyranni, *vers. 10.* quam prolatum fuerat Christi Regnum in Asia apud Iudæos, Græcosque 11. 12. Doctrina Pauli confirmatur miraculis, & deinceps, ad *vers. 21.* vbi asseritur eiusdem Doctrinæ veritas, atque auctoritas per praxin iudicij seueri in hostes exorcistas, qui Iesu nomine sunt abusi. *Observatio.* Ex *vers. 7.* dum licet pacificè, verè Deum in patria colamus, ne exules instar Iudæorum in remotis partibus eundem colere, atque adorare cogamur. 1. Actio Pauli hac voce exprimitur *ἐπαρησιαζέτω.* *Observatio.* Libertas adhibenda est in verbi prædicatione, qua vsi sunt Prophetæ, fidelesque Christi serui omnis ætatis, cui nobis strictè ac rectè adhaerendum etiam cum capitis, bonorumque omnium iactura. 2. Disputat, non armis sed verbo, rationumque momentis veritatem confirmando, erroresque convellendo, vbi nota non armis disceptandum, non flammis veritatem esse opprimendam, sed rationibus ex scripturis sacris depromptis: contra faciunt Pontificij, qui ferro, ignique causam iniquam tueri volunt, atque veritatis assertores ad mortem atrocissimè persequi. 3. Est, hortatur ad ea, quæ sunt Regni Dei, id est, sermonem facit de rebus diuinis, & ad Dei regnum spectantibus. Regnum DEI vel *βασιλεία*, consideratur extensum ad omnes res creatas, *Psal. 79.* Regnat Iehova latetur terra, vel *ἐδικωσ* restrictum ad electos, in quibus minimè peccatū, sed Christus per spiritum regnat: atque hoc regnum sanguine DEI est acquisitum, estque gratiæ hic, gloriæ in cælis: atque naturâ suâ est spirituale, æternumque, itaque subditos regni oportet esse immortales, regesque *Apoc. 1.* redimiendos corona gloriæ, inque throno cum principe collocandos.

*Vers. 9.* Habetur Pauli discessus vbi primum occurrunt occasiones, quarum. 1. est induratio. 2. inobedientia. 3. *χακολόγια* in viam Dei. Induratio est vel naturalis, cui omnes mortales subijciuntur, vel est habitualis in reprobis continua rebellione aduersus Iehovæ verbum procurata: hæc induratio augetur vel agendo, id est, resistendo voci diuinæ, vel patiendo, id est, tolerando verbum Iehovæ præterire sine emendatione. Expende vtrumque modum in Pharaone summè obdurato in suam ipsius perniciem. Atque hæc induratio est verbi divini per accidens effectū, nimirum ratione cordis



cordis reluctantis gratiæ Dei per verbum oblata; Si ergo velimus frui gratiâ oblata, ne obfirmemus corda, sed verbi Iehouæ impressionem admittamus. 2. est inobedientiâ quæ est huius indurationis praxis, quâque augetur induratio rebellionis cetissima merces, quæquidem inobedientia æterna perditione est multanda, 2. *Theff.* 1. 6. *vers.* 3. *χαρολογία* in viam Iehouæ, siquidem male loquuntur de via Christiana, imò de ipso Christo viua via in cœlum, *Ioan.* 14. *Heb.* 10. *Observ.* Impij non subsistunt, donec in summum impietatis gradum prouehantur Satanico impulsu, vide in *Saule* tandem desperato, & hic in Iudæis qui ab induratione, ad inobedientiam, ab inobedientia ad maledicentiâ in viam Dei progrediuntur. 2. *Obser.* Malorum hoc est proprium conuitiis ipsam veritatem insectari, viamque iisdem proscindere, quâ in cœlum itur. 3. ex Pauli discessu obserua deserendos esse peruicaces hostes veritatis qui scilicet ipsam dicitur incensum memores illius dicti Christi margaritas non esse canibus proijciendas, & iterum si cum pace vos non receperint, pedibus puluerem excutientes discedite, atq; meritò cum sese indignos faciant gratia Euangelicâ. Veri, atque synceri professores sese ab erroribus Romanæ sedis separantes minimè Ecclesiæ vnitatem resciderunt, sed ad veritatem sacris literis comprehensam strictè arctèque pijs omnibus tenendam se receperunt. 4. *Observatio.* Sedulus est Apostolus in prædicationis Euangelicæ munere obeundo quem fidi Dei serui imitentur, & prædicat cum fructu etenim.

*Vers.* 10. Audiunt Iudæi, atque græci verbum Iesu Christi scilicet gratiæ, & reconciliationis in sanguine crucis eius.

*Vers.* 11. Miraculis Dei virtute editis, confirmatur Pauli doctrina, atque autoritas, nam Dominus per manus Pauli operatur res non vulgares. *Observatio.* Miraculorum effector est Deus: homines tantum sunt instrumenta per quæ agit Iehoua. Proinde omnis miraculorum gloria est Iehouæ tribuenda, Atque prædicationis verbi incrementum Domino adscribendum, 1. *Cor.* cap. 3. *Psal.* 117. Conversionisque animæ peccatricis gloria in solidum Deo danda, quod est miraculum noui testamenti.

*Vers.* 12. Modus edendorum miraculorum: Deseruntur à corpore Pauli sudaria, seu semicinctia, vt ab ijs morbi discederent, spiritusque mali exirent, quæ duo non fiunt mediorum, sed DEI omni-

omnipotentis virtute, & potentiâ arcana. Proinde ista minimè omnium sunt adoranda, sicut Papistæ volunt, suisque reliquijs ex hoc loco virtutem, & adorationem conciliare volunt. Illi enim, *Francisci* calceos, brachiaque; *S. Margareta* pectinem. *S. Ros.* cingulum inter relicta colunt. Sed ista sunt putida, humani cerebri commenta. Dominus hic manu suâ operatur hisce medijs tantum adhibitis. Sanata est mulier illa annos 12. fluxu diuexata, cum vestimenti Christi fimbriâ tetigerat, an propterea sanæ mentis quis dixerit in vestimento fuisse virtutem aliquam sanandi, cum disertis verbis in cõtextu habeatur sensisse Dominum nostrum virtutem ex se emanantem. *Observ.* Potens est Dominus qui omnes nostros languores curare possit, nihilque diuinæ potentie resistere valeat, Imò eidem impuros, malosque spiritus cedere oporteat.

*Vers.* 12. Confirmatur doctrinæ Euangelicæ, atque Apost. Pauli autoritas per iudicium quoddam seuerum in Iudæos exorcistas expromptum, qui Iesu nomine abusi sunt instinctu Satanico. vbi hæc sunt perpendenda. 1. Qui sunt actores. 2. quænam agendi forma. 3. quod supplicium ipsis inflictum. Actores sunt Iudæi: vbi nota, nullam prærogatiuam, ne beneficia quidem in nos diuinitus collata eximere posse mortales præstigijs satanicis, ac delusionibus, si Deum deseruerint. Ponant itaque continuo ob oculos Iehouam ne Satanæ abusus perniciosus locus relinquatur. 2. *περιερχομενοι.* Circulatores. *Observ.* Magia publico testimonio, & autoritate Apostolica damnata. 3. exorcistæ, vocabantur in primitiua Ecclesia qui dono miraculorum pollentes *τοῖς ἐνεργουμένοις*, id est, à Dæmonio obsessis manus imponebant, at hic, qui spiritus malos conabantur eicere obtestatione facta per nomen Iesu. *Observ.* Satan per sua instrumenta conatur exequi ea, quæ Dominus, sed minimè præstat, excitauit Moysis, Aaronisque tempore Magos, qui vni sunt virgam in serpentem cõvertere, sed haud quaquam re verâ, siquidem Aaronis virga eum deuorauit, *Exod.* 7. Ab huiusmodi præstigiatoribus cauendum nobis. 4. Nominantur 7. filij *Scæue* sacerdotis. *Observ.* Patribus incumbit, vt filij instituantur in timore Domini. & pietate, sed præsertim Pastoribus, qui continuo memores esse debent filiorum *Eli*, 1. *Sam.* 2. 4. 2. *Observ.* Satan evocat sibi instrumenta ex hominum genere apprimè conveniente. *Achitophelem* aduersus *Davidem* inflammavit;



*Iudam* ad prodendum Dominum nostrum Iesum, neque dabuntur atrociores Ecclesie inimici, quã quos ex ipsius sinu evocat Satan, vide in Papanis. Forma actionis est, vsurpat nomen sanctum Iesu, quo abutuntur, dicunt, adiuramus, vos per nomen Iesu predicati à Paulo. *Observ.* Satan in suis instrumentis appellatione nominis Iesu abutitur, ita etiam verbo in Domino nostro tentando. Et certè nihil existit tam sanctum, quod non violarit spiritus ille impurus. Hoc quidem expendere est in Papistis, qui sola, atq; nuda pronuntiatione nominis Iesu, demonas aiunt profligari, & in Iesuitis, sese ab Iesu nomine, atque vita denominantibus.

*Vers. 15. & 16.* Supplicium habet duas partes. 1. est, terrore percelluntur. 2. vulnerantur. Responsum mali spiritus terrorem ipsis incutit, & est, Iesum novi, Paulum scio, at qui vos? *Observatio.* Dæmon novit Dei filium Iesum, sed non notiã salutari, cum sensurus sit Dominum nostrum seuerissimum vindicem impietatis, habentem in ipsum Satanam imperium, qui nihil valeat peragere invito Dei filio. Novit etiam Christi seruos & nominatim Paulum, qui Satanæ nuntio verberatus perhibetur, 2. Cor. 12. Proinde sint omnes attentis, præsertim verbi Dei ministri, cum adstare feratur dexteræ Iehosux, ad præpediendum opus Iehoux. 2. *Observatio.* Satanæ mancipa sunt, quotquot eius artibus, astuq; vtuntur ad impediendum Regni Christi progressum. 2. punitionis pars est, vulnerantur. *Observatio.* Summum est punitionis genus, si quis à Satanâ diuexetur, possent tamen divina potentia liberari, vt in multis animaduertere est in Euangelio restitutis, addo seuerum manere eos iudicium, qui Christiano nomine abutuntur.

*Vers. 17. 18. 19. 20.* Sequuntur effecta. 1. Timor Iudæos omnes, tum Græcos occupat qui sunt Ephesi. *Observatio.* Iudicia diuinitus missa vel maximè scelerosis terrorem incutiunt, vide in Pharaone, Balcaffare, Daniele Caligulâ Deum contemnenti, sed cum aliquod diuini iudicij iudicium apparebat admodum contremiscenti. 2. Christi nomen magnificatum est. *Observa.* Armis suis militat Christus aduersus Satanam, eumque vincit, quem certè morte, qui mortis Imperium habebat, destruxit, *Hebra. cap. 2.* Et praxe hac vtitur ad amplificandam nominis sui gloriam.

*Vers.*

*Vers. 18. 2.* Credentes sunt confessi, factaq; ostenderunt. *Observa.* Effectum fidei est peccatorum confessio. 2. qui ait se habere fidem, & nequit opera ostendere mendax est, vide *Iacob. 2.*

*Vers. 19. 3.* Qui vtiebantur curiosis artibus, libros combusserunt, non solum Magi Astrologiam iudiciariam, sed exercentes etiam artes inutiles. *Observ.* Credentes bonorum iacturam nihili faciunt si per ea præiudicium afferatur regno Christi, nota etiam malos libros esse comburendos. De summa variant interpretes verum constat magnam esse.

*Vers. 20. 5.* Effectum, verbum creuit, atque præualuit in electis. *Observa.* Vt cumque verbum fastidiatur ab hominibus flagitiosis nihilominus tamen complebitur, & iuxta idem vel ad æternam vitam, vel sempiternam mortem quisque iudicabitur.

*Vers. 21.* Constitutum habet duce spiritu per *Macedoniam* transire. *Observa.* Non satis est Ecclesiarum per Euangelium fundamenta iacere, sed & opus est confirmetur in fide. 2. *Observa.* Impulsi spiritus iter suscipit: in consulto Deo nihil est agendum, aut aggrediendum. 3. *Observa.* Existat vnusquisque in officio obeundo sedulus, Christianus in Christianismo, qui fructus proferat dignos cœlesti vocatione, Magistratus in munere suo præstando, Christi serui in omnibus muneris sui partibus defungendis fideliter, & prudenter oculis fidei vsurpantes immarcessibilem illam gloriæ coronam ipsis repositam in cœlis. 1. *Pet. 5.*

*Vers. 22.* Ad finem cap. describitur seditio per Demetrium concitata, eiusdemq; sedatio per vrbs scribam. In seditione hæc occurrunt consideranda: 1. occasio. 2. Author. 3. Authoris agendi forma. 4. effecta occasionem consecuta. Occasio est via Domini: etenim oritur propter viam veritatis, verumq; Christianismum: conteditur, quã viã sit pergendum in cœlum: Apostolus agnoscit, Christum pro via, sicut ipse Christus de se prædicat, inquiens ego sum via, veritas, & vita, illi aliam tuentur, ac profitentur nimirum sectam Idololatricam, & supersticiosam. *Observ.* Cum stabilita est Ecclesia Ephesina per Euangelium annuntiatum duos annos Satanæ tumultum hunc excitat, proinde ne simus securi, tametsi Euangelium apud nos *Scotos* divina gratia cõseruetur, cum hostis ille rugiens semper excubias agat, instigetq; apposita instrumenta si non ad extinguendam, saltem obscurandã Euangelij lucem gratiam, atq; gloriam.

Bbb 2.

2. *Observa.*



2. *Obserua.* Vera via ad vitam existit occasio seditionis, quemadmodum peccatum, cur superabundet gratia, atque, vt bonæ leges ex malis moribus natæ dicuntur, causa tamen propria est quæstus cupiditas. Causa cur inter nos & Papanos non convenit est hæc eadem via, nos solo Christo Pontifice nostro maximo, qui cælos penetrauit contenti simus, cuius virtute hic sanctificati, sanguinis sui merito vita æterna perfruemur in cœlestibus.

*Vers. 23.* Seditionis Author est *Demetrius* argentarius, qui templi *Diana* fabricari consuevit illa quidem portatilia, quæ magni illius templi speciem referebant instar *Papistarum*, qui agnum DEI in collo depictum circumferunt. Hinc factum, vt maius lucrum in artifices redundet. Iactura itaque lucri est huius tumultus causa, quam certissimè expectabant, nisi Apostolus coereretur, eiusque Doctrina profligaretur. *Actiones Demetri* partim in convocando, partim orando consistunt. Scopus est Paulum esse reprimendum, neq; amplius eum in Euangelio prædicando tolerandum. 1. Omnis mali radix est avaritia, 1. *Timoth. 6.* cui pleriq; dediti sese multis doloribus vulnerarant, quæ etiam ab *Apost. Eph. 5. Colof. 2.* vocatur *Idololatria*, & multis extitit exitij causa, vt *Acham, Ios. 7.* Iudæ etiam proditori desperatè pereunti: scribitur de *Tito Vespasiano* maximè laboranti hoc vitio, quod ex lotio vestigal quæsierit, dixeritque dulcem ex re qualibet esse odorem lucri; cum Davide oramus Dominum, vt corda nostra non ad avaritiam, sed ad mandata divina inclinet, *Psal. 119.* Actionis pars. 1. est convocatio. Et enim convocat artifices diuersarum artium, ac conditionum. Qui omnes conspirant ad hanc seditionem conflandam. *Obserua.* Diuersis moribus præditi, mutuisq; flagrantes odijs coire, vnanimes consueverunt ad facinus patrandum, vide in *Abimelecho*, & *Sichemitis* contra *Ierubbalis* filios coeuntibus concitata dissensione mutua divinitus divexatis, *Jud. 9. & 2. Cron. 20.* de *Moabitis, Ammonitis, Seiricolis* contra *Iehosaphatum* conspirantibus mutuis etiam vulneribus confossis, liberata *Ierosolyma* cadentibus, in scribis, & *Phariseis, Herode, ac Pilato* in gratiam redeuntibus ad Christum crucifigendum, & denique in *Hispanis, Italis, Ethiopibus, Barbaris, Portugallensibus*, concurrentibus ad Euangelij lucem extinguendam, Christi que regnum euertendum merito suo pœnas luentibus: hinc discant fieri mortales, atque atroces non moliri, neq; attentare contra Dominum, vinctumque

vinctumque eius, ne tali, si non grauiore afficiantur supplicio. Iam sequitur initium orationis suasoria, nostis inquit ex hoc opificio nostras esse facultates, id est, hanc vitam hoc tolerari, familias etiam ali. Argumentum petitum ab incommodo, vel cōmodo, hoc priuabimur, si Paulo, eiusq; Doctrinæ locus detur, etenim nostis, atque auditis non solum *Ephesi*, sed multis vbiq; in *Asia* persuasisse Deos manu factos non esse Deos, hinc sequetur omnium bonorum iactura, quæ ex hoc opificio adipiscimur. *Obserua.* Pluris faciunt *Idololatræ* bona huic vitæ tolerandæ convenientia, quam syncerum divinum cultum expende in Papanis, quorum plerique sese ad veram religionem reciperet, nisi amor lucri, atq; gloriæ fruendæ, retinendæque cupiditas obsisteret. 2. *Obser.* Divini verbi fideliter prædicati à Pastore divinitus vocato vis est maxima, vt hinc liquet in *Ephesinis*, & *Asianis* ad fidem conuersis, adde tribui Apostolo persuadere, quod Dei est proprium, vt *Gen 9.* Dominus persuadebit *Iapheto* in *Semi* tentorijs habitare. Verè tandem annuntiauit *Apost.* Deos manufactos minime omnium esse Deos, vt loquitur ad *Gal. 4.* non esse naturâ Deos.

*Vers. 27.* Argum. à religione: non solum nobis cedit in præiudicium, sed nihili fiet templum *Diana*, maiestasque eius destruetur, quam tota *Asia*, & orbis colit. *Observatio.* Consueverunt astuti homines, atque turpis lucri cupidi sese religionis fuce obtegere, & palliare, quo nullatenus ipsis incommodetur, & certè nulla re magis oppugnatur religio, quam prætextu religionis, expende in *Israelitis* scelerosis clamantibus templum Domini; in *Iudæis* atrocibus *Stephani* lapidatoribus, *Act. 7.* *Moyse* legem atque templum causantibus, adde etiam *Idololatræ* templi *Idololatrici* maiorem habere curam, quam nostri temporis professores habent templorum in cultum divinum destinatorum. Quid dicam, certè quod res est cum dolore, solliciti sunt mage nobiles, atque alij in equilibris extruendis, quam in domo Dei ædificanda. *Da Domine, si placet synceriores professores, & meliora tempora.* 2. *Obser.* Honorificè loquuntur de hæc *Diana*, quam finxerunt fuisse *Iouis* filiam, omniumq; viuentium. Forticem *πολυμασον* eam appellitantes, vtinam si non magis, saltem æquè reuerentur de veri, æternique Dei reuerendo, atque illustri nomine hac ætate homines loquerentur, qui per *Iehovæ* nomen abusiue & iurant, & peierant, qui que per Christi vulnera, eiusque sanguinem



sanguinem sacrosanctum miserabiliter execrantur. 3. *Observatio*. Liberaliores sunt in fictitiam hanc Deam, eiusque cultum continuandum, quam existunt, qui haberi volunt apud nos Christiani in verum Deum, eiusque puram adorationem, qui sacrilegi ad se Iehouæ bona traxerunt, atque retinent. vide *Mal. 4*. Deniq; multitudo non est veræ Ecclesiæ nota.

*Vers. 29*. 1. effectum. Excandescentiâ repleti sunt. Hinc initium datum huic seditioni, atque tumultui. *Obser.* Ira tandem evadit in furorem, proinde statim coercenda. Ritè dixit Apost. ne super iram tuam sol occidat. vide *Proverb. 28*. 2. effectum. Clamor scilicet, Magna est *Diana Ephesiorum*. *Observ.* Rabies & clamor sunt Idololatriæ pro ratione ex 30. vers. quomodo seditio accreuerit. Tota nimirum civitas confusa est. *Observ.* ex parvis initijs maxima mala enasci solent, quemadmodum ex ignis scintilla totius vrbis incendium, expende in coniuratione *Dathanis, Num 16. Absalomis* aduersus *Davidem* patrem, & in histor. *Rom. Catiline* in Senatum. Proinde Magistratus occurrere debet prudenter, atq; cum auctoritate principijs, primosq; motus tranquillare. 2. *Observ.* In tumultu & commotione publica sæpè iniuria afficiuntur innocentes, vt videre est in *Gaio & Aristarcho*, siquidem nihil cum ratione ibidem geritur.

*Vers. 30*. Pauli conatus ad ingrediendum, sed impeditur. 1. à Discipulis. 2. ab ἀσίστοις. *Observ.* Constantia in Apost. laudanda quæ sancta prudentia regitur. 2. *Obser.* Partes gregis sunt Pastores suos tueri, eorumque vitæ consulere. 3. *Obser.* Reperiuntur per divinam gratiam quidam in cætu maximè sceleroso feruorù Dei fautores: vide tempore *Achabi*, *Obodiam* Prophetarum tutorem & occultatorem, *Ierem. Ebedmelechum Zedechia* Regi dicentem intrepide iniuria afficiunt *Ieremiam*, & tempore Christi *Nicodemum*, & *Iosephum* ab *Arimathæa*. Nec desunt hac ætate, qui ex animo Christi seruis fidelibus fauent & patrocinantur. Et *Traiani* tempore *Plinium secundum* Christianis fauentem.

*Vers. 32. 33. 34*. Eductur *Alexander Iudeus*, qui velit hunc tumultum sedare: sed cognoscentes eum esse Iudæum, per duas horas clamant Magna est *Diana Ephesiorum*. *Observatio*. Magno inflammantur zelo idololatriæ in superstitione sua suffulcienda.

*Vers. 35*. Actiones Scribæ civitatis conantis excitatum tumultum

tum sedare, mendacio accommodato animalis homo id præstat, ait enim, Neminem esse, qui non agnoscat magnæ Dianæ civitatem Ephesiorum esse ædituam, eiusque imaginem à *Iove* esse delapsam. *Observ.* Ὑποχρῆσις solent vti medijs illicitis, divinæque veritati repugnantibus. 2. pars actionum attingit *Aristarchum & Gaium*, quibus iniuriam esse factam profiteretur, cum neque sint sacrilegi, neque in *Dianam* blasphemi. *Observ.* Ethnici secus quàm professores nostri sacrilegium existimauere peccatum insigne, ita etiam blasphemiam, cui hoc seculo prophani plerique valdè sunt assueti in summum divinæ gloriæ præiudicium. 3. Act. si quid habeat aduersus eos *Demetrius*, vel Artifices legem patere ait, Iudicemque deputatum, si verò alia ipsis suppetat materia aduersus eos in legitimis comitijs decisum iri. *Obser.* Benè in hoc sentit Scriba, legibus enim viuendum, & iuxta legem omnia sunt peragenda, alioqui summa in Ecclesiam, remque publicam invehetur confusio.

*Vers. 38*. Concludit Scriba cum periculi mentione, quod ipsis imminet seditionem hanc mouentibus, qui hunc populi concursum ferunt, ne rationem cogantur reddere. Lex in seditiosos lata apud Rom. scilicet erat, quæ seditiosi, & factiosi, privilegijs privarentur Romanis, atque libertatibus abdicarentur.

*Vltim vers.* cætus dimittitur. Concludamus hoc modo, Auaritiam, & insatiabilem cupiditatis sitim fugiamus, seditionem, atq; commotionem publicam in causa mala detestemur: lege, ac iure cum omnibus agentes synceram Euangelij fidem retineamus, & constanter tueamur, Regnumque Christi pro vocationis nostræ ratione propagemus, Ita futurum, tamen si hic affligamur ad breue tempus, tamen tandem aliquando omnib. malis exempti cum CHRISTO simus triumphaturi.



## CAPVT XX.



**P**RTIMA Cap. verba satis indicant huius consequentiam, in quo hæc tractantur. 1. quibus peregrinationibus Paulus *Epheso* venerit *Troadem*, ad 7. vers. 2. quid ibi egerit, ad 13. 3. quibus *Miletum*, & quid ibi ad finem cap. ex temporis circumstantia obserua seditionē ab impijs excitatam arcana Dei praxi ita sedari, vt nemo possit percipere, donec præstiterit, vide *Psal.* 30. & 34. Cùm itaque piorū afflictiones & immittantur à Deo, atq; regantur juxta *iodoc. x. x. x.* capessant consolationem etiam illi qui conscientia exercentur, fore certo statuentes, vt Divinitus exonerentur, tranquillenturque animi meritò sanguinis Agni Dei immaculati. Nec non latum vnguem manum extendere posse impios vltra quam Deus decreuerit. vide *Psal.* 125. 2. *Obser.* Convocationis potestas assentiente Magistratu est penes *ἀποστολῶν*, qui sacro ministerio funguntur, expende *Act.* 1. & 13. & *Constantini* praxin, *Ruff.* 1. approbantis Sacerdotum sententiam de convocando Concilio *Ephesino*. 3. *Obser.* Non deserit Discipulos insalutatos, bonique Pastoris officium facit, & non Mercenarij, *Ioan.* 10. 4. *Obser.* Licet salua conscientia, & in violata vocatione secedere ab impijs, eorūq; tumultu, qui reseruemur ad meliora tempora, quibus licebit cum fructu munere defungi in gloriam Dei, Regniq; Christi propagationem. vide præceptum Christi, *Math.* 10.

*Vers.* 2. Pergit per *Macedonia* partes, quæ est in *Europa*, nunc dicta *Albania* Turcico Imperio subiecta. Scribitur *Pub. Æmilium* 72. civitates huius regionis subuertisse. *Obser.* *Macedonia* quondam luce Evangelica collustrata, rursus tenebris ignorantia obfuscata sub misera seruitute turcica, propter impietatem, verbiq; contemptum; si nos *Scoti* iisdem coinquinemur peccatis, simile iudicium nobis certò expectandum, cùm Deus æquè iustus omnibus existat: Aliorum exemplo sapiamus, verbum Divinum sit nobis singulari curæ, fructusq; vocatione cælesti dignos proferamus. Iam quid facit Apost. Consolatur, atque hortatur ad perseverantiam, constantiamq; in fide. *Obser.* exhortationes necessarie sunt etiam Ecclesijs constitutis, fidemq; Christianam amplexis.

Venit

Venit in *Graciam*. *Vers.* 3. Cogitat in *Syriam*, sed retardatur, mutatq; propositum, quod audierit insidias esse ipsi collocatas à Iudæis. *Observatio.* Singularis est Pauli amor in gentem suam conantis bono malum vincere, atque eam ad fidem Christi convertere, quo salutem, vitamq; æternam in ipso percipiant. Nota etiam in Iudæis summam ingratitude, imò atrocitatem, quibus satisfieri non possit nisi sanguine, & Apostoli vita: sed Dei omnipotentis curam expende in serui sui conseruationem excubantis, atque in nihilum redigentis impium conatum Iudæorum aduersus Apostolum è viuis, vt illi volunt, tollendum: quem Iehova protegit, & ad eum tuendum fautores excitat. In Pharaonis curia Moysen in vita conseruauit Regis filia, in *Achabi* *Obadiah* Prophetis & nominatim *Elia* feruenti dei seruo fauit, *Ebedmelechus* *Jeremie* sub *Zedechia*, & Christo extitere fautores *Nicodemus*, & *Iosephus*.

*Vers.* 5. Hi societate coniuncti, quorum nomina *vers.* 4. exprimuntur præeuntes expectant Apost. *Troadem*, qui enauigant, *Philippis* post dies azymorum veniūtq; ad eos *Troadem* intra dies quinq; vbi agunt dies septem, *vers.* 7. Ibi tria præstat Apost. 1. concionatur ad mediam noctem. 2. panem frangit, id est, cœnam administrat. 3. *Euthychum* mortuum resuscitat, *vers.* 10.

*Vers.* 7. Occurrit temporis circūstantia. Primo scilicet, die *Hebdomatis*, ad verbum, primo die *Sabbathi*, id est *Dominico*. Ex hoc igitur, loco, & *1. Cor.* 16. 2. non male colligitur iam tum consueuisse Christianos, hoc die solemnes conventus agere, paulatim euanescente Iudaici *Sabbathi* cæremonia: Christus sua resurrectione diem *Dominicum*, cuius habetur mentio, *Apoc.* 1. instituit: Apost. consuetudine confirmarunt, quæ nos legitime obseruamus, cùm illius quietis sit complementū in resurrectione domini, quod vetus *Sabbathum* adumbrabat. *Obserua.* 1. dies *Dominicus* religiosus diuinisq; exercitijs est destinatus; expende quòd supplicium inflictum colligenti ligna die *Sabbathino*, in cuius locum surrogatus est dies *Dominicus*, & *Nehem.* 13. *Jerem.* 17. 2. *Observatio.* Nocturni cœtus per se damnari non possunt, nec debent, cùm iusta eorum causa subesse possit, adde diligentiam Pauli esse eximiam, sermonem producentis in mediam noctem, & auditorum pariter curam, zelumq; qui libenter audiunt: hanc praxin trutinēt auditores nostri, qui vix ac ne vix quidem vnā horam Ecclesia-

Ccc

stem



## CAPVT XX.



**P**RIMA Cap. verba satis indicant huius consequentiam, in quo hæc tractantur. 1. quibus peregrinationibus Paulus *Epheso* venerit *Troadem*, ad 7. vers. 2. quid ibi egerit, ad 13. 3. quibus *Miletum*, & quid ibi ad finem cap. ex temporis circumstantia obserua seditioñe ab impijs excitatam arcana Dei praxi ita sedari, vt nemo possit percipere, donec præstiterit, vide *Psal.* 30. & 34. Cum itaque piorum afflictiones & immittantur à Deo, atq; regantur iuxta *eu docu* capessant consolationem etiam illi qui conscientiam exercentur, fore certo statuentes, vt Divinitus exonerentur, tranquillenturque animi meritò sanguinis Agni Dei immaculati. Nec non latum vnguem manum extendere posse impios vltra quam Deus decreuerit. vide *Psal.* 125. 2. *Observ.* Convocationis potestas assentiente Magistratu est penes ἀφοριστῶν, qui sacro ministerio funguntur, expende *Act.* 1. & 13. & *Constantini* praxin, *Ruff.* 1. approbantis Sacerdotum sententiam de convocando Concilio *Ephesino*. 3. *Obser.* Non deserit Discipulos insalutatos, bonique Pastoris officium facit, & non Mercenarij, *Ioan.* 10. 4. *Obser.* Licet salua conscientia, & in violata vocatione secedere ab impijs, eorumque tumultu, qui reseruemur ad meliora tempora, quibus licebit cum fructu munere defungi in gloriam Dei, Regnique Christi propagationem. vide præceptum Christi, *Math.* 10.

*Vers.* 2. Pergit per *Macedonia* partes, quæ est in *Europa*, nunc dicta *Albania* Turcico Imperio subiecta. Scribitur *Pub. Æmilium* 72. civitates huius regionis subuertisse. *Obser.* *Macedonia* quondam luce Evangelica collustrata, rursus tenebris ignorantia obfuscata sub misera seruitute turcica, propter impietatem, verbi que contemptum; si nos *Scoti* iisdem coinquinemur peccatis, simile iudicium nobis certò expectandum, cum Deus æquè iustus omnibus existat: Aliorum exemplo sapiamus, verbum Divinum sit nobis singulari cura, fructusque vocatione cælesti dignos proferamus. Iam quid facit Apost. Consolatur, atque hortatur ad perseverantiam, constantiamque, in fide. *Obser.* exhortationes necessarie sunt etiam Ecclesijs constitutis, fidemque Christianam amplexis.

Venit

Venit in *Graciam*. *Vers.* 3. Cogitat in *Syriam*, sed retardatur, mutatque propositum, quod audierit insidias esse ipsi collocatas à Iudæis. *Observatio.* Singularis est Pauli amor in gentem suam conantis bono malum vincere, atque eam ad fidem Christi convertere, quo salutem, vitamque æternam in ipso percipiant. Nota etiam in Iudæis summam ingratitude, imò atrocitatem, quibus satisfieri non possit nisi sanguine, & Apostoli vita: sed Dei omnipotentis curam expende in serui sui conseruationem excubantis, atque in nihilum redigentis impium conatum Iudæorum aduersus Apostolum è viuis, vt illi volunt, tollendum: quem Iehova protegit, & ad eum tuendum fautores excitat. In Pharaonis curia Moysen in vita conseruauit Regis filia, in *Achabi Obadiah Prophetis* & nominatim *Elia* feruenti Dei seruo fauit, *Ebedmelechus Ieremia* sub *Zedechia*, & Christo extitere fautores *Nicodemus*, & *Iosephus*.

*Vers.* 5. Hi societate coniuncti, quorum nomina *vers.* 4. exprimuntur præeuntes expectant Apost. *Troade*, qui enauigant, *Philippis* post dies azymorum veniuntque, ad eos *Troadem* intra dies quinq; vbi agunt dies septem, *vers.* 7. Ibi tria præstat Apost. 1. concionatur ad mediam noctem. 2. panem frangit, id est, cœnam administrat. 3. *Euthychum* mortuum resuscitat, *vers.* 10.

*Vers.* 7. Occurrit temporis circumstantia. Primo scilicet, die *Hebdomatis*, ad verbum, primo die *Sabbathi*, id est *Dominico*. Ex hoc igitur, loco, & *1. Cor.* 16. 2. non male colligitur iam tum consueuisse Christianos, hoc die solemnes conventus agere, paulatim euanescente Iudaici *Sabbathi* caremonia: Christus sua resurrectione diem *Dominicum*, cuius habetur mentio, *Apoc.* 1. instituit: Apost. consuetudine confirmarunt, quæ nos legitime obseruamus, cum illius quietis sit complementum in resurrectione domini, quod vetus *Sabbathum* adumbrabat. *Obserua.* 1. dies *Dominicus* religiosis diuinisque exercitijs est destinatus; expende quoddam supplicium inflatum colligenti ligna die *Sabbathino*, in cuius locum surrogatus est dies *Dominicus*, & *Nehem.* 13. *Ierem.* 17. 2. *Observatio.* Nocturni cœtus per se damnari non possunt, nec debent, cum iusta eorum causa subesse possit, adde diligentiam Pauli esse eximiam, sermonem producentis in mediam noctem, & auditorum pariter curam, zelumque, qui libenter audiunt: hanc praxin trutinant auditores nostri, qui vix ac ne vix quidem vnã horam Ecclesia-

Ccc

stem



in an upper chamber the Apostles did break but not administer  
the sacrament in the Temple for Art. 4 they are credited for breaking  
not for giving 386

COMMENTARIUS. CAP. XX.

the sacrament  
in the Temple  
they gave  
to many  
after supper  
at a new  
extraordinary  
sacrament  
concomitant  
with the  
bread  
of the  
Temple  
supper  
in a  
chamber  
of the  
Temple  
supper  
in a  
chamber  
of the  
Temple  
supper  
in a  
chamber  
of the  
Temple

stem audire volunt, sed instar excommunicatorum absque pre-  
cum & benedictionis beneficio sese subducunt. 3. panem fuisse  
fractum ab Apostol. perhibetur, quo corporis Christi fractio in  
cruce significatur. Institutionis cenæ Dominicæ verba non sunt  
literaliter, vt ita dicam, accipienda, sed Sacramentaliter, atque si-  
gnificative, vide Ioan. 6. vers. 63. & vers. 35. 1. Cor. 10.

Vers. 8. Noctu lucent lucernæ. Quod nihil facit pro Cereis  
Papisticis, quæ lucere solent meridie, neque pro eorum pro-  
phana consuetudine facit Tabernaculi candelabrum, iam ab-  
solutum & significanter impletum à CHRISTO luce mundi, Ioan.  
cap. 8.

Vers. 9. Satan meditans offendiculo Ecclesiam turbare, præ-  
bet Paulo insignem occasionem Euangelij confirmandi. Etenim  
Eutychus somno oppressus profundo, sublatus mortuus à Paulo  
restituitur. *Observa.* Concionis tempore seria attentione, sanctisq;  
meditationibus somnus est profligandus, omnisq; socordia dis-  
pellenda. Ex restitutione. *Observa.* Vita nostra promanat à fonte,  
Dominoque vitæ Iesu Christo, adde miraculum euangelium esse  
animæ in peccatis mortuæ viuificationem per spiritum regenera-  
tionis in verbo gratiæ operantem: facessant illa excogitata, & fu-  
cata Papistarum miracula. Habes *Elia* ministerio, sed Domini po-  
tentia filium viduæ *Sareptana* in vitam revocatum, 1. Reg. 17. & 2.  
Reg. 4. *Sunamitidis* ab *Elisao*, quæ clarè indicant Dominum mortis,  
vitæque potestatem habere.

Vers. 11. Gustans panem, & diu collocutus ad diluculum rece-  
dit. *Observatio.* Sermones nostri temporis circumstantia circum-  
scribuntur, actionesque nostræ non vni alligantur loco: quæ nos  
admonerent nullam esse æternitatem in solis terrarum, nihilque  
esse perpetuum, sed obnoxia mutationibus, & vicissitudinibus  
omnia, proinde aspiremus ad cœlestia.

Vers. 12. Non mediocriter sunt refocillati nedum propter redi-  
uium adolefcetem, sed, etiam, quia hoc miraculo fides Euangelij  
est confirmata, Christi que regnum amplificatum. *Observatio.* Fide-  
lium proprietas est summopere gaudere, ob gloriæ divinæ in pro-  
pagato Christi regno coruscantis illustrationem.

Vers. 13. Perigre proficiscitur *Miletum*, ac primùm provehuntur  
Assos, illinc recepturi Paulum. *Assos* est civitas in Asiatico littore *Attar-*  
*lorum.*

CAP. XX. IN APOSTOLOR. ACTA. 387

lorum olim Colonia dicta, *Apollonia* *Plinio*. *Mytelene*, verò quo ve-  
niunt. *Vers. 14.* Vrbs in *Insula Lesbo* ad meridianam eius partem  
olim celebris vt apud *Horat.* laudabunt alij *Ephesum*, aut *Myti-*  
*lenen.*

*Vers. 15.* Veniunt cōtra *Chium*, quæ *Insula* est ex *cycladibus* vna  
inter *Samum* & *Lesbum* posita vino olim celeberrima, atque mar-  
more. *Samus* *Insula* est versus *Cariam* inter *Icariam* *Insulam*, & *Ephe-*  
*sum* littoralē, Patria *Pythagoræ* *Philosophi* *Parthenia* dicta, & *Anthimu-*  
*sia*, quod floribus sit delectata. *Trogellium* parua *Insula* in sinu *Basi-*  
*lico*. *Observatio.* Multiplices, atque variæ Apostoli perigrinationes  
sunt in regni Christi propagationem, sic invisiones diversorum  
regnum quibus plerique oblectantur, referri debent in perigri-  
nantium commodum, Ecclesiæque bonum: sed multi ijs reddun-  
tur deteriores, magisque in veritatem sinceramque religionem  
inflammantur.

*Vers. 17.* Altera cap. pars de actionibus Pauli *Mileti* præstitis. In  
hac oratione valedicit *Ephesina* Ecclesiæ, quæ quidem oratio com-  
plectitur narrationem, & conclusionem. In narratione conuoca-  
tis senioribus proponit in exemplum vitæ suæ innocentiam, offi-  
cij executionem, summamq; doctrinæ, præmonetque, quid sit ipsi  
euenturū, resoluitq; *Ierosolymam* proficisci, & aperte testatur se esse  
purum ab omnium sanguine, cum non subterfugerit annuntiare  
totum Dei consilium in eorum salutem. *Miletum* est oppidum in  
littore *Ionico*, vt scribitur 10. tantum miliaribus *Germanicis* distans  
*Epheso*, vnde nati perhibentur insignes *Philosophi* *Thales* *Milesius*, *Ana-*  
*ximenes*, hic colitur *Apollo*, qui eorum idiomate vocatur *ἄλιος*. *Mile-*  
*ti* Paulus sermonem habet conuocatis senioribus potestate Apo-  
*stolica*. *Observa.* Penes Ecclesiam est cœtum Ecclesiasticum coge-  
re vt supra probauimus. 2. *Observa.* Ecclesia Christi est *Ephesi* consti-  
tuta, vbi adsunt Pastores in verbo explicando, & applicando præ-  
sertim occupati, doctores verbi interpretes, & Presbyteri in dis-  
ciplina exercenda versati. Orationis Paulinæ initium est. *Nostis*  
*quomodo à primo die vobiscum fuerim, & seruietum Domino.* 1. Loquitur de  
officij sui functione, deinde de vitæ innocentia. 3. de officio. 4. de  
materia doctrinæ suæ, vt ista omnia in exemplū proposita imiten-  
tur in Dei gloriam, atq; Ecclesiæ bonum. Certè seruiuit Domino  
omnem quam potuit operā nauavit ministerio suo perimplendo.



*Observatio.* Omnibus incumbit Deo inferuire, vlt. *Iof.* Ego Dominusque patris mei. Et *Esther:* Ego, Ancillaque mea Domino inferuiemus. Et profecto seruire Deo, est vere regnare, Sed nobis Pastoribus attendendum præ cæteris, vt divino cultui in obeundo sacramento munere totos nos religiosè consecremus, neque vnquam nos patiamur voluntati hominum subijci in verbo veritatis annuntiando. Nam cum Apost. Si hominibus placere studuerimus, minimè futuri sumus serui Christi. 1. Virtus, quæ in Apost. vita est expendenda: est ταπεινοφροσύνη, id est modestia, aut mentis humilitas, Pastori apprimè necessaria, vt & Discipulis Christi commendata suo ipsius exemplo in suorum discipulorum pedum lotione exhibito. Et *Math.* 11. Discite inquit ex me, quia mitis atq; humilis sum. vide 2. *Philip.* de summa exinanitione Christi hanc ταπεινοφροσύνην sequamur, & fugiamus arrogantiam. 2. est Apost. cura multis lachrymis expressa, tanta sollicitudine capiebatur in Iudæorum salutem, vt omnibus quibus potuit modis eos conatus sit Christo lucrifacere, & ad fidem convertere. *Observatio.* Verè pij summo affici solent dolore in cognatorum suorum bonum. Optat Moses libro Iehouæ expungi pro Iudæis, *Exod.* 32. *Samuel* pro reiecto *Saule* luxit maximè quærelis coram Domino effusis, Christus cum *Ierosolymam* aspexit ignaram eorum omnium quæ ad pacem spectarent, fleuisse perhibetur, *Luc.* 19. & Paulus pro cognatis suis voluit à Christo separari, *Rom.* contrario planè modo affici consueuerunt à vita Dei, fideque Christi alieni. Simus nos συμπαθεις. 3. est Constantia, tentationibus quibus infestabatur, designata. Ratio tētationum, quòd Iudæi ipsi insidias struxerint, quòd eum ab officio præstādo, aut diuertere, aut retardare potuerit. Erat alijs multis tentationibus subditus, vt legere est 2. *Cor.* 12. vbi dicitur datum ipsi fuisse carnis stimulum, ne revelationum multitudine efferretur. *Observatio.* Nemo electorum tentationibus eximi possit quoad vixerit; proinde simus constantes in fide, præmium illud æternum gloriæ nimirum immarcescibilem coronam certissimè expectantes. vide *Luc.* 22. *Iac.* 1. 1. *Pet.* 5. quibus locis corona, & thronus, vt & salus, *Math.* 24. promittuntur. 2. *Observa.* Maxime laborat hic populus ingrati animi vitio, atque atrocitatis, qui subsistere nequit nisi Apostolo vita eripiatur. Impij in primo, aut secūdo impietatis gradu minimè subsistunt, sed pergunt donec

donec cyathum impleverint, peccata peccatis coaceruādo, diuinæ indignationis in ipsos effundendæ. Nostrarum autem partium erit præcepto Christi, Paulique exemplo malum bono vincere, atque quibus valemus modis atroces etiam hostes, si fieri possit, diuinā gratiā ad veritatē amplectandum adducere. In officio duo sunt obseruanda. 1. est fidelitas, nihil inquit subtraxeram. 2. est diligentia, Indicaui vobis, & docui publicè, atq; demonstratim, quo admonemur in negotio Iehouæ fidelitatem, & sedulitatem adhibere; rerum mundanarum anxiam sollicitudine, & administratione amandatā. vide *Math.* 25. de talentorum vsu, atque abusu. *Luc.* 12. de fido œconomo. *Obfer.* vt Apost. à Spiritu Sancto erat in omnem veritatem deductus, sic eam electo Dei populo patefecit, quam literis consignauit ad Ecclesiæ institutionem publicā, priuatamque.

*Vers.* 21. Summa doctrinæ Paulinæ est pœnitentia erga Deum, & fides in Iesum Christum Dominum nostrum, Atque hæc sunt præcipua Euangelij capita. Resipiscencia, de qua Apostolo sermo, est vera non qualis Cain, quæ fuit propter pœnæ non peccati sensum; Nec qualis Esau, cuius lachrymæ effusæ fuere instar olei in ignem iniecti, quibus magis ira Divina inflammabatur; Neque qualis *Achab*, quæ fuit temporaria; Nec qualis Iudæ, quæ cum desperatione erat coniuncta; Nec denique coacta, vt est eorum propter naturæ defectum, amplius peccare non valentium, sed ista cernitur partim in mentis illuminatione, partim in cordis conversione, atque dolore qui est secundum Deum, partim denique in vitæ emendatione. 2. est fides in Dominum nostrum Iesum Christum. Hæc verba designant duo de Fide. 1. quod fides sit cognitio. 2. quod etiam vim applicandi habeat: Etenim fidelis quisque cognoscit Deum Patrem in CHRISTO, paternamque misericordiam applicat. Proprium obiectum fidei est Christus Dominus noster Redemptionis iure: vinculo virtuteque fidei Christum apprehendentis omnium bonorum eius simus participes. In hac vnione spirituali videndum, quemadmodum nos Christo per fidem inserimur, ita etiam ipse Christus per Spiritum Sanctum nobis vniatur, quod cognoscemus, si ipse spiritus in nobis regnet, virtusque mortis eius sit efficax ad eneruandū peccatum, donec in totum aboleatur. Plerique dicunt sese Christo



per fidem esse insitos, quibus Christus minimè est vnitus, cum eius spiritu non regantur, vt ex ipsorū vita impiè acta satis liquet.

*Vers. 22.* Necessitas ipsi imposita adeundi *Ierosolymam*, Spiritu etenim impellitur vt eo proficisci eum oporteat, etiam ad vincula, & afflictiones. *Observa.* spiritu impellente sancto, atque duce omni excusatione seposita Divinum opus aggrediendum, atque persequendum, etiam cum capitis periculo, corporisq; atq; bonorum iactura. Expende colloquium inter Deum & Moysen, *Exod. 3.* *Ier. 1.* obtemperandum itaq; Spiritui S. in fide omni futuri discriminis ratione neglecta, illius Christi faminis simus nos Pastores memores. Qui animam seruare voluerit eam perdet, *Math. 16.* & quid si lucretur homo totum mundum, Animæ verò iacturam fecerit. *Obser.* Sors ministrorum verbi in fide, bonaque conscientia sacratum munus obeuntium est hæc, vt nimirum vinculis constringantur, atque afflictionibus exerceantur; expède in Prophetis, Apostolis, fidisque Dei seruis.

*Vers. 24.* Sententia Apostoli stat firma, nihili facit ista omnia, Imò vitam charam non censet, dummodo possit suum cursum implere cum gaudio. *Observ.* Vt nihil tam existit Apostolo charum, quam ministerij sacri functio, ita nos existimaremus nihil prædicationi Euangelij in quo Dei, Christi que gloria relucet in tota vita comparandum. 2. votum suum consequuntur, qui vnice optant, vt bene defungantur sua vocatione. expende locum 2. *Timoth. 4.* Cursum consumaui, &c. & certè gaudium sequitur ex bonæ conscientia testimonio, si perfungamur legitime vocatione nostra; neque deerunt nobis dona diuinitus vocatis, & ordinatis ad Domini opus peragendum. *Observ.* Muneris Euangelici functio consistit maximè in testificatione Euangelij gratia, quod sic vocatur, quia donum vitæ æternæ, quod Euangelio annuntiatum ratione nostri est gratuitum virtute meriti Christi in nos gratuito collatū. Multis insignitur Euangelium nominib. cōsolatione plenis: vocatur *Rom. 1. 17.* Dei potentia in salutem omni credenti, verbū reconciliationis, 2. *Cor. 5.* Brachium Iehovæ, *Isa. 52.* & Regnum Dei *vers. seq.* quæ omnia indicant insignia Euangelij effecta.

*Vers. 25.* Habetur prædictio, quòd non sint dehinc visari Apostoli faciem, quo dicto occasio flendi ipsis præberetur, vt post videbitur, alloquitur eos quibus transiens prædicauit Regnum DEI, quod

quod dici solet his in terrarum solis gratia, in cœlis verò gloria, vt est naturâ spirituale, ita est in animis electorum potentia Spiritus Sancti erectum, & stabilitum.

*Vers. 26.* Protestatio quod sit purus ab omniū sanguine, & propterea, si perierint, nullam in Apostolo culpam fore.

*Vers. 27.* Ratio, quòd ipsis omne Dei consilium annuntiarit. *Observ.* Ita nos in officio facièdo debemus gerere, vt nihil nobis diuinitus traditum gregi curæ nostræ commissū subtrahamus, vt si perierit, quod absit, pereuntis sanguis à nobis minimè requiratur. vide *Ezech. 3.* & 33. 2. *Obser.* Verbū Dei literis cōsignatū ab Apost. est suis partibus absolutum, proinde nullo modo ambigendum, quin omnia ad fidem, salutemque necessaria comprehendat, 2. *Timoth. 3. vers. vlt. 3.* *Obser.* Christianæ fidei professores hisce debent virtutibus exornari, modestia (scilicet). 2. cura graui. 3. constantia in bono. 4. fidelitate atque diligentia in functionibus suis. 5. resipiscencia vera ex fide manante, & quanquam ipsos maneat afflictiones, atque vincula, tamè minimè omniū fidem deserant, recolentes animis illud Apostoli, *Rom. 8.* & 2. *Timoth. 2.* si Christo compassi fuerint, corregeantur: nec non momentaneas has afflictiones æternum pondus gloriæ nobis conficere in Christo.

*Vers. 28.* Admonet Ecclesiæ *Ephesina* Episcopos, atq; Presbyteros, vt sint vitæ inculpata, atq; doctrinam sanam prædicent diligenter, atq; attentè. Exhortationem hanc rationibus munit, quæ quidem duabus constat partibus. 1. his verbis attendite vosmetipsos. 2. his, totumq; gregem. In ipsis requirit duo scilicet sanctā vitam, & inculpata. 2. doctrinam sanam. Episcoporum, & Presbyterorū vita priuata debet esse sancta, nec non publica, & domestica. Vide 1. *Timoth. 3.* Qui suam ipsius familiam regere minus nouit, quomodo gubernabit domum Dei, duabus vocibus complectitur Christus, quæ præcipua in Pastore requiruntur, nimirum salis, quò sanam *Math. 5.* doctrinam, atq; cœlestem sapientiam significat, & lucis, qua vitæ sancta, & inculpata conversatio denotatur. Si separentur ista, cauendum, ne quod vnâ extruimus, altera manu destruamus, multi in vitam nostram sunt intenti, proinde integritati daremus operā, ne habeat malignus mundus, quod meritò nobis impingat, sed vt bene etiā audiamus ab ijs, qui sunt foris. 2. *Gregem totum.* Cura nobis incumbit de toto grege iuxta illud, cognosce vultū gregis tui. *Prov. 27.*

*Observ.*



*Observa.* Nemo putaret sese eximendum verbi regulâ, virgâue disciplinæ Ecclesiasticæ, cum divinitus sit statutum, ut omnes per verbum informentur, & si delinquant, reformentur, in veritate etiam confirmentur, capitiq; Christo conformentur, in quo vitam gloriamque æternam fortiantur. Vide *Ier. 1. cap. vers. vlt.* 1. ratio est, ab authore vocante scilicet Spiritu S. Qui vos vocavit ad diligentem gregis inspectionem. *Observatio.* Legitima vocatio ad opus sanctum authorem habet spiritum Dei, quo qui destituuntur, currere dicuntur non missi, ut Pseudopropheta, apud *Ierem. & Ezech.* 2. *Observatio.* Episcopus idem qui Presbyter re, & ratione. Etenim quos paulo ante vocavit Presbyteros, iam eisdem vocat Episcopos, vox itaque Episcopi non est dignitatis aut prælationis supra fratres, aut autoritatis, sed est officij, atque commune omnibus legitime vocatis, ac ordinatis, sacro ministerio fideliter prudenterque fungentibus: Sed, quam sint abusi Episcopi nomine mortales quidam ad stabiliendam, & exercendam tyrannidem in Ecclesiam Dei, satis cognitum viris doctis ac sapientibus, quâ quidem tyrannide (Deo in solidum gloria) exempta & libera remansit Ecclesia *Scotiana*, freta verbi *παρρησία*, atque libertate divinitus concessâ, quam faxit præpotens ille Dominus sartam tectam retineat, & ad posteros illibatam transmittat. 2. ratio est à fine ordinationis. Et est *ποιμάνειν τὴν ἐκκλησίαν τῷ θεῷ*. Duo hic innuuntur. 1. est: verè docere, & diligenter. 2. prudenter regere. Rex ab Homero vocatur *ποιμὴν τῷ λαῷ*. Christus hæc nobis commendavit, *Io. 21.* vbi trinis vocibus iniungit Petro, imponitq; hoc onus, Petre, amas me, pasce oves meas. Vide *1. Pet. 5.* 3. ratio: à dignitate Ecclesiæ, quam Deus suo sanguine, per *κοινωνίαν τοῦ ἰδίου αἵματος* dicitur acquisivisse. Attribuitur Christo *θεοῦ ἰσοπέφυκτος* in concreto ut loquuntur, quod humanæ naturæ duntaxat est proprium, cuiusmodi est & illud, *1. Cor. 2.* vbi dicitur, Dominum gloriæ non crucifixissent, cum crucifixio in Deum propriè non cadit. *Observatio.* Redemptionis Ecclesiæ *λύτρον* est sanguis DEI: peccatum itaque opinione mortalium exigui momenti, Dei patris æstimatione, est maximi, cum expiari non potuerit, nisi sanguine filij DEI, cuius merito justificatur, cuius virtute sanctificatur, ut tandè plenè glorificetur Ecclesia quæ propriè ad Deum spectat: & proinde nemo in Ecclesiam potestatem usurparet. *Observatio.* Hic sanguis purgat omne

## CAP. XX. IN APOSTOLOR. ACTA

omne peccatum, *1. Ioan. 1.* ex quo manat vita electis & reconciliatio cum Deo patre, *Colos. 1.* Purgamur ergo, atque plenè lauamur in fonte illo domui Davidicæ recluso ab omni naturali immunditie, atque peccato actuali, *Ezech. 13. 1.*

*Vers. 29. 4.* Ratio à necessitate. Hostes enim irrepent in Ecclesiam ergo duo statuuntur hostium genera. 1. est irrepentium in Ecclesiam Dei *Ephesinam* hoc *vers. 2.* ex ipsa Ecclesia, qui exorientur, si nanciscantur occasionem: atque hos vocat lupos, qui gregi minime parcent: eodem vocantur nomine à Christo, *Mat. 10.* ad vos venient pellibus ovinis tecti, intus tamen sunt lupi voraces. *Observatio.* Fas est nobis falsos doctores, atque hypocritas talibus nominibus appellitare, fecere Propheta, *Ioan. Baptista.* Christus *Herodem* vulpè, *Luc. 3.* & Apostoli ergo ne sinamus nos hac *παρρησία* priuari. 2. *Observa.* Fuere, atque sunt in Ecclesia Dei hypocritæ falsa pro veris obtrudentes in summam fidelium iacturam: ne offendamur, continuabitur bonorum atque malorum, syncerorum & hypocritarum permixtio, donec iudex mundi Dei filius aduenerit in gloria ad faciendam tritici, paleæque separationem, vide *Mat. 13.* & *1. Cor. 5. 5.* ratio est à suo exemplo. Tres annos versatus est Apost. apud *Ephes.* quibus non intermisit dies, & noctes etiã multis cum lachrymis eos admonere. Ergo. *Observa.* Hanc summam Apost. diligentiam, fidelitatem ac operam collocatam in munere sacro obeundo imitemur, nosque totos spartæ, quam nacti sumus sanctæ ut ita dicam, dedamus exornandæ.

*Vers. 32.* Precatione, & optatione claudit primam partem exhortationis commendans eos Deo, verboq; gratiæ, id est, Euangelio, quo velit eos instrui, atque regi seclusis omnibus operibus, simul etiam monet Deum posse superstruere, & dare ipsis, quod hæreditatis iure possideant cum sanctificatis omnibus. *Observa.* Tota laus exedificationis Ecclesiæ est tribuenda Deo. Expende *1. Corint. 3.* & *Psal. 127.* vbi dicit *κληρονομίαν* daturus est Deus, duo notare vult. 1. est hæreditatem ipsis esse designatam, atque paratam merito Christi, quæ quidè, *1. Pet. 1.* vocatur immortalis, incorrupta, quam quidem Sanctus ille David præ rebus omnibus delegit, quæ nos in cœlis manet. 2. est Dei donum, *Rom. cap. 6.* vita æterna vocatur *χαρίσμα τῷ θεῷ* qua quidem donandi sunt electi soli Christi sanguine, & gratiâ sanctificati.



*Vers. 33.* Dehortatur ab avaritia, & hortatur ad benevolentiam erga infirmos ostendendam, concluditque hunc sermonem precibus, summi amoris osculo indice Apostolum ad nauim deducunt. Designat hoc *vers.* tria obiecta cordis auari, scilicet 1. aurū. 2. argentum. 3. vestitum, Plerique hæc appetunt animo longè alio præditi, quam *Samuel* ille Propheta Dei, qui ne quidem populi asinum, bovemve accepit vir integer, 1. *Sam.* 12. Alia fuit *Gehasi* mens, qui pecuniam, & indumenta à *Namane* accepit, sed à Deo inflictam lepram avaritiæ mercedem, 2. *Reg.* 5. necnon *Achams* lapidibus cum suis obruti, qui rem surripuit excommunicatā, *Ios.* 7. deniquæ *Iuda* proditoris, qui sibi mortem consciuit. De avaritia omnium malorum radice, vide 1. *Timoth.* 6. & quod vocetur idololatria, *Eph.* 5. & *Col.* 3. quam auersemur, & fugiamus Pastores nos ecclesiæ Dei, cum nullum existat officium tam sanctum, quod non violarit, ac comminuerit: ecclesiæque Dei plurimas non solum turbas dederit, sed summum detrimentum, imò perniciem attulerit.

*Vers. 34.* ostendit qualem operam nauarit, vt sibi ipsi sufficeret necessariā, alijsque cum ipso versantibus. quod manibus laboraverit & tentoria fecerit, vide *Act.* 18. de hac re supra. ad eum locum lectorem remittimus. *Observatio.* Viri boni, & fidelissimi Dei serui, rerum penuria nonnunquā laborant, vt videre est in  *Davide*, in exilio versanti, cum misit ad durum illum *Nabalem*, & in *Eli* à coruis enutrito. 2. *Observ.* Vfus bonorum hic esse debet, vt non solum nobis, sed alijs etiam Christi membris leuandis commodemus.

*Vers. 35.* ad benevolentiam in infirmos ostendendam. *Obser.* debemus opitulari infirmis, & pauperib. quod cedit in nostrum commodum, cum qui dat pauperi sceneretur Domino, *Prouer.* 19. & iterum; qui egenis dat non egebit, *Prouerb. cap.* 28. & *Eccles.* 11. Projice panem tuum super aquas, & multo post eum reperiēs: & *Isai.* 58. Ciba esurientem, domumque tuam deduc vagantem, sic lux tua erumpet, vt meridies; Iustitia tua te antecedit, & Dei gloria te complectitur: Expende quod habetur *Math.* 25. circa cap. finem, de cura, neglectuque pauperum. Verba hæc Christi nomine laudata *μακάριον ἔστι δίδοναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν* ab Apost. totidem simul non leguntur in sacris: Verum summa colligi potest ex varijs scripturæ locis, & nominatim ex *Math.* 10. *vers.* vlt. Qui vni horum dederit

dederit potum frigidæ, non carebit mercede: & alijs citatis locis.

*Vers. 36.* Concludit hanc admonitionem precatione gestus, &c. Decumbit flexis genibus, vt *Ephes.* 3. & ipse Christus coram Patre est humiliatus. Inter precandum ergo & corporibus, atque animis prosternamur, & in fide precemur, vt iuxta voluntatem divinam petita impetremus. Supra attigimus varia eaque insignia piorum precum effecta, vide *Exod.* 17. & 32. *Ios.* 10. *Isa.* 38. *Math.* 15. *Iaco.* 5. *Observ.* cum Pastore congregati fideles orarent, vt facta quasi omnium precum coniunctione magis glorificetur Dominus, & petita consequamur per Christum.

*Vers. 37.* Magnus fletus ortus est. *Observ.* Euangelij professores non sunt *ερασις* vt Stoici, sed sensu mutuo tanguntur; Et Euangelium non tollit affectus, sed temperat. 2. est, ruunt in collum Apost. atque eum osculantur: atque hoc osculo sacram cordis affectionem testantur, non est instar *Ioabi*, qui osculo dato *Amasiam* occidit; nec *Iuda* proditoris, qui Magistrum prodidit. Sed profiscitur hoc osculum à fide, atque charitate. *Observ.* grex amantèr affici debet erga suos Pastores, vt habetur 1. *Thes.* 5. singulari amore eosdem complecti debet. Longè aliter *Dathan*, *Core*, & *Abiram*, à terra absorpti in Moysen sunt affecti; & seditiosi illi ciues *Geneuenses* malè animati in *Farellum* & *Calvinum* piissimos & doctissimos viros, quos illi quatuor seditionis authores vrbe *Geneuensi* eiciendos curarunt, qui tanti sceleris singuli post pœnas dederunt, vt legere est in *Calvini* vita per *Theod. Bezam* scripta, & causa extitit admodum exigua tanti facinoris patrati in illos eximios Dei seruos, nimirum quod panem azymum in Coena Domini non libenter tolerarint, festorumque dierum obseruationem. *Observa.* Viri synceri nihil admittunt sine divini verbi testimonio.

*Vers. 38.* Tristantur, atque ad nauim deducunt. Nota honoratum iri eos qui lehouam honorauerint. Reliquum est vt in fide perseueretis, Pseudodoct. caueatis, à Deo enixè contendatis vt verbo gratiæ sanctificemini, Auaritiam vitetis, liberalitatem sectemini, precibus incumbatis, amore fidos Christi seruos sequamini, quæ omnia Dominus vobis largiatur per Christum, cui cum patre Spirituque Sancto sit omnis gloria, honor, & Imperium.



## CAPVT XXI.



O C Cap. complectitur duas partes. 1. indicatur, quibus itineribus Paulus *Mileto* profectus sit *Ierosolymam*, & quænam memorabilia inciderunt. 2. quid *Ierosolymus* egerit, & passus fuerit. *Observatio.* Perstringimus, vt supra Apostoli sedulitatem, & fidelitatem in officio obeūdo, quotiescunque offertur occasio huius notæ, vt

hinc discamus nos Pastores ministerium diligenter, & officiosè, implere quod à Domino accepimus: fecit Apost. vt ipse testatur verè, Euangelium ab *Ierosolymis* ad *Illyricum* abundare, etiam summo cum vitæ discrimine: hanc praxin conemur imitari ἀποστασας avulsos. Nota in hisce Pauli comitibus ecclesiæ *Ephesina*. Senioribus veræ fidei effectum, scilicet Amorem singularem, quo sunt Apost. prosequuti, quo libenter non sunt passi nisi auulsum Paulum discedere, cum apud eos tres annos versatus Euangelij prædicatione Ecclesiam plantauerit: Iam officij admonet, proinde ab ijs facessere non potuit sine dolore. εὐθυδραμεν. Qui bonum habent propositum regni Christi propagandi, sic à Deo diriguntur, vt rectè pergant quo instituunt, bonoque fruuntur successu: Et primùm perueniunt *Coom*. *Coos* alias *Cœa* Insula in mari *Ægeo* ex *Cycladibus* vna *Apelles* insignis pictor, & *Hippocrates* nobilis medicus ibid. oriundi. *Astypolia* etiam dicta fertilis, & vino abundans, *Strabo* 14. *Rhodus* insula in *Licio* mari eloquentiæ studio, & arte nauali celebris, à *Doribus* originem habens, *Strab. lib. 14.* *Patara* vrbs *Lycia* recensetur inter maximas vrbes à *Strab. lib. 14.* Ibi *Apollinis* templum. Et quia hic fingunt *Apollinem* oracula dedisse, dictus est *Apollo Pataraus*, *Cyprus* insula inter *Cilicia*, & *Syria* littora olim 9. Regnorum, Præteruecti naui hanc inveniunt, vt in *Phœniciam* navigent. Nota.

*Vers. 2.* Promouendo operi suo Dominus media offert.

*Vers. 3.* Deuehuntur *Tyrum*, quæ est metropolis *Phœnicum*, cuius mercatores à Propheta vocantur Principes, *Isa. cap. 23.* & Propolæ Nobiles mundi. Hic *Origines* est sepultus, Et *Fredericus Barbarossæ* mortuus.

*Vers. 4.* Permanent *Tyri* dies septem inventis Discipulis fidem Christi

Christianam amplexis, qui prædicebant per spiritum, quæ pericula imminerent Paulo, illud quidem vt Propheta, at humanâ affectione illum deterrebant, ne *Ierosolymam* proficisceretur. *Obser.* Donis diuinis pollentes naturalibus affectionibus non vacant, & certè mortalium nemo omni ex parte ita est regenitus, quin corruptæ naturæ aliquid in hac vita in ipso sit reliquum. *Tyris* vrbs fuit multis sceleribus inquinata, vt ex Christi dicto liquet *Math. 11.* nihilominus tamen hic sunt Discipuli ad fidem Christianam conuersi iuxta Prophetiam de *Tyro* ab *Isaia* æditam. 23. vbi merces *Tyria* futuræ sint *Iehovæ* sacræ, & *Psal. 45.* *Tyri* filia donis ornata aderit in ecclesia. Quæcunque ergo de gentium vocatione à Prophetis sunt prædicta, certum est impletum iri. Secundum est in hoc vers. Discipuli dicebant Paulo per spiritum ne ascenderet *Ierosolymam*. Quæras quomodo hæc inter se conveniunt? Vincitum se spiritu dicebat Apostol. cap. 20. qui *Ierosolymam* pergeret, nunc quomodo spiritu prohibetur? *Resp.* Nulla hic repugnantia. Apost. quidem spiritus impulsu necessario proficiscitur *Ierosolymam*, hi verò discipuli eodem spiritu intelligentes vincula, atq; afflictiones eum ibi manere dissuadere conantur singulari amore in Apostol. sed ignari existunt propositi diuini. Propheta futura nonnunquã prædicunt, sed ignorare possunt Dei institutum, vt *Ionas*. Cognovit *Niniven* evertendam, at diuinum propositum non est plenè assequutus. *Observatio.* Verus hic in Apostolum existit discipulorum amor, tametsi nitantur Apostoli cursum retardare, qui horum prædicatione, & præmonitione ad crucem tolerandum præparatur.

*Vers. 5.* Discedit, & non obtemperat discipulis, vbi habes constantiæ exemplū in Apost. qui cum capitis etiã periculo pergit ad officium præstandum. Sic *Abrahamus* patriam deseruit, & sequutus est Dei vocantis vocem in fide: expède infælicem illius Prophetæ interitum seducti ab alio Propheta ad edendum contra mandatum *Iehovæ* *Bethelæ* consumpti, atque attriti à *Leone*, 1. *Reg. 13.* Discipuli, Apostolum cum vxoribus & liberis concomitantur: vbi obserua humanitatis, & charitatis exemplum. Charitas ergo est benigna, non agit perperam; non inflatur; non cogitat malum, 1. *Cor. 13.* & denuò obserua honoratum iri eos, qui *Iehovam* honorarint, 1. *Sam. 2.* & ait Christus, qui patrem, matrem, vxorem &



liberos mea causa reliquerit, atque Euangelij, centuplum recipiet hic cum persecutionibus, sed mundo futuro æternam vitam. 2. *Obser.* Horum discipulorum familiarum sunt religiosè institutæ in pietatis, atq; charitatis officijs. Longè ab similes hi sunt pueris Prophetæ *Elifæo* illudentibus, ex quibus ab apris silua egressis 42. sunt absumpti. Quod agunt, est. Positis genibus precantur, vide quæ diximus in hæc verba sup. cap. Addimus hoc in loci circumstantiam (*scilicet in litore*) ubiq; precandum esse, neque hanc piam actionem certò loco esse astringendam, cum fideles ubicumq; versentur, sint Spiritus Sancti templa, in quibus possent Deo patri mediatoris vnici noui fœderis filij Dei Iesu Christi nomine preces nuncupare, fa- cessat illa aduersariorum opinio de quorundam locorum singu- lari sanctitate, de quæ precibus certis locis alligandis, cum sub E- uangelio liceat Christiano, ubi commode potuerit precari. Vide verba Domini nostri, *Ioan. 4.* addo in praxin, atque imitationem nostram non pudere eos publicè fidem, ac religionem profiteri.

*Vers. 6.* Mutuo sese amplectuntur. Consuetudo hæc obtinuit sancta, & vetus, vt fuit illud osculum sanctum de quo *Apost.*

*Vers. 7.* Perueniunt *Ptolemaida*, quæ est *Phœnicia* vrbs maritima, ubi fratres in Christo salutant, vnumque diem apud eos manent. *Obserua.* Salutandi ratio inter Christianos est probata, sed viden- dum ne salutemus vt *Ioab*, qui *Abnerum*, *Amasamq;* amicitia specie occidit, *1. Reg. 20.*

*Vers. 8.* *Cæsaream* veniunt non illam, quæ est *Philippi*, nec quæ est in *Cappadocia*, cuius Episcopus fuit *Basilus Magnus*, sed quæ dicitur turris *Stratonis*, extructa in gratiam *Cæsaris Augusti*: Ingrediuntur domum *Philippi* Euangelistæ vnus è 7. *Diaconis*, qui Euangeliū annuntiauit *Samaritanis*. Euangelista medium quasi locum inter *Apostolum*, & *Pastorem* occupabat, quo nomine insignitur *Timotheus*, *1. Timoth. 4.* Hic *Philippus* habebat. 4. filias dono pro- phetandi instructas, i. quæ divina inspiratione, & revelatione fu- tura calleret prædicere, *Ioelis* Prophetia partim impleta, *Ioel 2.* *Obserua.* *Philippus* vxorem habebat, & familiam piè institutam, ergo *Pastoribus* fas est vxores habere, & cõiugium minimè est vocan- dum pollutionis nomine, vt dixit *Papa Sirinius*. Vide *Heb. 13.* *Pasto- rumque* familiarum sunt piè erudiendæ, expendamus *Abrahami* pra- xin, *Genes. cap. 18.* promissumque divinæ gratiæ continuandæ, &

contra,

contra, quid *Eli* suisque filijs evenerit divino iudicio.

*Vers. 10.* Habes prædictionem *Agabi* Prophetæ de *Paulo Ieroso- lymis* vinciendo. Hic *Agabus* cap. 11. prædixit famem in vniuerso orbe futuram, & evenit tempore *Claudij Cæsaris*. Atque hoc quod est eventurum *Paulo* per signum indicat iuxta morem propheti- cum, vide *Isa. 20.* *Ierem. 13.* de cingulo. 19. de vase testaceo. 28. de jugo, *Ezech. cap. 12.* de professione parietis domus suæ, vnde *sarcina* exportat, significante populi deportationem in *Babylonem*. *Observatio.* *Servorum Christi* maximè fidelium hæc est sors nimi- rum vinculis constringi, atque persecutionibus, afflictionibusque subijci.

*Vers. 12.* *Persistunt* in dissuadèdi proposito, satis amanter agunt, haud dubiè, sed divinum opus conantur præpedire, vt & *Petrus*, *Math. 16.* ostenduntque fletibus syncerorum animorum affectum, quibus *Apost.* *vers. 13.* quid facitis flentes, & comminantes cor meum. *Observatio.* *Christiani* non sunt ἀπαθείς vt *Stoici*. *David* εἶργον cum *Abalomum* filium audiuit fuisse occisum, fleuit amare, vocibusque repetitis amorem in filium est restatus. Sed audia- mus *Apostoli* responsum, non solum sum paratus vinciri, sed pati pro *Christo*. Vox *Christiano* homine, & fido *Dei* seruo digna, si ferat divina voluntas, cur non pro divini nominis gloria in euan- gelio lucente volentes pateremur, sicuti martyres multi. Vt lege- re est in *Histor. Eccles.*

*Vers. 14.* *Divinæ* voluntati acquiescunt, & dicunt fiat voluntas Domini: cogitationes, actionesque nostræ referri debent ad divi- nam voluntatem, atque in ea conquiescere. *David* cum fugisset à facie *Abalomum* filij, dixit, si inveni gratiam in oculis *Iehovæ* reducet me, sin secus, fiat voluntas Domini. In hac voluntate divina nobis acquiescendum etiam in hoc deplorabili, & deplo- rando siue conamine, siue praxe, de quo dicendum nihil, nisi præeunte veritatis luce, tantum sanctè revereamur iuxta *D e i* iudicia.

*Vers. 15.* *Ierosolymam* proficiscitur. Per significationem notemus nobis in cœlestem *Ierosolymam* pergendum, ubi vita, atque gloria ornati semper sit vincendū: & nos in his terrarum solis non ha- bere civitatem promanentē, quæramus in fide eam, quæ supra est.

*Vers. 16.* *Itineris* socij sunt *Cæsarienses* nonnulli. Et *Mnason* *Cyprinus*



Cyprius antiquus discipulus. Apost. hospes. *Observatio.* Verè fideles & Christiani nolunt deserere fidos Christi seruos in periculis versantes; & electorum fides est charitate efficax Apost. à Mnafone hospicio excipitur verum amorem testante, atque alacritatem in hoc officij genere præstando notat. *Vers. 14.* Vbi habetur fratres eos libenter excepisse.

*Vers. 18.* Paulus vna cum alijs introijt ad Iacobum, & omnes Presbyteri adfuerunt, hic Iacobus extitit Ecclesiæ Ierosolymitana Pastor. *Observatio.* Dominus noster regnat singulari privilegio in medio inimicorum. Tametsi multi fuerint ibidem hostes veritatis, nihilominus princeps salutis nostræ suum habet thronum, Ecclesiamque ex Pastoribus, doctoribus, atque Senioribus disciplinam exercentibus constitutam, qui amplexu mutuum amorem declarant.

*Vers. 19.* Exponit quid Dominus per ministerium fecerit. *Observa.* Propagati regni Christi gloria est Deo in solidum tribuenda, 1. Cor. 3. Ego plantaui, Apellos rigauit, sed Dominus dedit incrementum, & 15. non ego sed gratia Dei mecum. 2. *Observatio.* Ministerium est diuinitus institutum ad propagandum Christi regnum, cuius administratores sermonem haberent de rebus ad ædificationem spectantibus.

*Vers. 20.* Deum glorificant. *Observa.* Omnium actionum accventorum hic debet esse scopus, vt Dominus glorificetur in operibus iustitiæ, misericordiæque suæ, quæ quidem hic cernitur in tot Iudæorum per Euangelium conuersorum ad fidem Christianam conuersione. Alterum est in hoc vers. quid de Paulo Iudæi Ierosolymitani audierint nimirum, quod docuerit Iudæos inter gentes, ἀποσασίαν à Moyse, atque, ne circumciderent filios, neq; iuxta Ritus Mosaicos viuerent. Apostolus legem Mosaicam per Christum impletam docuit fuisse abrogatam, circumcisionem quoque, quia id impletum, quod per eam significabatur, atque in eius locū Baptismus à Christo sit surrogatus. *Observa.* Religio prisca Iudæorum non facile antiquatur, & Papismus sine omni veritatis sue dæmneto quorundam animis insitus nequit extirpari, consuetudo mala evadit in habitum, qui facile non possit elui. Sed obsecuemus, semper sinceræ Dei veritati locum esse dandum, & non prauæ antiquitati.

*Vers. 21.*

*Vers. 21.* Consilium Presbyterorum Apostolo datum, quo Iudæorum mentes offensæ tranquillentur. Et hoc est, vt cuidam ritui ab ipsis obseruato, nimirum purificationi sese accommodet: dicit esse viros quatuor habentes votum, id est voto obnoxios. His assumptis vult Apostolum sanctificari cum eis, atque addere ad eorum sumptus, vt radant capita, vt omnes norint nihil esse eorum quæ de te fama acceperunt, sed te quoque esse legis obseruatorem. 1. optat Apost. consecrari. Hic de impuris non agitur, sed de ijs, qui Nazareatus voto essent obstricti. Iubetur Apost. addere ad eorum sumptus, vt non tantum interfuisse, sed præfuisse videatur; & postea dicitur Paulus dies purificationis denuntiasse: & quamuis in Nazareorum oblationes essent sumptus decreti, licebat tamen ijs aliquid adijcere. *Observatio.* Hic purificandi ritus purgationem fidelium à peccatis per Christi sanguinem adumbravit, 1. Ioan. 1. de voto Nazareatus, vide Num. 6.

*Vers. 25.* ostendit gentibus ad fidem Christi conuersis non esse concessum, vt hunc ritum celebrent, sed ipsis esse imperatum statuto Concilij Ierosolymitani, vt idolothytis, suffocato, sanguine, & fornicatione abstineant. De quibus supra cap. 15.

*Vers. 26.* Purificat se Apost. Quæritur an hoc iure fecerit. *Resp.* Iudæorum infirmorum rationem habuit, vt & prius, cum Timotheum circumciderat, & caput Cenchrea totonderat, hoc facit vt infirmis nuper ad Christi gratiam vocatis consulat, qui nondum plenam libertatis Christianæ cognitionem sunt assequuti: accipe etiam huius purificationis finem fuisse gratiarum actionem, Ecclesiæque ædificationem, cuius quidem maior habenda est ratio, quàm ritus purificationis. Cerimoniarum legalium ante Christi filij Dei ἐνοχρωσιν Divina institutione vsus extitit necessarius, post incarnationem, quadantenus tolerabilis infirmorum ratione, sed iam in ecclesia constituta atque in fide cõfirmata, nullo modo tolerandus, nec retinendus. Paulus denuntiat purificationis dierum expletionem, vsq; dum oblata suit pro vnoquoq; eorum oblatio: hæc expletio significanda erat Sacerdotib. Etenim quo die fiebatur Nazareorum votum offerenda erant sacrificia.

*Vers. 27.* Vide quid patiatur Apost. nimirum persecutionem à Iudæis totam turbam concitantibus. *Observa.* Zelo præpostero inflammati confusionis, atque magnorum scelerum existunt auctores,

E e e thores,

The Paul had not vowed or fulfilled a Nazareatship himself yet he might contribute with them, and they be partakers of his charge about the sacrifices. H-A UN Num. 6. v. 18



thores, & qui maximè Dei seruis fauerent, & patrocinarètur, summi plerumque sunt, & grauissimi inimici; expende in Davidis aula *Achitophelis* & *Absolomi* filij conpirationem: Iudæ aduersus Christum prodicionem, & hîc, Iudæorum in Paulum machinationem per turbæ concitationem. *Observ.* Satanæ vafrities est hæc in suis, particulare, vt ita dicam, efficere causam communem, atque ita atrocitatem obtegere, vel religionis, vel boni publici specie. At quid agunt. 1. manus in Apost. iniiciunt. 2. auxilium implorant etiam ob vnius hominis apprehensionem. 3. accusant, & accusationis capita sunt tria: & loquitur, inquit, contra populum, quod est falsum, cum populi salutem in Christo diligenter atque sollicitè quæsierit. 2. contra legem, non moralem quidem, quam sentit seruandam, vitæ obedientiæ, gratitudinisque nostræ in Deum regulam. Cerimonias dixit esse abrogatas, & Christum esse patefactum, in quo salus & vitæ æterna peti debeant. 3. contra locum, qui asserit verum cultum Dei loco non esse alligatum. Omnis terra, quam occupant fideles, est *Cananaa*; omnis civitas *Ierusalem*, omnis familia, *Sion*: Christianus quisque, Templum spiritus sancti, locusque in quo, & ex quo celebretur Dominus, & adoretur, *Ioan. 4.* Quartum quod Apost. impingitur, est, quod polluerit locum istum sanctum, græcosque in templum introduxerit, viderant enim *Trophimum Ephesum* in vrbe cum eo. *vers. 29.* *Observa.* Superstitiosi & videri volentes religiosi, in externis obseruationibus ac ritibus autumant Dei cultum consistere: locaque in sese esse sancta, cum locis nullis insit sanctitas naturâ, & si locus vllus feratur sanctus, id quidem propter Dei præsentiam. vjde *Exod. ca. 3.* Papani, veritatis hostes, magnam statuunt religionem in locis, alijque circumstantijs. 2. *Observ.* Atroces seruorum Dei hostes, gradibus quibusdam ascendunt in sæuitiæ culmen. Nam crudeles isti ostio templi clauso, nituntur Apostolū trucidare, sed divinâ gratia ipsi invigilante, in vita conseruatur, & reseruatur ad opus Domini peragendum; quo peracto, atque vocatione impletâ martyrio coronatur. Nihil possunt vel truculentissimi in CHRISTI seruos, antequam ministerij cursum diuinitus designatum compleverint.

*Vers. 31.* Habetur Pauli liberatio. Truculentus eorum conatus divinâ potentiâ coercetur, per tribunum cohortis. *Observatio.*  
Dominus

Dominus inter prophanos invenit, qui impios impiorum conatus præpediant, adestque suis in rebus maximè arctis. Expende liberationem & conseruationem Davidis in summo vitæ discrimine versantis, cum apud *Zicklagum* lapidibus eum obruere statuissent. In *Ezechia* protectione cincto exercitu *Sinnacheribi Regis Assyriorum*, *Iehosaphati* ab *Ammonitis*, *Moabitis*, & *Seiranis* coniuratis, 2. *Cron. cap. 20.* & tandem in admirabili illa exemptione populi Iudaici ad necem designati, crudelissimi *Amanis* opera, *Esth. cap. 3.* 4. In periculis itaque cum versamur, recurrendum nobis ad thronum diuinæ gratiæ, atque potentiæ: vbi in tuto collocabimur.

*Vers. 32.* Cum vident tribunum, cessarunt verberare Paulum. *Observa.* Magistratus autoritas ita agnoscenda, vt, quo præsentente scelerosi à facinoribus patrandis desistant.

*Vers. 33.* Iuxta Prophetiam *Agabi* vincitur Apost. *Observ.* Verbum Iehovæ per Prophetas annuntiatum semper implebitur, vtcunq; nullitet in contrarium infidelitas, & peccator iuxta verbum Diuinum etiam 100. annos natus, maledictioni subiacebit, *Isai. 65.* 2. *Observ.* Plenè Apostolus non liberatur. est sors piorum, vt cruce, atque afflictionibus non omnino eximantur: verum dispensatione diuinâ afflictiones existunt remissiores. 3. *Observ.* Iste Tribunus non vult eum damnare indictâ causâ, donec & audiatur, & intelligat, quid fecerit: hæc praxis omnibus Magistratibus imitanda.

*Vers. 34.* Cum nihil certi propter turbam cognosci possit, iubetur duci in castra 37. Propter violentiam turbæ portatur à militibus. *Observ.* Concitata turba sine ratione prorsum furit: nullo modo atrocitatis facto, atque insanix. 2. *Observ.* Providentiâ Dei arcana inter perditissimos pijs & fidelibus incumbit: vt hîc videre, atque alibi; Clamant enim isti rabidi, tolle eum; At non id dixit Dominus, qui vult seruum suum ministerium implere, antequam è medio tollatur.

*Vers. 37.* Petit à tribuno, vt ipsi liceat loqui. *Observa.* Bona causa iniquè accusatis animos addit. *Cicero* cum dixit pro *Milone* visis *Pompeianis* militibus contremuisse fertur, longè aliter afficitur Apost. spe, & æquitate bonæ causæ, quæ facit magnanimum. Dicit Paulo tribunus, nosti græcè? Deinde.



*Vers. 38.* Nonne tu es Ægyptius ille qui ante hos Dies ad seditionē concitasti, & eduxisti in desertum. 4. millia sicariorum? De isto Ægyptio, qui 30. millia hominum coegit, vide *Ioseph. lib. 2. cap. 12.* de bello Iudaico. Porro utitur sicariorum nomine græcè loquens græca tamen inflexione. Sicarius autem à sica dicitur. *Observatio.* Prophani homines sinistram de seruis Dei fidis opinionem habent. 2. *Observa.* Extitere semper seditiosi, qui novos motus querant, atque conversiones rerum bene constitutarum, si res gerantur malè optanda mutatio, & medijs legitimis fælicior status Ecclesiæ, atque reipub. procurandus.

*Vers. 39.* Paulus quis sit planè fatetur, & vnde oriundus, celebri scilicet civitate *Tharso* in *Cilicia.* *Observatio.* Omnis dissimulatio fugienda maximè in causa religionis.

*Vers. 40.* Paulo venia conceditur, atque loquitur lingua Hebræa dicens, ut sequitur seq. cap. *Observa.* Licet uti Apologia non solum sacro officio ornatus, sed Christianis ne impiè, atque iniuste damnentur, & sic veritati præjudicium afferatur.

## CAP. XXII.



**C**APITIS partes sunt duæ. 1. habetur Apost. sermo. 2. sermonis eventa. Oratio complectitur exordium, & narrationem. In exordio benevolentiam, attentionemq; captat tribus nominibus Iudæos compellans. 1. virorum. 2. fratrum. 3. patrum. 1. admonet quales naturâ sumus, tantum viri corrupti, tametsi etiam hac voce virtus denotari possit. 2. indicatur fœlix nostra omnium cōditio, quod sumus fratres in Christo, Christi q; fratres, filij q; Dei per gratiam hæreditatis illius cœlestis, vitæ æternæ ibi atque gloriæ participes. 3. ostenditur reverentia quam ipsis defert. *Observa.* Honos deferendus, quibus oportet, *Rom. 12.* Petit audiri; concedunt.

*Vers. 2.* Silent que quod Hebræa lingua ipsos alloquatur. *Observa.* nemo indicta causa condemnari debet, vide *Deut. 17.* & *Nicodemii* responsum *Pharisæis* datum, *Ioan. 7.*

*Vers. 3.* Incipit narratio antea actæ vitæ, qua breuiter suam tum vocationem, tum doctrinam, ut divinam asserit: ostendit ergo primum

primum quis sit, scilicet Iudæus. vnde oriundus nimirum vrbe *Tharso* in *Cilicia.* 1. *Observatio.* In narrationibus hypocrisis fugienda, & quod verum est simpliciter dicendum. Sed ætate hac deplorabili viget maximè dissimulatio, & religionis, sanctimonix, atque modestiæ fūco, facinora, & vulpinas artes palliant. 2. habetur educatio, nimirum in hac vrbe, ad pedes *Gamalielis* instructus Apost. κατ' ἀρχίβειαν τῆς πατρῴας νόμου. *Observa.* A teneris instituendi sunt pueri piè ac religiose, ut *Moses* in omni Ægyptiorū sapientia, sic *Daniel* sanctè institutus, ita etiam *Timotheus* in sacris literis ἀπὸ τῆς βρεφῶν, quæ eum sapientem reddiderunt in salutem. Patribus proinde opera danda, ut liberi piè instituantur in timore domini, qui est sapientiæ initium. additur zelo flagrasse, sed cæco, & sine scientia, ut postea censuit. *Observa.* Debemus quidem in religionis causa pio zelo inflammari, gloriæque divinæ propagandæ, dixit *David* ad omnium fidelium imitationem, zelus domus tuæ exedit me. Ætas in quam incidimus plurimū deferbuit à pristino maiorum zelo in Evangelij negotio, imò non pauci existūt tepidi, proinde ore Christi eijciendi, *Apo. 3.* & pleriq; πρῶτοι, qui temporibus sese accommodant, & assentiuntur altissimâ hypocriseos specie: simus syceri, zeloque feruidi in causa domini, & cum *Cypriano* dicamus in pietate modum esse, nullum tenere modum.

*Vers. 4.* Persecutio Pauli, qua lethaliter persecutus est professionem Christianam, viæ nomine hic designatam. *Observa.* Conversus Apost. non obtegit peccatum, sed planè fatetur, contra multi hoc seculo quibus possunt involucris facinora sua velant: longè secus *David*, qui non solum coram *Nathane* Propheta peccatum agnouit, & confessus est, sed confessionem scriptis mandavit in dei gloriam, Ecclesiæq; vsum, *Psal. 32.* & 51. vbi regnat Spiritus sanctus, ibi delictorum editur confessio, quæ est veræ pœnitentiæ primus gradus. Cōtra vbi *Satan* obtinet, ibi peccator ab omni cōfessione præpeditur. Satanico astu impelluntur peccatores multi, ut quod malum est, scilicet patrare scelus, id bonum, & iucundum esse putent, & iterum quod bonum est nimirum fateri facinus, & pœnitentiâ duci prorsus id esse malum. Hinc fit ut plerique minimè omnium pertrahi possint ad confessionem: sed discamus nos planè fateri peccata cum dolore cordis, qui est secundum Deum,



vt in gratiam recipiamur per Christum. 2. *Obserua.* Persecutores Ecclesiæ subsistere nequeunt, donec sanctis vitam eripiant, nisi coerceantur: & in atrocitate exercenda nullam sexus exceptionem admittunt aut ætatis, nam in omne genus hominum Christianam religionem profitentiū, imò in infantes Satanicè & crudeliter defæuiunt, vt satis liquet in *Gallia, Italia, Hispania.* 4. Conatus est Apostol. vincere sanctos *Damascenos*, vinxitque multos *Ierosolymis*: & iterum ipse coniectus est in vincula, sed propter bonam causam. Vbi observandum, tametsi impiorum affligentium ratione iniuste passus sit Apostolus, tamen iustissimi Dei respectu iustissime hanc sortem tulit: & supplicium, quod merito sustinuisset suo, iuxta iustitiæ divinæ exactam normam, id ipsum Dominus seruo suo ad gratiam conuerso conuertit in beatam castigationem.

*Vers. 5.* Apost. citat testes, nimirum summū Pontificem, & Presbyterium. *Observatio.* Ad perhibendum veritati testimonium testibus duobus aut tribus opus est, *Deut. 18.* 2. *Obserua.* Literis olim res nefariæ vt & hoc tempore erant inclusæ: expède praxin *Achabi*, & *Iesabelis* in lapidationem *Nabothi*, item *Amanis*, *Assueri* tempore per obsignatas literas sigillo Regio conantis semel, & simul totam stirpem Iudaicam funditus delere, atq; extinguere, qui truculentus *Aman* merito suo cruci est suffixus, quam *Mardocheus* præparandam curauit: Sapiant atroces Ecclesiæ hostes, si ad gratiam spectant, exuantque immanem illam sauitiam, quam atrociter exercere consueuerant.

*Vers. 6.* Incipit Pauli conuersio cum esset prope *Damascum*, lux multa è cælo eum circumfulsit. *Observatio.* Primus conuersionis gradus est illuminatio, mens hominis primum obfuscata, cælestis veritatis luce rursus primum est collustranda. 2. est. *Vers. 7.* Cecidit in solum. *Obserua.* Si visio lucis eum perterritum prostrauit, quanto magis prosternentur impij, cum lux, Iudexque mundi **I E S V S C H R I S T V S** sese in flamma ignis manifestabit. 2. *Thess. 1.* Tunc dicent, cadite montes, nosque abscondite à facie Agni, *Apoc. 6.* 3. est. Audiuit vocem *Saul*, quid me persequeris? 1. *Obserua.* Ecclesiæ hostes possunt nuncupari persecutores, & qui **C H R I S T I** corporis mystici vera membra persequuntur, certum eos ipsum Christum caput & principem persequi, tam arcta est membra-

rum,

rum, capitique coniunctio, vide *Isa. 63. Colos. 1.* suppleo, quæ deerant, &c.

*Vers. 8.* Respondet Apost. Quis es Domine? Vbi apparet conuersionis primum effectum, dum Dominum appellat quem est hostiliter paulò ante persecutus, cui ait Christus, sum **I E S V S N A Z A R E N U S**, quem tu persequeris. Nomen primum est salutis, secundum est educationis: nam *Nazarethi* fuerat educatus. *Observatio.* 1. qui vocati sunt ad gratiam, & fidem, tametsi extitere summi inimici, atque persecutores Christiani nominis, & fastiditores, nihilominus tamen reuerenter sentiunt, & loquuntur de Domino nostro, quem agnoscunt salutis principem ac vitæ æternæ. 2. *Obserua.* Non est alibi quærenda salus, quam in **I E S V** nomine, *Math. 1. Act. 4. Apoc. 7.*

*Vers. 9.* Præsentes socij visa luce steterunt attoniti, ita, vt progredi non possent. *Obserua.* Terroris causa est, naturæ iam labefactatæ infirmitas.

*Vers. 10.* Quærit Apostol. quid debeat facere. *Observatio.* Nobis dari debent à Christo mandata, quæ obeamus: Iniunctiones humanæ in salutis negotio minimè admittendæ. Iubetur *Damascum* proficisci, vbi intelliget quid sit ipsi faciendum. *Observatio.* Voluntati suæ revelandæ Dominus tempus, & locum habet præstitutum, consuevitque per partes, res obscuras patefacere.

*Vers. 11.* Ducitur per manum ab alijs, cum præ gloria lucis minimè videre possit. *Observatio.* Si tanta huius lucis gloria extiterit, quanta futura illius lucis gloria in vultu divino resplendens.

*Vers. 12.* Ananias describitur *ἀγαθὸς ἄριστος* bono ornatus omniū testimonio. *Obserua.* Pietati operam demus, quæ ducenda pro magno lucro, habetque vitæ præsentis, atq; futuræ promissionem; addo vera commendatio cadit in virum piū, cui pie, & sancte studendum: at hac ætate homines facinoribus sese nobilitare student, instar *Herostrati* qui templum *Diana*, famæ amplificandæ, ac continuandæ ergo, combussisse fertur.

*Vers. 13.* Ananias dicit ei, recipe visum. *Observatio.* Ananias non contulit Paulo visum, sed fuit tantum instrumentū Domini Iesu Christi lucis mundi, qui restituit ipsi facultate videndi. Subiungo con-

con-



conuersionem esse opus diuinū, *Jerem.* 31. conuerte me domine, & conuertar. 2. *Obserua.* Quosdam vocat Dominus in vtero vt *Jeremiam*, *Jerem.* 1. 2. ætate media vt Paulum. 3. In mortis articulo, vt furem illum cum Christo crucifixum, sed videndum ne singulari, atq; vniū hoc exemplo resipiscantiam procrastinemus, sed quandiu conceditur, supplicium diuinum serio dolore, qui est secundum Deum tempestiuè anticipemus.

*Vers.* 14. Hinc ad finem, tres sunt partes. 1. Oratio *Anania* ad Paulum. 2. Colloquium Pauli cum Christo in *ἐκείνῃ*. 3. Orationis Paulinæ eventa. *Anania* oratio hæc complectitur. 1. vocationem Pauli, & vocationis authorē scilicet Deum. 2. fines propter quos est a Deo ordinatus. 3. exhortationem, vt Paulus baptizetur.

1. *Obserua.* Vnus est omnium pater, vnaquē vera & sincera religio. 2. *Obserua.* Vocatio nostra ad ministerium Deum debet habere authorē, vide *Act.* 20. *Heb.* 5. huius vocationis certitudini nobis attendendum: etenim exoriente persecutione, larius atque atrocius grassante, legitimæ vocationis persuasione fidelis Pastor suffulcietur, *Amozi* 7. vt constet nos diuinitus vocatos. 1. videndum vt spiritus Dei attestetur nos esse diuinitus emisso. 2. dona idonea, num sint in nos collata. 3. si eorum donorum legitimū vsum habeamus. 4. eorundem incrementum. 5. num gloriam Dei spectemus, Ecclesia que commodum, & gregem Christi cum Apostolo reputemus nostrum esse gaudium, atque coronam. 1. finis est, nimirum vt Dei voluntatem cognosceret. Duplex est Dei voluntas. 1. Arcana in quam inquirere est nefas. 2. revelata Evangelio cuius summa est, vt in Iesum Dei filium crucifixum credamus, & credentes vitam habeamus æternam. *Obserua.* Nemo cognoscere potest diuinam voluntatem in salutem, nisi is quē Deus ab æterno ad eam cognitionem designauerit: Pendet enim efficacis vocatio nostra a diuina ordinatione: Cognoscimus autē nos ad vitam ordinatos, si fidem habeamus, *Act.* 13. salutemq; in Christo nobis esse partam certō intelligamus. 2. finis est, vt videres hunc iustum, id est, Christum ab Ioanne cap. 2. sic vocatum, vt & ab *Isaia Sol* iustitiæ vocatur, & *Jerem.* 23. Dominus iustitiæ, duobus nihilum modis. 1. quia in se iustus, siue diuinam, siue humanam naturam spectes. 2. quia per obedientiam legi præstitam & crucis passionem iustitiam peperit nobis, quæ nostra quidem est per impura-

imputationem, quâ fide apprehensâ coram Deo censentur iusti sine operibus legis, quibus vt causis justificatio nostra minimè omnium tribuenda. Rectè August. opera non præcedunt justificandos sed sequuntur iustificatos, & *Bernardus* sunt via regni, sed non causa regnandi, asserimus nos sine bonis pietatis, ac charitatis operibus neminem posse in regnum cœlorum peruenire vtpotè veræ, viuæque fidei effectus, sed semper è numero causarum salutis quæ sunt extra nos, ipsa reijcimus. Sed quomodo viderat Apost. hunc iustum, scilicet in visione. Abraham vidit ante incarnationem fidei oculis diem Christi, ac gauisus est: Apostoli videre humani corporis præsentiam: Nos iam fidei oculis immortalem, & glorificatum Dei filium vsurpamus, tametsi corporeis oculis minimè viderimus, exultamus tamen gaudio ineffabili, & glorioso: sicuti est, Domino dante in cœlestibus facie ad faciem contuebimur seruatorem nostrum Agnum Dei immaculatum. 3. vt audires. *Obseruatio.* Christi summi Episcopi animarum nostrarum vox in Ecclesia est audienda, non itaque humanæ traditiones recipiendæ, sed verbum Dei scriptum suis partibus absolutum strictè ac tēque retinendum. Patris extat testimonium de filio, *Math.* 17. hunc audite, & filius iterum nos relegat ad scripturas, *Ioan.* 5. vbi ait scrutamini scripturas, ergo vox diuina sonat in scripturis sacris, & in ijs petenda. 4. finis vt Apost. existat testis apud omnes eorum quæ vidit, & audiuit. *Obseruatio.* Testimonium nostrum perhibendum est de visis, auditisque, quæ certa sunt, neque pro veris agnoscenda, & renuntianda, quæ falsis plerumque rumoribus hominum perferuntur. 4. in Ananiæ oratione, vt baptizetur Paulus, id est, vt hoc sacramento in Ecclesiam recipiatur, & declaretur membrū corporis Christi mystici hocque signo, patris, Christi filij, Spiritusque Sancti nomine, exhibito ipsi significetur merito sanguinis Christi peccatorum omnium remissio, atque cum salutis principe, capiteque Christo spiritualis vniō per spiritum ex parte Christi, per fidem ex parte Apostoli: vbi dicit ablui non aliter est accipiendum, quam vt patiat peccata abluī Christi Agni Dei immaculati sanguine, fideque apprehendat remissionem, non est existimandum penes nos esse vim abluendi peccata, cum in ijs, atque offensis simus



mortui, *Ephes. cap. 2.* Sed cum in sacris huiusmodi phrasibus occurrat, præcandum cum *Augustin.* Da domine, quod iubes, Iube, quod vis, tunc non frustra iubebis. Cum **CHRISTVS** iubet Lazarum mortuum, atque in sepulchro quatrimum foetentem surgere; ipsi Lazaro, omnis surgendi potestatis experti, potestatem concedit, vitamque, author vitæ retribuit.

*Vers. 17.* Redit Ierosolymam, In Templo precatur. Fuit in *ἐκείνη*, viditque **IESVM**, quem audiuit dicere, recede Ierosolymis, quia non recipiunt tuum de me testimonium.

1. *Observatio.* Templum est precibus, pijsque exercitiis destinatum, iuxta illud. *Isaia.* Domus mea, domus orationis vocabitur. Precibus sedulam nauemus operam, quibus præclara, sed solius **CHRISTI** merito, consequimur. vide *Exod. cap. 17.* Precum continuarum vide *Amaleco* tandem fuso: & *Exod. ca. 32.* *Ios. cap. 10.* *Math. cap. 15.* *Iacob. cap. 5.* de efficacia precum *Elia.*

2. *Observatio* in fidelitas, verbi que divini contemptus causa impulsiva existit, qua impellitur Dominus mandare seruis suis ut vrbes, populosque deserant. Hic admonitos vos velim imprimis, ne **DEI** verbum, Divinum de Christo testimonium, fidosque eius seruos aspernemini, aut reijciatis.

*Vers. 19. & 20.* Quid Ierosolymis fecerit, planè fatetur, nimirum, quod vinxerit, atque in carcerem tradiderit multos Sanctos. vide *Cap. 8.* & quod interfuerit cædi *Stephani.*

*Observatio.* Qui ad gratiam efficaciter est vocatus, aperte in gloriam **DEI**, antea vitæ peccata confitebitur. Expende præxin *Davidis, 2. Samuel. cap. 12.*

2. *Observatio.* Hæc est piorum, ac fidelium fors, ut vita priventur propter veritatem. Vide in *Ignatio, Polycarpo, Dorotheo,* aliisque.

3. *Observatio.* Qui sceleri assentitur, coram **DEO** reus censendus est.

*Vers. 21.* Iubetur proficisci ad Gentes, qui ipsis Euangelium prædicet, in regni **CHRISTI** amplificationem.

*Observatio.* Simus memores mandati divini in muneris sacri functione; conemurque, qua possimus fide, ac diligentiam ministerium implere.

*Vers. 22.* Euenta orationis Paulinæ: & primum est Iudæorum respe-

respectu: verbum siquidem audiunt; at non cum fructu. *Observatio.* Commune est bonis, atque malis audire verbum Domini, sed in salutem audire, per Christum est electis proprium. Attendite itaque, quomodo auditis verbum, sit fide mixtum, ut loquitur *Apost.* *Hebr. 4.* uti vobis sit odor vitæ ad vitam, & non mortis ad mortem, sicuti est reprobis. 2. *Observatio.* Tanta est hostium atrocitas in Christi seruos, ut eorum libidini minimè satisfiat, nisi Dei serui è medio tollantur.

*Vers. 24.* Partes tribuni sunt: jubet duci in castra, flagellis cædi, ac examinari.

1. *Observatio.* Iniquus iudex est qui indictâ causâ damnat.

2. *Observatio.* Impij homines nihili faciunt bonos tormentis afficere, qui etiam consueverunt verbera, & tormina examinationi præmittere.

Cum ducitur Apostolus, inquit Centurioni, Licetne Roman. Iudæum natum flagellare?

3. *Observatio.* fidis Dei seruis licet uti legitimâ defensione, quò audito Centurio, refert Tribuno, cui terror iniicitur.

4. *Observatio.* Malam conscientiam facile occupat terror: plures etiam, non regeniti, leges hominum positivas faciunt, quam legem Dei sacrosanctam. Paulus laxatur: Non sunt itaque piorum vincula sempiterna: amplifica hanc notam praxi, & exemplis.

Efff 2

CAPVT

*Facinus est vniuersum Romanum, scelus verberare, prope panem  
cedit mori, quod dicitur in cruce tollere. Sic  
S. de Amplificatione  
Quid formis illis, cuius inter ipsa verbera supplicia, una vox  
audiebatur: Cui Romanus sum. Eun. lib. 6. n. c. 1.*



## CAPVT XXIII.



**P**ARTES Cap. sunt duæ. 1. habetur quid agit, & patitur Paulus coram concilio. 2. quomodo Iudæorum insidijs liber evadit. 1. ἀπεισας. *Observ.* Impios coram concilijs hominum constanti vultu consistere, atque Dei seruos nō deijci animis bonam habentes causam. 2. Nar- rat quomodo bonā conscientia Deo servierit

ad hunc vsque diem. *Observ.* Bonæ conscientia testimonium omnium calumniatorum calumnijs est opponendum, quod potest nos in maximorum malorum acerbitate suffulcire. Porro conscientia est intelligentia pars in creaturis logicis cum sensu cordis ex cognitione promanans, & ex facto aliquo resultans, quod consequitur lætitia, aut dolor, terror, aut gaudium. Hanc Deus reliquit in hominis animo, quæ obseruet omnia, accuset, vel excuset, testetur, iudicet, & quandoque executoris partes præstet, vt in *Achitophèle*, & *Iuda* considerare est. 2. *Observ.* Deo est seruiendum, cui seruire, est regnare, non seruiremus hominibus, quibus etiam placere minimè daremus operam, si synceri Christi serui esse velimus: Insigne est illud *Iosua* dictum 24. Eligite vtram viam velitis sequi, Ego, & domus patris mei in seruiemus Domino: & *Esther*, cum ancillis loquitur in eandem sententiam.

Galat. 1.

*Vers.* 2. *Ananias* Pontifex astantibus imperat, vt Pauli os caderent. *Observ.* Hypocrisis in iniquam actionem erumpit, quæ quidem calari possit ad tempus, sed vno, aut altero opere tandem sese exeret, qui æquitate cæteris præiret iniquam in Apostolum fert sententiam: Magistratus iustitiâ atque clementiâ pollerent, *Psal.* 45. 2. *Observ.* Non desunt impijs ad manum instrumenta scelerosa, quæ quoduis facinus exequantur, non desuere Pharaoni in *Egypto* facinorosi, qui infantes Israelitarum in riuum conijcerent, nec *Nabuchadnevari* satellites nefarij, qui tres illos pueros in ignis fornacem inijcerent; nec non qui *Danielem* in antrum Leonum: Neque Iudæis serui, militesque impij qui Christum Dominum nostrum apprehenderent vt crucifigeretur; fuere, sunt, atque futuri sunt omni ætate scelerum promptissimi patratores.

3. Ob-

3. *Observ.* Prophetarum fors, & seruorum Christi est hæc, imò ipsius Christi, vt ipsis impingatur alapa. Habes exemplum in *Michaia*, bucca percusso à *Zidkia* pseudopropheta, 1. *Reg.* 22. in *Ieremia* à *Phassure* Sacerdote pari modo cæso: Denique in ipso Dei filio Domino nostro, *Ioan.* 18. à Pontificis seruo verberato, cui Christus; Si male dixi, testes cita. Si non, cur me cædis. Consolationem hinc petamus, Si cum Christo passi fuerimus, cum eodem regnabimus, 2. *Timoth.* 2.

*Vers.* 3. Apostolus denuntiat *Anania* forè, vt Deus eum percutiat, vocatque eum parietem dealbatum, id est hypocritam, iuxta Christi dictum, *Math.* 23. vbi vocat Phariseos sepulchra dealbata: addit rationem, quia sedet iudex, vt secundum Legem iudicet, nihilominus tamen mandat contra legem, vt ipsi os cædatur. *Observ.* qui Iudices existunt, iustitiæque executores essent, sunt plerumque à iudicio, & æquitate maximè alieni. 2. *Observa.* quæ mensura mensus fueris, eadem remetietur tibi, *Math.* 7. *Ecles.* 7. Exemplum in *Adombezeco* atque *Achabo*, expende historiam, *Jud.* 1. & 1. *Reg.* 22. disertis verbis fatetur *Adombezecus*, Vti ego feci, ita mihi retribuit Dominus: & hic in *Anania*, qui, vt historia perhibet à *Manaimo* Iudæorum duce in bellorum Iudaicorū initijs atrociter est trucidatus. 3. *Observ.* verbum *Iehovæ* complebitur, de cuius veritate, si hominibus persuaderi possit, homines huius ætatis, in peccatis minimè perseuerarent, neque in scelera præcipites ruerent, sed seria non serâ resipiscentia ad Deum converterentur. 4. *Observ.* Hypocritæ sibi malum creant, & iniqui Iudices ignominia atque dedecoris sibi existunt authores sceleratis consilijs & actionibus nefandis. *Pharao* sibi interitum repentinum accersuit; sic *Balassar*, *Dan.* 5. sic *Sinnacherib.* à filijs trucidatus, sic *Antiochus* læthaliter Dei manu percussus. Sint itaque sapientes summo constituti loco, sibi que temperent ab atrocitate in fidos Christi seruos, certò scientes si eam exercuerint, fore, vt meritis suis pœnas pendant.

*Vers.* 4. Sicne inquit quidam Pontifici maximo conuitiaris: *Observa.* Adulatorum ingenium hoc est, vt Dominorum suorum honoris prætextu gratiam inire velint, cum nihil propositi habeant præter quæstum, & inanem gloriam: exemplis abundat hæc ætas.

Fff 3

Vers 5.



Mirum non est quod ipse affirmat, nescisse quid esset Pontifex, & singulis anni matrem illi per ea tempora pontificem Herodem in hac de re sapienter, illud cum et promissum ab Imperatore Claudio et commiseret, amoveret, et tradidit, ut regerent quosdam tandem et

COMMENTARIUS CAP. XXIII.

si placet  
M. J. Ex  
C. p. 215  
principi populi  
ne maledixeris  
ut qd dicitur  
in privatis illi  
ma. p. 215  
p. 224

vers. 5. Respondet Apostol. non notum fuisse Pontificem: potest quidem fieri ut ignorarit, cum diuturnum tempus effluerit, ex quo fuit Ierosolymis: aut verè non novit fuisse, cum iniquè sese gesserit, quod à Pontifice longe esset alienum. *Observatio.* Facit praelatorum iniquitas, ut minime ab alijs agnoscantur, aut discernantur in ipsorum dedecus. Discant in honoris gradu constituti ita sese gerere, ut iniquitate, atque iniustitia sibi haud procurent ignominiam, & contemptum. 2. *Observa.* Ex Pauli responso liquet populi gubernatorem convitijs non esse proscindendum, Deut. 22. Exod. 22. Principi populi tui ne maledixeris. In hac lege duo sunt expendenda. 1. est, Magistratus & Rectores esse oportere contra Anabaptistas, Rom. 13. 1. Pet. 2. qui si non essent, confusio maxima in Rempub. & Ecclesiam inveheretur. 2. est, ut ipsis honos, & obedientia sed in Domino deferatur, Rom. cap. 13. & 1. Pet. cap. 2.

vers. 6. Euasio Pauli habetur à Iudæis. Vbi 1. habes occasionem, quæ est nimirum dissensio inter membra Concilij, scilicet Sadduceos & Phariseos. Paulus se Pharisaum profitetur, atque in iudicium vocari, quod spem, & resurrectionem mortuorum tueatur. *Observa.* Divino decreto sectæ inter sese dissident, ut veritas asseratur, regnumque Christi propageatur. De mortuorum resurrectione, vide 1. Corinth. cap. 15. hæc tantum hac vice. Articulus resurrectionis est contra Sadduceos eandem impiè negantes. 2. expende, qui sint resurrecturi, scilicet pii ad vitam, impij ad condemnationem, Ioan. 6. 3. quibus corporibus, iisdem nimirum, quibus nunc sunt præditi, quæ tunc immortalitate, atque incorruptibilitate redimientur.

*Observatio.* Qui gaudere velint hac generali corporum resurrectione, ut beneficio, studeant frui resurrectione primâ, quæ est à peccati morte, in novitatem vitæ, & ita haudquaquam gustabunt secundam mortem, Revelat. 20. Quod dissideant observa instabilem esse concordiam quæ non est fundata in Domino, & facile dissipari posse, qui in unitate fidei non coalescunt. Dominus nullo negotio disiungit impios, atque in sese invicem armat. Vide Iud. 9. de Abimelecho & Sichemitis contra se invicem flagrantibus odio, Moabitibus, Ammonitis, & Sciricolis, 2. Cron. 20.

Hi

CAP. XXIII. IN APOSTOLOR. ACTA. 419

Hi fuere errores Sadduceorum: inficiati sunt fuisse, Angelos contra scripturas, animarum immortalitatem, quæ hîc, Spiritus nomine notantur. 3. Resurrectionem Pharisei hæc asseruerunt: dissidentes itaque sunt Sadduceorum, & Phariseorum sententia.

Liberatur Apost. per tribunum è summo discrimine: etenim ipsi vitam eripere proposuerunt, sed servorum Dei ne capillus quidem capitis decideret, ante tempus præfinitum, quo, si Iehova videtur, sanguinis effusione, vitæque profusione in aliorum gratiam, veritatem autòπισου sint obliuati: Adde erumnas, & persecutiones piorum non esse sempiternas, quas tandem terminatas, excipiet læta, & jucunda immortalitas per Christum.

vers. 11. Christus Dominus adstans, consolatur Paulum, erigitque, ne fatiscat, atque oportere eum testari de Iesu Romæ, ac Ierosolymis: & hanc facultatem perhibendi testimonium de Christo, ipse Apostolo concedit. *Observa.* Dominus suis adest in extremis, quos animat ad munus fideliter obeundum: expende in Iosepho Moysæ, Isaia 6. Ieremia, & dixit Apostolis suis, dabo vobis os, & sapientiam cui omnes, qui aduersabuntur vobis, non valent resistere.

vers. 12. Conspiratio nova aduersus Paulum inicitur. Coniuratores sunt Iudæi 40. 1. *Observatio.* Qui maximè Christo eiusque servis patrocinentur, existunt plerumque seuerissimi & atrocissimi hostes, vbi gentium populus Domino haberi possit devinctior, at ingratiorem Iudaico non reperies. Modus conspirationis: sese anathematizant solemniter iureiurando, obstringuntque sese nec esuros, nec bibituros donec Paulum occiderint. Ita Pharaon dixit Moysi, si faciem meam videris, morieris. Rectè, inquit, Moyses, nam tuam faciem rursus non videbo: Etenim periit ille tyrannus in mari rubro. Sic Iesabel impiissima, & crudelissima, 1. Reg. 19. inquit, dii addant mihi hæc atque hæc, si non sit Elias futurus similis vni eorum sacerdotum Baalu, quod improba mulier præstare non potuit, at ipsa optatum non consecuta à Iehu est occisa. Cuius sanguinem lamberunt canes, juxta Elia prophetiam, 2. Reg. cap. 9.

Ne



Ne simus temerarij vouendo, & promittendo, quod non est penes nos implere. Sed quos citant assessores, nimirum Seniores, & Sacerdotes. *Obfer.* Satan in suis instrumētis nunquam efficacius exequitur suum propositum, quam cum quosdā evocat ex ordine Ecclesiastico, exempli gratiā Iudam ad Christum prodendum, aut ex intimis piorum seruis, vt *Achitophelem* aduersus *Davidem*, qui ambo sese suspenderunt.

*Vers. 15.* Expende insidias & technam, scilicet Concilium significat tribuno, vt Paulus educatur, ac si velint aliquid perfectius ex eo scire, & tunc sese paratos fore ad eum interficiendum antequam appropinquet: *Ioabus* tali techna, & machinatione occidit *Abnerum*, 1. *Reg. 3.* & *Amasam*, 2. *Sam. 20.* *Observatio.* Satanæ organa, atque seruorum Christi oses non aperte agunt, sed clandestinò, tanquam præter institutum aliud agerent. Quibus in crudelitate non satisfacit nisi sanctorum sanguine respersantur, & fatientur, expende in strage illa truculentissima *Parisiis* edita.

*Vers. 16.* Habetur modus, quo enotuit hæc conspiratio per Pauli sororis filium. *Obserua.* Deus habet varios modos liberandi, seruandique suos, & tot media, quot sunt creaturæ, quibus impij, ac scelerosi hostes Ecclesiæ deluduntur in suis conatibus: Ingreditur ad Paulum, narratque machinamentum, Paulus vocat centurionem, quem rogat, vt deducat iuuenem ad tribunum qui habet, quod ipse narret, centurio parer: obserua in eo humanitatem imitandam, & quod Paulum vocet incarceratum Apostolum eo insigniri titulo, in quo sit gloriandū, ita etiam vniciquæ, cui Christi crux est suavis.

*Vers. 19.* Tribunus eum alloquitur seorsum ne res pateat. Chilo quæsiuit quid regibus esset difficile. *Resp.* arcanum calare. *Obserua.* Hæc est Domini potentia, vt faciat omnia media inseruire operi suo peragendo, imò ex inimicis reddat amicos si sit è re gloriæ suæ, vti in hoc tribuno expendere est, quem antea Paulus sensit inimicum, & mandatore, vt compedibus vinciretur.

*Vers. 20. & 21.* Narratur conspirationis aduersus Paulum historia vera. *Obfer.* Veritas est repetenda, cui addendum nihil, nec detrahendū, sed hæc ætas miserabilis abundat mendacibus, qui demunt, adduntque, imò multa ab alijs nunquam cogitata committuntur.

*Vers. 22.*


*Vers. 22.* Habes modum liberationis Paulinæ per milites cum eo ad Felicem missos. 2. per epistolam. *Obserua.* Ordinaria media non sunt negligenda. Partes epistolæ sunt tres. 1. est Supercriptio, qua 1. habetur, quis scribit, scilicet *Lysias*, qui iam velit Paulum liberari, quem prius iusserat verberibus cædi. 2. cui Felici *επαλυσω*. 3. quid ei optat, scilicet *χρησεν*, vt *ευπραττειν* græcis. Hic Felix obscuro loco natus per *Claudium Cæsarem* ad tantos honores euectus est, vt multos ex Nobilibus superarit. *Suetonius* scribit, quod fuerit trium reginarum maritus, & *Iosephus* quod *Jonathanem* sacerdotem crudeliter interfecerit. 2. Narratio continet. 1. quod Paulus fuerit à Iudæis apprehensus. 2. quod conati sint eum per insidias è medio tollere. 3. quod ipse eum liberarit per exercitum, cum percæperat fuisse Romanum. *Observatio.* Maioris est momenti non modo apud minus regnitos, ius vt vocant positium, quàm est diuinum, sed etiam plerumque apud Christiani nominis professores. Verbum *Iehovæ* syncerè, ac fideliter annuntiatum non adeò prævalet, vt lex humana quæ tantum in corpus, huiusque vitæ bona potestatem habet. cum illud ad animam penetret: reuolvetur dictum *CHRISTI*; Quid si homo totum mundum acquirat, & animæ iacturam faciat, quo eam redimet. 4. Præoccupat, quod multos cum eo miserit, nimirum quod insidias ipsi Paulo posuerint Iudæi. *Observatio.* Si sit opus, etiam serui Christi in periculo versantes, hominum præsidio sunt muniendi. Milites præstant, quod ipsis iniungitur. *Observatio.* Fideles serui pia Dominorum suorum mandata obirent. *Perveniant Antipatrida* urbem ab *Antipatro* dictam, deinde *Cæsaream*, Felici dant epistolam, quam legit, Paulum coram eo sistunt, qui rogat ex qua sit provincia, imperatque vt custodiantur in *Herodis* aula, donec veniant accusatores. *Observatio.* Nemo indictâ causâ damnandus.

Ggg

CAPVT



## CAPVT XXIII.



**H**OC Cap. habetur Pauli accusatio, ad vers. 10. 2. hinc ad vers. 23. responsio Pauli. 3. ad finem Felicis actiones cum Paulo. vers. 1. occurrit circumstantia temporis, hisce verbis, post dies quinque. *Observatio.* Summa est atrocium hostium vigilantia, in pernicioso proposito complendo, *Proverb. 4.* Impij non dormiunt, nisi malum patrarint. 2. Accusatores sunt Ananias pontifex, Seniores Ecclesiastici, & Magistratus cum *Tertullo* oratore. *Obser.* Omnis ordinis homines, autoritate, & potestate valentes, qui Christum, eiusque seruos tuerentur, prodeunt ad accusandum: non nouum, si tale exemplum occurrat. Adde æquitatem causæ Christianæ, synceræque religionis, multitudinis numero nõ esse metiendam: Cum multi sint vocati, pauci electi, *Math. 22.* & via sit lata, quæ ad interitum, arcta verò, quæ ad vitam ducit. Plures etiam multo in synagoga papistica reperias, quàm in vera, ac reformata. 3. Paulus solus contra tot consistit, pro se, Christum, bonam causam, puramque conscientiam habens, cuius virtute aduersus omnes preualet: *Moses, Pharaonem*, multosque *Ægyptios*, ac etiam Magos habuit aduersarios, sed *Iehovæ* potentiæ preualet. *Michaia 400.* falsos prophetas, *Achabumq;* Regem, sed victor evasit divina veritatis assertor propheta: *Elias 400.* pseudofacerdotes *Baalii*, sed preualet: *Elisæus* exercitum Regis *Syria*, sed Propheta saluus remansit: *Ieremias* Reges ac Principes, Sacerdotesque, atq; populum, sed non preualet aduersus Dei hominem Prophetam. Concludamus, Si Deus nobiscum ( vt semper fides seruis aderit) quis contra nos? *Rom. 8.*


*Vers. 2.* Habetur hoc vers. processus, formaq; procedendi. Ac primum orditur, assentatorum more à Felicis commendatione, & in ea prædicat, beneficium pacis Iudæis, per eum collatum. 2. multa *χαταρθωματα* toti nationi data, & vers. 3. gratias agi vbiq; à tota gente optimo Felici dicit. Hæc faciunt ad benevolentiam conciliandam. Scribit *Iosephus lib. 2. cap. 11. & 12.* hunc Felicem cepisse quendam Ducem *Sicariorum*, atq; in *Ægyptum* profligasse, qui Iudeam diuexabat. *Obser.* Magistratus partes sunt, subditorum pacem pro-

procurare. Iubemur precari pro Regibus & autoritate insignitis, vti vitam pacificam degamus in pietate, ac honestate: Et certè pax optanda vtpote summum Ecclesiæ, & Reipub. ornamentum, sed quæ sit in Domino, quæque nihil habeat insidiarum. Etenim teste *Nazianzeno*, etiam iuxta verbum divinum, melius est bellum pace impia, & à Deo distrahente: Optemus piam pacem cū  *Davide*; gratiq; simus pro ea, tot annos apud nos durate, & cõtinuata cum *Evangelio*: Magistratibus incūbit pro officij ratione, hanc factam tectam conseruare, populoq; Dei quæ vtilia sunt, procurare. 2. *Obser.* Felix non verè vocatur optimus, cū extiterit flagitiosus, vt supra audiuius, qui quidem fuit Nobilis vt Nobilis latro apud *Cic.* Quem Iudæi ex animis merito oderunt, Nobilem tamen vult saluari. vbi nota hypocrisis coniunctam cum assentatione.

*Vers. 4.* Attentionem postulat, & vt audiatur, *Vers. 5.* Crimina recitat, quæ quidem Paulo impingit, vocatque *λοιμον* pestem quod multos, vt ille vult doctrinam suam infecerit. *Obser.* 1. Impij etiam scelerosum, & atrox habentes propositum, audiri volunt: vt etiam in fidos Christi seruos calumnias expectorent, convitiisque evo- mant. Primum crimen speciale est seditionis. *Obser.* Omni ætate hæc calumnia in fidelissimos Christi seruos fuit instituta. Scimus quid *Achabum Elia* vero Propheta Domini, dixerit, scilicet inveni te inimicum meum, qui das turbas Israeli, Cui Propheta: Tu inquit, domusq; patris tui perturbatis *Israelē*. hoc etiã crimẽ Christo impactum, multisq; martyribus, & Christiani nominis professoribus sub 10. illis persecutoribus. vide *Tertull. in apolog.* contra gentes, & hoc maligno mundo traducuntur serui Dei, & Pastores Euangelici, seditionis, sed nouit Dominus quã longè abhorreant, absintq; ab hac satanicã caluniã. Si qui in rerum natura, certè ministri maximè abhorrent à seditione, qui piam pacem suadere conantur, & Magistratibus in Domino etiam dyscolis obedientiam. 2. Crimen est quod sit *πρωλασητης* sectæ *Nazarenorum*. Hi *Nazarite* docuerunt populum tueri suam libertatem aduersus Romanos, quod & hi accusatores censuerunt, sed quia Felicis odium Apostolo conflare velint, contra eum allegant. *Observatio.* Scelerosi calumniatores vti consueuerunt aduersus eos quos odio prosequuntur, etiam eo crimine, quod ipsi oderunt, in seruorum Christi perniciem, & hoc quidem astu Satânico.



## CAPVT XXIII.



**H**OC Cap. habetur Pauli accusatio, ad vers. 10. 2. hinc ad vers. 23. responsio Pauli. 3. ad finem Felicis actiones cum Paulo. vers. 1. occurrit circumstantia temporis, hisce verbis, post dies quinque. *Observatio.* Summa est atrocium hostium vigilantia, in pernicioso proposito complendo, *Proverb. 4.* Impij non dormiunt, nisi malum patrarint. 2. Accusatores sunt Ananias pontifex, Seniores Ecclesiastici, & Magistratus cum *Tertullo* oratore. *Obser.* Omnis ordinis homines, autoritate, & potestate valentes, qui Christum, eiusque seruos tuerentur, prodeunt ad accusandum: non nouum, si tale exemplum occurrat. Addo æquitatem causæ Christianæ, sinceraeque religionis, multitudinis numero nō esse metiendam: Cū multi sint vocati, pauci electi, *Math. 22.* & via sit lata, quæ ad interitum, arcta verò, quæ ad vitam ducit. Plures etiam multo in synagoga papistica reperias, quā in vera, ac reformata. 2. Paulus solus contra tot consistit, pro se, Christum, bonam causam, puramque conscientiam habens, cuius virtute aduersus omnes prævaler: *Moses, Pharaonem*, multosque *Ægyptios*, ac etiam Magos habuit aduersarios, sed *Iehovæ* potentiā prævaluit. *Michaia 400.* falsos prophetas, *Achabumq;* Regem, sed victor evasit *divinæ veritatis* assertor propheta: *Elias 400.* pseudofacerdotes *Baalīs*, sed prævaluit: *Eliseus* exercitum Regis *Syria*, sed Propheta saluus remansit: *Jeremias* Reges ac Principes, Sacerdotesque, atq; populum, sed non prævaluerunt aduersus Dei hominem Prophetam. Concludamus; Si Deus nobiscum ( vt semper fides seruis aderit) quis contra nos? *Rom. 8.*

*Vers. 2.* Habetur hoc vers. processus, formaq; procedēdi. Ac primum orditur, assentatorum more à Felicis commendatione, & in ea prædicat, beneficium pacis Iudæis, per eum collatum. 2. multa *καταρρωματα* toti nationi data, & vers. 3. gratias agi ubiq; à tota gente optimo Felici dicit. Hæc faciunt ad benevolentiam conciliandam. Scribit *Iosephus lib. 2. cap. 11. & 12.* hunc Felicem cœpisse quendam Ducem *Sicariorum*, atq; in *Ægyptum* profligasse, qui *Iudeam* diuexabat. *Obser.* Magistratus partes sunt, subditorū pacem

pro.

procurare. Iubemur precari pro Regibus & autoritate insignitis, vt vitam pacificam degamus in pietate, ac honestate: Et certè pax optanda vt pote summū Ecclesiæ, & Reipub. ornamentum, sed quæ sit in Domino, quæque nihil habeat insidiarum. Etenim teste *Nazianzeno*, etiam iuxta verbum divinum, melius est bellum pace impia, & à Deo distrahente: Optemus piam pacem cū  *Davide*; gratiq; simus pro ea, tot annos apud nos durate, & cōtinuata cum *Evangelio*: Magistratibus incūbit pro officij ratione, hanc sartā tectā conseruare, populoq; Dei quæ utilia sunt, procurare. 2. *Obser.* Felix non verè vocatur optimus, cū extiterit flagitiosus, vt supra audiuius, qui quidem fuit Nobilis vt Nobilis latro apud *Cic.* Quem Iudæi ex animis merito oderunt, Nobilem tamen vult saluari. vbi nota hypocrisin coniunctam cum assentatione.

*Vers. 4.* Attentionem postulat, & vt audiatur, *Vers. 5.* Crimina recitat, quæ quidem Paulo impingit, vocatque *λοιμον* pestem quod multos, vt ille vult doctrinā sua infecerit. *Obser. 1.* Impij etiam scelerosum, & atrox habentes propositum, audiri volunt: vt etiam in fidos Christi seruos calumnias expectorent, convitiaque evo- mant. Primum crimen speciale est seditionis. *Obser. 2.* Omni ætate hæc calumnia in fidelissimos Christi seruos fuit instituta. Scimus quid *Achabus* *Elia* vero Propheta Domini, dixerit, scilicet inveni te inimicū meum, qui das turbas *Israeli*; Cui Propheta: Tu inquit, domusq; patris tui perturbatis *Israele*. hoc etiā crimē Christo impactū, multisq; martyribus, & Christiani nominis professo- ribus sub 10. illis persecutorib. vide *Tertull. in apolog.* contra gentes, & hoc maligno mundo traducuntur serui Dei, & Pastores Euāgelici, seditionis, sed nouit Dominus quā longè abhorreant, absintq; ab hac satanicā calūniā. Si qui in rerum natura, certè ministri maximè abhorrent à seditione, qui piam pacem suadere conantur, & Magistratibus in Domino etiam dyscolis obedientiam. 2. Crimen est quod sit *πρωλασητης* sectæ *Nazarenorum*. Hi *Nazarite* docuerūt populum tueri suam libertatem aduersus Romanos, quod & hi accusatores censuerunt, sed quia Felicis odium Apostolo conflare velint, contra eum allegant. *Observatio.* scelerosi calumniato- res vt consueuerunt aduersus eos quos odio prosequuntur, etiam eo crimine, quod ipsi oderunt, in seruorum Christi perniciem, & hoc quidem astu Satânico.

Ggg 2

2. Obser.







illius maledictionis, scilicet quo die comederis ex fructu arboris illius vetitæ, utique morieris ad sempiternam mortem. Demus operam, qui sumus primæ resurrectionis participes in hac vita, & sic in nos mors secunda potestatem non est habitura, *Revel. 20.* atque hunc articulum de resurrectione tuetur Apostol. contra *Saduceos.*

*Vers. 16.* In hoc sese exercet, ut sine offendiculo conscientiam habeat apud Deum, & apud homines semper. Conscientia supra fuit declarata, quæ Deum respicit, cordium scrutatorem, in hominum animis relictam, aut ad accusatoris, aut excusatoris parteis obeundas. Conemur retinere in omnibus actionibus fidem, bonamque conscientiam, quibus freti in periculis, atque persecutionibus, intrepidi subsistemus.

*Vers. 17.* Rem gestam verè narrat Apost. quam Tertullus orator multis modis corruperat. *Observatio.* Spiritu veritatis acti, vera loquuntur, sed impuro Satanæ impulsu, omnino falsa.

*Vers. 18.* Recenset, quid fecerit: eleemosynas attulit, quo tempore invenerunt Paulum sanctificatum in Templo, non tamen cum turba, neque cum tumultu: ergo Apost. non polluit templum.

*Vers. 19.* Vult Asiaticos Iudæos adesse, atque accusare, si quid habeant, quod in Apost. dicant. Hinc collige Asianos fuisse inimicos Pauli, qui aduersus eum, populum concitarant.

*Vers. 20.* Quibus permittit Paulus, ut si quod in eo inuenerint iniuste factum, ipsi dicant. *Observatio.* Parati sunt fideles serui Dei ferre vel strictissimam examinationem.

*Vers. 21.* Ostendit, quod in iudicium vocatus sit, propter vnam vocem editam, de mortuorum resurrectione, quum inter eos staret. *Observa.* Fidei Dei serui, veritatis ergo, calumnijs impetuntur, sed vincit veritas: deinde atrociter eosdem persequuntur: denique, cum vident sese hisce technis nihil proficere, legi fucum prætendunt. Hisce modis, cum capite nostro Iesu Christo, egerunt Iudæi, & ecclesiæ hostes, iisdem machinamentis, in veros Ecclesiæ Pastores vtuntur.

*Vers. 22.* Felix de impietate iudicare nequiuit, nisi clarius eius viæ ratione compertâ, quam Paulus profitebatur. De ijs vero, ad seditionem spectantibus censet, *Lysiam* audiendum: proinde ampliat reum: & sententiam procrastinat. *Observa.* In causis sub iudicium cadentibus, sententia minimè ferenda, nisi utraque parte audita,

*Deut. 19.*

*Deut. 19.* lex extat diserta, condemnandum esse neminem, in dicta causâ: adde calumniatores spe sua, atque expectatione delusum iri. Scribitur de impijs, quod malum machinantur, at mendacium proferunt. Expende in Pharaone interminante, se fidei Dei seruo Moyfi vitam erepturum, coercito divinâ potentiâ, à cogitati facinoris perpetratione. Et in impijssima *Iesabele, Elia*, ut illa autumavit, mortem certissimè decernente: sed frustrata proposito. 2. *Obser.* Nisi res in controuersiam vocata, nominatim capitalis, per testes idoneos fuerit disertè probata, non est facienda decisio. Scitè, & appositè dixit Romanus ille, de vita hominis nulla satis diuturna cunctatio esse potuit.

*Vers. 23.* Cura hic habetur Felicis, de Paulo custodiendo. *Obser.* Divina providentia semper excubat, in suorum conseruatione, ita ut etiam nonnunquam à fide alienos, amicos faciat, afflictionesque seruatorum Domini, ita moderetur, ut intermissione facta, ipsis liceat respirare, viresque, divinâ gratiâ, ad ferendam qualemcumque sortem, recolligere. Non finit præpotens ille Iehova virgam improbitatis quiescere, super sortem iustorum, ut non extendant iusti, ad vllam iniquitatem, manus suas, *Psal. 125.* Cæterum arcanâ Dei potentiâ, ita flectitur Felicis animus, ut præceperit Centurioni, ne quem prohiberet ex ipsius familiaribus, ei ministrare, aut eum adire: incredibilis quædam veritatis vis apparet etiam inter homines alioqui prophanos. *Vers. 24.* Ostenditur aliquot post diebus, Felicem, cum *Drusilla* vxore, Iudæa accersuisse Paulum, & audiuisse eum de fide, quæ est in Christum. *Drusilla* soror fuit *Ægrippæ*, de quo postea loquitur lucas, famina libidinosisima, quæ ab *Azizo*, Emeseno- rum rege, circumciso, ad hunc Felicem, *Pallantis* liberti *Neronis* fratrem, transit. *Observatio.* Quod Felix Paulum de fide in Christum. Euangelium, Dei organum, ad fidem gignendam in salutem credentium, est audiendum, cuius subiectum, est Iesus Christus crucifixus, nobis factus sapientia per verbum, justificatio per iustitiâ acquisitam, sanctificatio per spiritum, & redemptio per sanguinem effusum in cruce, cum sensu iræ divinæ. Sicuti nos amplecti Christum per fidem dicimus, ita etiam videndum ut Christus in nobis regnet per spiritum. 2. est, Apost. disputat de iustitia, quæ vel est divinæ naturæ propria, aut humanæ, aut habitualis, qua fide apprehensa, nobisque imputata, censemur iusti coram Deo, aut denique est civilis



civilis illa suo ambitu omnes virtutes cōplexa quæ reddit cuique quod suum est, nihil absurdi si locus hic intelligatur de divina, civiliq̄ue iustitiâ. Etenim Felix erudiri opus habuit cum in iustificatione per fidem, tum in civili, quippè homo minus integer. Sint Iudices in exercendo iudicio, iusti. 3. Differit de temperantia, extitit Felix intemperans, & in multa sese ingurgitavit flagitia: Numeratur temperantia inter fructus Spiritus, Galat. 5. & cernitur præcipuè in voluptatibus moderandis: studeamus temperantia: quæ dicente illo prorogat annos. 4. est de iudicio venturo: hoc iudicium, quo omnes iudicabuntur viui, mortuiq̄ue, secernitur ab illo quotidiano, de quo sermo est Psal. 7. his verbis, Deus iudicat iustum, & eum, qui contemnit quotidie iudicium venturum, vel est particulare post mortem primam, quando electi hominis anima cœlesti gaudio accensetur, aut Reprobi morti sempiternæ, vel generale post illam Domini nostri *ἐπιφάνειαν*, quo quidem æternæ vitæ sententia secundum electos ferenda, aut mortis perpetuæ in reprobos. Recordemur huius iudicij, penitentiam agamus, divinæ voluntati obtēperemus, vt hoc quidem tempore electis lætissimo, reprobis verò maximè formidabili. Iudice Christo pro nobis sentiente, & pronuntiante verbum vitæ iucundissimum fruamur. Effectum disputationis Paulinæ est tremor quo occupantur Felicis artus. *Observatio.* Verbum semper est efficax, fidelibus quidem est odor vitæ in vitam; reprobis verò odor mortis in mortem, 2. Cor. 2. *Balthasar* viso digito in pariete scribente, atque significante totus ita contremuisse, fertur Dan. 5. vt tibiæ corpus vix potuerint suffulcire. Magna est vis conscientia, vt qui puram habent, minimè metuant; qui verò pollutam mortem semper ob oculos versari putent. Milites illi, qui adprehendendum Dominum nostrum accesserunt respondentem, *Ego sum Iesus ille Nazarenus*, vox quidem in se salutifera, prostrati sunt. 2. iubetur Apost. abire. *Observ.* Potentes minus regniti non possunt pati synceros ministros, sed libenter quidem assentatores. audiunt *Tertullum* placidè. & *Galata* Paulum initio vt Christum, aut Angelum susceperunt, sed ex quo ipsis cœpit dicere veritatem, factus est ipsis inimicus.

*Vers.* 26. Notatur in Felice auaritia, omnium malorum radix magiltraui, officioque sancto fungentibus maximè fugienda, expende

pende interitum *Achanis*, Ios. 7. etiam *Gehasi* supplicium, 2. Reg. 5. *Balaami* facinus, *Samuelis* integritatem, qui dicitur 20. annis præfuisse, neque bovem aut asinum cuiuspiam accepisse. Dicamus cum illo nullum esse officium tam sanctum, quod non violarit, ac comminuerit auaritia, & rogemus Dominum cum Davide, vt ad divina statuta non ad auaritiam Dominus corda inclinet nostra, Psal. 119. *Paulus* non dat. *Observatio.* Non solum fidelibus Christi seruis videndum ne peccent, sed etiam ne peccandi occasionem præbeant.

*Vers.* 27. Exacto biennio in locum Felicis surrogatur *Portius Festus*. *Observ.* Officia, & dignitates non sunt res sempiternæ, etenim sub divina providentia temporibus gubernantur, conversionesq̄ rerum humanarum existunt perpetuæ. Vbi illa gloria summorum Imperiorum, vbi Israelitici regni dignitas ne nitamur rebus perituris, sed spem in Iehova collocantes ad permanentē illam gloriam aspiemus. Tandem nota hominis non regniti ingenium, qui gratiæ ineundæ à Iudæis ergo vinctum reliquit Apostolum: in politicis hoc idem tempore nostro obseruabis velificatibus honori suo, etiam cum æquitatis, bonæque conscientia jactura.

## CAP. V. T. XXV.



**H**OC Capite ostenditur quid *Cæsarea* actum sit cum Paulo coram *Festo* præside; ad vers. 13. deinde quid coram Rege *Agrippa* reliquis vers. ad finem. In parte prima notantur tria. 1. quæ processum præcedunt. 2. processus. 3. *Euentum*. Primum dicitur, quod *Cæsarea* Ierosolymam venerit. *Observatio.* Requiritur sedulitas in iudicibus in munere suo obeundo, & maximè operam nauarent insignem regno filij Dei Regis regum stabiliendo, ac amplificando, cui faxit Dominus sedulo intumbat, invigiletque Rex noster corde sincero.

*Vers.* 2. Accusatores sunt summus Pontifex, & præcipui Iudæi. *Observatio.* Impij malitiæ, ac atrocitatis suæ nullum finem faciunt, & qui Paulo maximè fauerent, atque patrocinaerentur, existunt atrocissimi hostes, operam quam potuit nauauit maximā in hisce



Iudæis instituendis ad salutem, vitamq; æternam in Christo percipiendam, sed beneficio quo ab his afficitur est seuera contra vitam accusatio, nihil enim aliud moliuntur, nisi, vt Apostolo vita adimatur, addo impios multis alioqui partibus dissidentes in machinatione aduersus Paulū vnanimes coire. Hic præualet potentia Satanica permissu diuino, vt supra sæpius obseruauimus.

*Vers. 3.* Crudeles hi primum rogant, vt *Festus* accersat Paulum *Ierosolymam*, interim statuunt Apostolum in via trucidare. *Observa.* Legis velamine, æquitatisque, hostes seruorum Dei solent obtere suum facinus, ita Iudæi aduersus Christum dixere legem habemus, secundum quam debet mori. Sic adoratio illius imaginis à *Nabuchadnezare* erectæ decreto fuit suffulta, *Dan. 3.* cui tres illi pij iuuenes minimè obtemperauerunt. Nec non contra *Danielem* consultum statuerunt de *Daniela* è viuis tollendo, *Dan. 6.* cui minus paruit Propheta diuina potentia à Leonibus nequaquam descriptus, vt atroces illi aulici voluerunt. Non desistunt impij ab atrocitate sua, donec aut consequantur, quod volunt permittente Domino, aut omnino reprimantur, ac deludantur.

*Vers. 4.* *P. Festus* non assentitur, quod factum arcano spiritus motu *Observatio.* Facile quidem est omnipotenti Iehovæ conatus impiorum eludere, vide *Psal. 2.* propositum Pharaonis de populo opprimendo redegit in nihilum, sic *Nabuchadnezar* de 3. pueris cõburendis, ita etiam *Antiochi* Regis *Syriæ* aduersus *Ierosolymam* inflammata, *2. Mac. 9.* sic *Iberorum* aduersus Euangelij synceros professores cõiuratorum. Corda hominum sunt in manu Dei, & quo vult inclinat illa, *Prov. 21.* dicitur de Regis corde. In præpotentem Deum recumbamus certa spe, & fiducia. Etenim qui confidit in Domino stabit sicut mons *Sionis* & in æternum non remouebitur, *Psal. 125.* *2. Observa.* Æqui iudicis partes sunt non assentiri impijs impiorum postulatis, vt fecit *David*, qui rogatus vt in *Saulem* vlcisceretur, absit, inquit, iniiciam manus in vnctum Domini, de  *Davide* etiam perhibetur corde fuisse compunctū, quod simbriam vestimenti *Saulis* absciderit. *3. Observatio.* Verbum Iehovæ manet inuolabile. Decreto diuino oportet Paulum Romæ prædicare Euangelium: machinentur itaque scelerosi, quicquid velint, valeantque, non prinabitur vitæ fidelis Dei seruus, donec cursum vocationis suæ perimpleuerit, ac consummauerit.

*Vers. 5.*

*Vers. 5.* Mandat *Festus*, vt accusatores *Cæsaream* descendant, & si qua in eo sit improbitas, eum accusent. *Observatio.* Sontes sunt accusandi, non insontes, qui nihil mali patrarint.

*Vers. 6.* Iubetur Paulus sisti, & sistitur. *Observatio.* Licitis magistratum petitis est obtemperandum, verbo multo magis diuino, vtinam ita obedirēt homines legi Dei, vt & statutis posituis, quibus etiam non est neganda obedientia, si à lege Dei non discrepent. Sed plerique hac ætate adduci non possunt, qui legi diuinæ obsequantur, aut veritatem diuinā, sic altā mente reponāt, vt certissimè existiment executioni esse mandandam, hinc fit, vt spreto Domino multi precipites eant in omnia flagitiorum genera, quibus det Dominus meliorem mentem.

*Vers. 7.* Accusatores prodeunt, ac primum circumstant. Vbi nota potentia sua conantur terrere Apostolum, & opprimere. 2. multa dicunt in Paulum, sed nihil probant, laus Deo. *Observatio.* Hostes Ecclesiæ, atque seruorum Dei consueuerunt comminisci plurima in Christianos. Lege *Tertull. in Apol.* contra gentes. Confinxerunt in Christianos eo tempore, quod fuerint incestuos, humanarum carniū comestores, etiam crudarum, liberorum trucidatores, & imperiorum eversores, capitisque *Asinini* adoratores. Itaque fuisse, & sunt hac tempestate qui fidei Christi seruis crimina intentare, atque calumnias instituire non desistant, sed deficientibus rebus causa cadunt, actum certè esset de sanctis, si scelerosis liceret decernere sine probatione, & testibus.

*Vers. 8.* Respondet Apost. quod non offenderit aduersus legem, templum, nec *Cæsarem*. Legem quidem seruauit etiam ad lucrifaciendum Iudæos Christo, Cerimonijs quibusdam sese accommodauit, vt purificationi. *Observatio.* Lex Dei obseruanda, cui vitæ actiones sunt conformandæ: Magistratui in Domino obediendum, & honos deferendus, *Rom. cap. 13.* *1. Petri 2.* pro quibus etiam precandum, vt quietam ac tranquillam vitam degamus cum omni pietate, & honestate, *1. Timoth. cap. 2.* *2. Observatio.* Regnum Christi non pugnat ita cum mundanis imperijs, vt simul minus valeant consistere, si legitimè administrantur, optimè conueniunt, seseque mutuis auxilijs stabiliunt, quæ quidem reuera distincta sunt, vt alibi diximus.

Hhh 2

3. *Observa.*



3. *Observatio.* Vt seditionis crimen fuit Christo impactum, sic proditionis etiam fidei ipsius seruis, quam ex animis detestantur, docentes disertè magistratum corpora esse sacrosancta, quibus & obedientia, & reuerentia sit præstanda.

*Vers. 9.* Festus cupiens inire gratiam apud Iudæos, inquit, vis *Ierosolymam* ascendere. *Observatio.* Summa est humani animi inconstantia, cui non est nitendum, in solo Deo nobis recumbendum, qui est salutis nostræ petra. Recusat Paulus, qui vult iudicari à Cæsare, ad quem prouocat: ratio, nihil mali Iudæis feci. 2. ratiocinatur per dilemma, si quid commisi non recuso mori, si verò nihil est eorum, quorum me accusant, nemo potest me illis condonare. Cæsarem appello. *Observatio.* Legitima defensione, legisque beneficio nobis fas est uti. Ambrosius iudicari voluit Mediolani, vbi docuit, & Athanasius à corruptis Concilijs noluit censer. Apostolus hic suæ innocentiae nititur, bonæque conscientiae testimonio, quo suffulcitur. Subiungo, qui delictis suis mortem merentur, vltimo sunt afficiendi supplicio.

*Vers. 12.* Festus iubet Paulum ad Cæsarem proficisci adhibito in consilium concilio. *Observa.* Festus nihil tale cogirans testibus etiã principibus Iudæorum improbitatè, & Pauli innocentiam in apertum proferens Ecclesiam Dei mirificè confirmat. *Observ.* Hæc est piorum sors, vt vna exantlata afflictione, noua continuo cursu subsequatur. Feramus crucem æquis animis, quam tandem excipiet beata immortalitas, *Rom. 8. Act. 14. Heb. 12. 2. Cor. 4.*

*Vers. 13.* Quatuor vicibus hætenus accusatus Paulus. 1. coram populo. 2. Pontifice & Senioribus. 3. Felice. 4. Festo. Iam videndum, qua occasione adductus sit, atque productus coram *Agrippa* Rege, quibusque modis Pauli productio illustretur. Hoc *vers.* occasio statuitur producti Pauli coram *Agrippa Herodis*. *Agrippa* filio, cuius mortem *Lucas* descripsit, *Act. 12. 23.* scilicet Rex cum *Bernice* sorore descenderat *Cæsaream* vxore quondam *Polemonis* Regis *Lysorum*, cum qua frater *Agrippa* (vt refert *Iosephus*) incestuosum stuprum commisit populo etiam notum. *Obser.* Omnia fiunt atque reguntur diuinâ providentiâ in gloriam sui nominis, electorūque vtilitatem. Mouetur hic Rex diuinitus *Cæsaream* descendere, vt Paulum audiat, causamque cognoscat, quem audit, & vt sub finem *cap. 26.* testatur *Agrippa*, sese persuasum fere, vt Christianus esset,

esset, atque in Paulo nihil esse morte dignum. *Observa.* Misericordia Domini, suorum conseruationi ita invigilat, vt etiam Ethnici à fide alieni de innocentia seruorum Christi testimonium perhibeant. 2. *Observ.* non vacat Paulus diu consolatione: nam post certos dies descendit *Agrippa* innocentiae Paulinæ testis. Sed hæc est piorum conditio, vt nouis subinde afflictionibus exerceantur. *Salutaturi Festum.* *Observa.* Modus salutandi etiam ab Ethnicis obseruatus, multo magis obseruari, & frequentari debet à Christianis. Apostolus semper atexit suis Epist. salutationes animi optime affecti indices, hortaturque sanctos, qui sese mutuo illo osculo sancto consalutent.

*Vers. 14.* Cum ibi mansissent, *Festus* proponit Pauli causam, quem vinctum à *Felice* quondam Præside relictum, dicit, &c. *Observa.* Etsi veritatis professores, & qui videri volunt religiosi, vt hi accusatores Pontifex summus, & Seniores, calumnijs Dei seruos impetant, conuitijsque proscindant, Dominus tamen excitabit Festum aliquem, qui suorum causam sit verè propositurus, & Regem candidè atque syncerè instructurus. Expende quæ sequuntur. Effecit Dominus *Danielem*, gratiosum etiam apud *Nabuchadnezzarem*, *Dan. 3.* Idem ille præstabit, cum visum fuerit fidelibus suis seruis. Reperit *Obadiam* in *Achabi* aula *Elia* Prophetæ fautorem, *Ieremia Ebedmelechum* *Æthiopem*, & *Jonathanem* filium in *Saulis* familia, *Davidi* amicum. *Relictus vinctus.* Hæc est Pauli sors, gaudetque hoc titulo *Epist. ad Phile. vers. 1. δεσμῶτος Ἰησοῦ Χριστοῦ.* O quam gloriosum pro Christo vinciri & pati? Prophetæ vt supra vincti, Apostoli etiam, fideles denique Domini serui ætate omni, nec non vincendi ad seculi consummationem. Simus contenti sorte nostra, atque hinc peramus consolationem, quod Dei spiritus in nobis efficaciter agens nequeat vinciri; quodque omnibus afflictionibus daturus sit Dominus exitum felicem, atque latum.

*Vers. 15.* Principes Sacerdotum, ac Seniores petentes damnationem aduersus Paulum. *Observatio.* Qui essent Pauli fautores, Euangelijque promotores etiam à sese inuicem dissidentes. P. existunt inimici. Impij conveniunt in hisce aduersus Christi seruorum criminationibus instituendis, sed supra hanc rem exemplorum inductione illustrauimus. Adde vnum hostes semper tenere



cursum nimirum, ut damnetur Paulus, Iudicisque ignoratione ad suum institutum abuti.

*Vers. 16. Festi responsio.* Recusat condonare Paulum ad poenam, priusquam in conspectu habeat accusatores & locum defensionis accipiat super criminatione. *Observatio.* Iudicari debet nemo, nisi accusatores praesentes sint; Imò cum accusatur senior, accusator adferret duos testes assistentes, qui testentur accusationem minimè esse friuolam, 1. *Timoth. cap. 5.* De iure Romano inquit ille, Nulla satis diuturna cunctatio esse possit de hominis vita, huc accedit illud *Psal. 116.* Preciosa in oculis Iehovæ est mors sanctorum. *Observ.* Locus relinquendus accusato, qui sese defendat, utaturque defensione legitima.

*Vers. 17.* Cum huc convenissent. *Observa.* Facile conveniunt improbi ad malum patrandum, ut hic loquitur absque vlla ἀναβολῆ, ubi observa non essent dilationes, nec rerum ampliaciones, procrastinationesque in iudicijs, sed causæ precedente cognitione quam expeditissimè deciderentur iustitia exerceretur, & nulla esset personarum acceptio.

*Vers. 18.* Accusatores nullum crimen obijciebant eorum quæ ego suspicatus eram. Nota Paulum hic innocentem declarari, atque accusatoribus impingi crimen falsariorum. Pilatus binis vicibus Christum pronunciauit insontem, sed tandem peruersus morti crucis adiudicavit.

*Vers. 19.* Capita instituta aduersus Paulum breuiter recenset, sed leuiter, atque prophanè. *Observatio.* Homines βεβηλοὶ & sentiunt, & loquuntur prophanè de rebus religiosis. 1. est δαισιδαμονία. 2. de Iesu defuncto quem Paulus asserit viuere. Duo hic occurrunt. 1. est de morte Christi, vnde vita nostra. 2. est de resurrectione, ac vita, de quibus supra. Amplius non moritur Christus, sed viuit in cælis dextræ Dei patris omnipotentis assidens in summa gloria, Ecclesiam congregans, regensque verbo, & spiritu, eamque exercens per crucem, hostesque confusione involuens, quam potestatem omnibus partibus exercebit, donec ad iudicandum viuos, mortuosque venerit.

*Vers. 20.* Dubitat Festus. itaque vult Apostolum Ierosolymam proficisci. *Observ.* Causa intricata non est subito decidenda.

*Vers. 21.*

*Vers. 21.* Indicat Paulum Cæsarem appellasse, seque iussisse eum seruare donec ad Cæsarem mitteretur. *Observatio.* Cum legitima existit appellatio, appellator ad iudicem competentem ablegandus.

*Vers. 22.* Desiderat audire Paulum. *Observ.* Audire Dei seruum pro se vera loquentem, est quidem laudabile, vbi etiam in Apostolo impletur quod Dominus de eo prædixerat *Anania.* Assentitur Festus Regi. *Observ.* Licita postulantibus fas est obsequi.

*Vers. 23.* Postero die veniunt *Agrippa, & Bernice* cum multa phantasia, id est apparatu regio. Est autè φαντασία species quæ videtur, si nihil subsit, ut in aère, & nubibus. Talis pompa aulica in ceterua celebri vestitu ornatu incessu moribus denique cernitur, adsunt Tribuni & eminentes eius vrbs cives, iubente Festo, adductus est Paulus, qui pro se vnicum DEVM pro multis habet.

*Vers. 24.* Oratio Festi de Paulo; qua primum repetit iniquam Iudæorum petitionem, ut Apost. morte mulctaretur, vociferantes nõ oportere eum viuere amplius, sed nihil probant, siquidem nihil morte dignum fecisse dicitur: rursus absoluitur Paulus: *Vers. 25.* qui ad Cæsarem est mittendus. quem vocat Dominum, quam appellacionem ab adulatoribus ortam tyranni primum affectarunt, *Vers. 26.* postea boni Principes non recusarunt, ut ex *Plinij ad Traianum* tertium Ecclesiæ primitiæ persecutorem, epistola apparet. In fine *vers. 26.* ostenditur cur productus sit Apostolus, ut scilicet inquisitione habita, habeat Festus, quod scribat *vers. vlti. 27.* Ratio assignatur. Præter rationem videtur, ut eo mittatur vinctus, & crimina in eum collata minus significantur. *Observatio.* Actiones nostræ rationibus sunt muniendæ: nihilque faciendum nisi legitima subsit causa.

CAPVT



## CAPVT XXVI.



OC Cap. habetur Pauli apologia permittente Rege *Agrippa*. Partes omnino sunt duæ. 1. Oratio Pauli. 2. Euenta. Oratio complectitur exordium 1. 2. 3. 2. Narrationem: qua continetur vitæ Paulinæ descriptio, & Doctrinæ.

*Vers. 1.* Permittitur Paulo pro se dicere. *Obserua.* Hæ sunt partes æqui Iudicis accusatum audire, antequam iudicet, tametsi plerique morte dignum censeant. *Alexander Macedo* reseruabat alteri parti alteram aurem, ne quid iniquè decerneret, qua praxe declarauit sese à studijs partium alienum.

*Vers. 2.* Paulus extensis manibus pro se respondet. *Observatio.* Bona conscientia suffulcit accusatum, additque animos Christi feruis, ne accusati fatiscant. Apost. sæpè appellat bonæ conscientia testimonium, vt supra. *vers. 2.* In exordio beneuolentiam iudicis captat, seque prædicat beatum hac præsertim ratione, quòd ipsi liceat respondere omnibus coram Rege, de quibus postulatur à Iudæis. *Obserua.* Est quædam putatiua beatitas, si concedatur nobis causam nostram apertè agere. Verùm beatitudo vera in peccatorum remissione Dei fauore, huiusque iucundissimi, atque suauissimi aspectus contemplatione cernitur, *Psalm. 16. & 32. & 119.*

2. *Obserua.* Hodie, habet Apostol. suum diem, quo possit respondere, & accusatores suum tempus postulandi: At dies Domini ille magnus, terribilisque omnem hanc accusationem reexaminabit, & quæ subsunt iniqua, in apertum proferet. Conceditur quidem sycophantis hisce temporibus calumniari, sed postulabuntur coram Christi tribunali in eorum sempiternum exitium, nisi gratiâ divinâ resipiscant. 3. *Obserua.* Non desunt Apostolo accusatores, hæc est seruorum Christi fors, quâ si fruamur pro diuinæ voluntatis ratione, patienter feramus, memores illius, *Rom. 8.* Si cum Christo passi fuerimus, cum eo glorificabimur; & 2. *Timoth. 2.* regnabimus. 4. *Obserua.* Sunt accusatores Pauli, atque inimici Iudæi nimirum, qui singulares existerent fautores, atque amici, quorum saluti enixè studuit. O ingratham, & malitiosam gentem, cum obedi-

obedientiam in Domino, reuerentiam, amoremque præstarent, *Hebr. 13. 1. Timoth. 5. 1. Theff. 5.* vitæque huic necessaria tolerandæ, *1. Cor. 9.* quibus possunt modis omnibus conantur Apostolo vitam eripere. Discant greges officio suo ritè defungi erga Pastores suos, ne sint sycophantæ, iniqui postulatores, ingrati seruorû Christi hostes, malum pro bono reddentes, illius dicti *Salomonis* memores, *Prover. 17.* Qui reddit malum pro bono, malum ab eius domo non recedet.

*Vers. 3.* Sentit Apost. se beatum maximè, quod cognitione rituum & quæstionum Iudaicarum *Agrippa* valeat. Hi ritus sunt cerimonix à Iudæis obseruatæ in rebus religiosis. Quæstiones sunt de rebus controuersis inter sectas Iudæorum, Pharisaorum, Sadducæorum, & Essenorum. *Obserua.* Qui sese palliant religionis prætextu, scinduntur in diuersas sententias. Pharisei ex lege iustitiam petebant, meritisque operum acquiri putabant. Sadducæi Angelos spiritus esse negabant; resurrectione etiam mortuorum, animæque immortalitatem inficiabantur. Esseni omnia communia asserbant. 2. *Obserua.* Rarum quidem, atque singulare beneficium est, si Iudex cognitione rerum valens reperiatur, & certè Iudex debet esse rerum iudicandarum gnarus.

*Vers. 4.* incipit Narratio, quæ tria complectitur. 1. de Pauli vita ante conversionem. 2. de conversione. 3. quæ egerit post conversionem. Quod ad ipsius vitam attinet, appellat ipsos Iudæos testes qualem duxerit ab ineunte ætate *Ierosolymis*. *Obserua.* Educædorum puerorum ratio cum primis habenda, & parentibus, præceptoribusque opera danda, vt piè atque sanctè instituantur, etenim pia, sanctaque educatio, vitæ per gratiam producit sanctitatem, quæque imbibunt ab ineunte ætate, arctissimè retinent; quare scholæ sunt instituendæ, atque fouendæ pro pueris erudiendis in omni disciplinarum genere, sed præcipue in sincera religione, fuit quidem vt perhibetur academiâ *Ierosolymis* pro informandis adolescentibus: huiusmodi cura nos teneret sollicitos in Ecclesiæ, Reique publicæ utilitatem.

*Vers. 5.* Indicat se strictè vixisse sectæ Pharisaicæ professorem, citatque testes Iudæos, qui ipsum nouerunt. *Obserua.* Testes idonei sunt hi, quibus accusatus probè est cognitus, invidi & iniqui non admittendi, vt Iudæi quidam calumniatores, qui in rebus notis,



& pro Christi seruo facientibus silent. *Obfer.* vita est probè traducenda, Apostolus vixit strictè more Pharisæico, quamdiu illi sectæ adhererat, quæquidem Iudzorum opinione extitit præcipua. Nemo existimet me probare illam sectam, hoc tantum obseruo ex stricta illa Pauli viuendi ratione, discere nos debere sub Euangelio piè, sanctèque viuere.

*Vers. 6.* Continetur caput controuersia, atque sic sese habet. Accularur Apost. 1. propter spem promissionis factæ Patribus. 2. propter resurrectionem mortuorum, *vers. 8.* Tres sunt testes maximè idonei veræ doctrinæ, scilicet Deus, veri patres, synceræ ecclesiæ consensus, vt *Bezæ* obseruat rectè. Spes promissi est de Iesu Christo. Deus pater in paradiso promisit semen mulieris cõtriturum caput serpentis; Idem patribus repetiuit *Noacho, Abrahamo*, in cuius semine omnes gentes essent benedicendæ, *Isaaco, Iacobo*, cuius vltimæ voluntatis pars est hæc quod *Silab* sit venturus, quo significatur pellicula illa quâ infans in vtero involuitur, hæc designatur Christi humana natura, qui quidem *Goel à Iabo* dicitur, & *Gimmanuel* ab *Isa. 7.* In quo omnes promissiones, vt loquitur Apost. *2. Cor. 1.* sunt *Etiã & Amen.* Etenim in Dei noui fœderis mediatore fundantur, atq; in eo complentur. *Obfer.* Idem est Christus Dei filius vnicus mediator patribus promissus & nobis exhibitus, cuius diem vidit *Abrahamus*, atque gauisus est, *Ia. 8.* Iesus Christus heri & hodie idem est & in secula, *Heb. 13.* Eadem est fides hunc Christum amplectens, eadem denique religio.

*Vers. 7.* Ostendit 12. tribus Deo die ac nocte seruientes sperare se ad hanc spem peruerturas. *Obfer.* Certa spe, atq; fiducia in Christum, generis humani redemptorem recumbendum, promissionibusque Divinis innitendum, Deoque patri, dies, noctesque inseruiendum, qui in Christo ipsi simus accepti.

*Vers. 8.* Probat mortuos resurrecturos. 1. à Dei potentiâ. 2. à Christi resurrectione, cuius ipse sit testis idoneus. Deus facillimè potest mortuos resuscitare; Et resurrectio nostra in Christi resurrectione est inclusa, Ergo certò statuendum futuram mortuorum resurrectionem, contra Sadducæos, & Epicureos. Ex resurrectione Christi discè, quod sit Dei filius, *Rom. 1. 3.* 2. quod sit Dominus viuorum, ac mortuorum, *Rom. 14.* 3. quod plenè satisfecerit pro omnium electorum peccatis. *1. Cor. 15.* Ratione nostra hæc ad nos redundant.

CAP. XXVI. IN APOSTOLOR. ACTA. 435  
dudent commoda, 1. quod resurrexerit propter iustificationem nostram, *Rom. 3.* 2. propter sanctificationem, *Rom. 6.* 3. quod resurrectionis nostræ virtus sit inclusa in resurrectione Christi, qui vocatur duabus rationibus *ἡ ἀνάστασις τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ*. 1. quod vi sua resurrexerit non amplius moriturus. 2. quod vt diximus, nostra resurrectio sit inclusa in resurrectione Christi vnici ecclesiæ capitis.

*Vers. 9.* Qualis extiterit ante conversionem, disertè fatetur. *Obfer.* verè conuersus ad Deum, & gratia cœlesti præditus peccata ante cõmissa non modo non vult celare, sed in apertum proferre vult, atq; ad posteritatem transmittere: expende in *Dauidè*, *Psal. 32. & 51.* 2. *Obf.* Peccatū occupat imprimis cogitationem, idcirco cogitationi diligenter attendendū ne Satan malos motus in eã ingerat. 3. *Obf.* hæc est Satanæ vafrities, qui efficiat te credere ritè quidē officio te esse defunctū, cū delinquis & in Christū, eiusq; regnū machinaris.

*Vers. 10.* Habetur vbi primum persecutus est sanctos, scilicet *Ierusalymis*, vbi sancti pace fuissent gauisi, ibidem persecutionem patiuntur, & Sancti sunt electi spiritu, sanguineque Christi sanctificati, atque hæc est sanctorum fors, vt sæpius supra observavimus, vt incarcerentur, & persecutionem patiantur. *Obfer.* Hæc facinorosi crudelitatem suam potestate munire, atque legibus.

*Vers. 11.* Fatetur se puniuisse sanctos per synagogas, & coegisse blasphemare. *Obfer.* Ecclesiæ hostes ita agitantur, & perpelluntur à Satana, vt modis omnib. conentur divini nominis gloriam proculcare, imò extinguere. Sed minus prævalent apud fideles in veritate confirmatos. *Polycarpus* martyr rogatus à procõsule, vt Christo malediceret, Respondit ante flammam; Quomodo inquit possum maledicere Regi meo, cui 86. annos serui, nec in vlla re me læsit vnquã, & libere dixit. Audi Christianus sum, addo rabie diabolica incitari & agitari eos, qui in Ecclesiã atrocitatē exercent.

*Vers. 12.* Sequitur Pauli conuersio. Vbi. 1. occurrit temporis locique circumstantia. 2. modus conuersionis. 3. informatio Pauli ad ministerium obeundum, & testificandum de Christo Dei filio. Tempus his verbis describitur, atq; locus. *Cum proficiscerer inquit Damascum*, quæ est præcipua civitas in Mesopotamiã fretus auctoritate, & procuratione Principum, ac Sacerdotum. *Observatio.* Dominus hostium Ecclesiæ suæ conatus impedit, quando sunt in ipsa ferè executione. Expende in Pharaonem persequente



populum Iſracliticum ad mare rubrum. In *Amanis* atroci conamine, & decreto Regis *Aſſueri* de contrucidandis vno die Iudæis omnibus per prouincias diſgregatis, in *Antiocho Epimane*, ſæuas minas detonante ſe ſcilicet *Ieroſolymam* effecturum congeriem lapidum, in viſceribus interim morbo incurabili cælitus læthaliter percuiſo, & denique in claſſe illa *Hiſpanica*, cui cum nihil ad victoriam deſſe videretur procella diuinitus exorta diſſecta, diſpulſaque eſt, & pars magna mari abſorpta. 2. *Obſervatio*. Res peſſimæ confici ſolent ab Eccleſiæ hoſtibus per authoritatem, & procurationem, atrociam Satanæ organa hoſtesque bonorum, lege, & poteſtate regia ſeſe ornatos volunt, atque inſtructos: ſicut Iudæi in crucifigendo Chriſto inquiringes; legem habemus, ſecundum quam mori debeat. Vide in hanc rem, *Dan. 6.*

*Verſ. 13.* Habetur modus conuerſionis. Vidit Apoſt. lucem cælitus ſplendentem, quæ ſplendorem ſolis ſuperabat, eumque circumfulſit, & eos, qui cum eo fuerunt. Primum ſignum offertur præſentiæ Domini, & poſt ſignum, ſequitur vox. *Obſervatio*. Signo verbum eſt coniungendum: vide in tranſfiguratione Chriſti monte *Thabore*, vbi Chriſti facies ſplenduit, vt ſol, & veſtimenta alba ſunt facta, vt lux, vox eſt ſubſecuta Dei patris, vbi nubes lucida inumbrasset eos dicens, hic eſt filius ille meus dilectus in quo acquieſco, hunc audite. 2. nota lucem fulgere è cælo, non oriri huiusmodi lucem ex natura. Eſt quædam lux reliqua etiam in homine  $\psi\chi\kappa\omega$ , quæ poſſit eum reddere  $\alpha\nu\alpha\pi\omicron\lambda\omicron\gamma\eta\tau\omicron\nu$ , ſi eandem detineat in iniuſtitiâ, nec, vt par eſt, creatorem glorificet, at hæc ad ſalutem non ſufficit. Oportet luce mundi Ieſu nimirum Chriſto colluſtremur in vitam æternam, ne ergo in nobis, neque in liberi arbitrij viribus lucem, ſed è cælo petamus, atque in Chriſto, qui eſt lux mundi, *Ioan. 8. Luc. 2.* 3. *Obſerva*. Cum venit, apparetque Chriſtus ſecum lucem affert, ſed cum venit Satan princeps tenebrarum aſportat tenebras. vbi ergo ſplendet lux Euangelica, ibidem & ſol iuſtitiæ Ieſus Chriſtus, præſentiæ itaque Chriſti  $\tau\epsilon\chi\mu\eta\gamma\iota\omicron\nu$  eſt Euangelij lux, etſi à nobis Dei filius, vt homo longo diſtet interuallo, nihilominus tamen per ſpiritum verbo ſalutis cooperantem nobis fidelibus adeſt, cæleſti que luce nos illuminat, cuius claritas omnem ſolis ſplendorem multis modis ſuperat: At quantus quæſo ſplendor illius  $\alpha\pi\omicron\sigma\iota\tau\omicron\varsigma$  in cælis ſupremi Dei, quo

quo ſumus in omnem æternitatem, cum gaudio ineffabili, & ſempiterno colluſtrandi.

*Verſ. 14.* Continetur huius lucis effectum, ſcilicet omnium caſus in terram, atque proſtratio. *Obſerv.* Si iſta lnx cum filio coniuncta hos deiiciat, quanto magis proſternet reprobos Dominus, cum in flamma ignis apparebit ad tribuendam vltionem ijs, qui Dominum non cognouere, neque obtemperarunt Euangelio, qui ſempiterna perditione multabuntur à Domini præſentia, gloriaque poteſtatis eius, 2. *Theſſ. 1.* quo tempore dicent reprobi; cecidite montes ſuper nos, atque occultate nos à facie agni. Audiunt vocem, quæ eſt Chriſti, *Saule Saule*, quid me perſequeris, & durum eſt tibi contra ſtimulos calcitrare. *Obſervatio*. Eccleſiæ perſecutores nominatim poſſent appellari etiam facta ingeminatione. Vide *Ierem. 4. Michaa 6. Luc. 13.* 2. *Obſerva*. Chriſtus nunc glorificatus perſecutionem patitur, idque duobus modis. 1. in membris vt hic & *Coloſ. 1.* ſuppleo quæ decerant afflictionibus Chriſti. 2. in cauſa *verſ. 22.* hanc viam ad mortem vſque ſum perſecutus: expendant ſanguinolenti hoſtes, cum eccleſiâ perſequuntur, aut ſeruos Chriſti, eiufve cauſam, tum eos perſequi Chriſtum ipſum, qui decernente Chriſto, niſi diuinâ gratiâ reſipiſcât æternis afficiendi ſunt ſupplicijſ. Affici etiam ſenſu malorum populi ſui fertur, Deus Pater, *Iſa. 63.* Spiritus etiam ſanctus, 1. *Pet. 4.* Proinde ſancta trinitas noſtris afflictionibus compati. cedit in ſolatiū noſtrum. Diſcamus nos affici, atque tangi ſenſu calamitatem Eccleſiæ, obtemperantes Apoſt. præcepto, *Rom. 12.* flete cum flentibus, & *Hebr. 13.* memores eſtote victorū tanquam vna cum illis eſſetis victi. 3. *Obſer.* Durum quidem eſt contra Chriſtum contendere, vide *Dan. 2.* lapidē illum redegiffe: hoc tantum monitos velim rebelles, vt Chriſto principi gloriæ, atque poteſtatis cedant.

*Verſ. 15.* Dicit Apoſt. quis eſ Domine. Dei filius vocatur Dominus, creationis, *Ioan. 1. Coloſ. 1.* redemptionis, 1. *Pet. 1.* & conſervationis iure, *Coloſ. 1.* Ergo ſeruiamns Domino noſtro, eumque pro vnico Eccleſiæ capite vitam lucemque membris tribuente agnoſcamus, ei que reuerentiam deſeramus, quam iam in Apoſt. conuerſo obſeruare potēs, qui cogitur eum reuereri, quem antea atrociter



est persecutus, cogentur, velint, nolint crudeles Christi, Ecclesiamque hostes Dei filium gloriae principem, vitae Dominum, mundi; iudicem tandem agnoscere. *Resp.* Sum Iesus quem tu persequeris, id est, seruator. Nomen hoc Dei filio inditum ab Angelo, *Math. 1.* & additur ratio, quod scilicet esset populū suum seruaturus à peccatis.

*Vers. 16.* Iubet Paulum exurgere, atque stare. Vbi obserua eum qui Apostolum deiecit, eundem erigere. Sequitur informatio. Apparui, inquit Christus, vt te *ὑπηρετῶ* ministrum designarem, testemque eorum, quae vidisti, tum eorum, in quibus apparebo tibi. *Observatio.* Ministrorum designator est Christus *ἀρχιποιμῶν*. Itaque non currendum, antequam mittamur, atque diuinitus vocemur, *Heb. 5. 2. Obser.* Optimè cum ijs agitur, qui gratiosā Christi potētiā prosternuntur ad conuersionem. Inquit David. Bono fuit mihi, me affligi, vt discerem statuta tua, *Psal. 119. 3. Obser.* Nomen quo insigniuntur serui Christi, est *ὑπηρέτης*, nos hoc admonemur ministrationis nostrae, atque praedicationis Euangelij. Vt inquit Apost. *1. Cor. 9.* nisi Euangelizauero. Contenti simus nominibus nobis diuinitus impositis, inanem titulorum gloriam aspernantes, simus re, atque nomine serui Christi, veritatemque sacris literis consignatam syncerè, atque fideliter annuntiemus.

*Vers. 17.* Ostenditur Paulū fuisse erutum ex hoc populo, & gentibus ad quas nunc per Christum mittitur. *Observa.* Pauli ereptor, atque liberator semper extitit Dominus, neque potuerunt coniu-rati hostes ipsi vitam eripere, antequam munus suum compleisset: quo perfunctus honorifico mortis genere in gloriam Domini, Ecclesiamque vsum fuit affectus.

*Vers. 18.* Finis missionis Paulinae, vt, nimirum eorū oculos aperiat, vt se conuertant à tenebris ad lucem, à potestate Sathanæ ad Deum, vt remissionem peccatorū, sortemque inter sanctos accipiāt per fidem quae est in Christo. *Obser.* Oculi mentis aperiri dicuntur per Euangelij praedicationē, tanquam per medium diuinitus ordinatum, seruisque Christi Spiritus S. organis, id quidem tribuitur, sunt enim *σύνεργοι*, *1. Cor. 3.* sed proprie illud praestat Dominus per spiritum, *Act. 16.* fertur cor *Lydia* aperuisse. *2. Obser.* Euāgelij scopus est ad Christi cognitionē adductos, atque in eo per fidem apprehenso iustificatos, & sanctificatos seruare. Cōuersio est Dei opus, quae est à tenebris in lucē, à potestate Sathanæ ad Deum quae est peccati, atque tenebrarum: ad Deum inquam lucis caelestis authorem,

*Jerem. 31.*

eter-

æternæque vitæ largitorem in Christo, remissionemque peccatorum in eius sanguine qua freti beati existimus, *Psal. 32.* quod beneficiū nos quidem vt Dei donum recipimus, proinde non putidis hominum meritis acquiritur. *3. Obser.* Remitti nobis primum oportet peccata, antequam possemus frui illa caelesti hæreditate. Quae vocatur *κλήρο*, quia nobis diuina sorte est designata, merito possidenda hæredis mundi Iesu Christi filij Dei, qui duplicem dicitur habere titulum ad regnum caeleste. 1. naturalem, quia est filius vnicus primogenitus, proinde omnium hæres. 2. acquisitionis iure, quia sanguinis effusione, imò vitæ positione idem acquisiuit, quoquidem sanctificati per fidem fruuntur electi.

*Vers. 19.* Sequitur obedientia Pauli caelesti visioni præstita. Viso Christum præsentem habebat, qui partim luce caelesti, partim voce caelitus ædita apparuit. *Observa.* Cum Christus adest, lucem apportat, contra tenebrarum princeps tenebras, illuminationis donum est è caelo. *2. Obsera.* Qui sanctos Christi, eiusque causam persequuntur, ipsum Christum feruntur persequi, imò Ecclesiae vexatores totam vexant trinitatē vt supra ostendimus, *Isa. 63. Act. 9. Colos. 1. 1. Pet. 4.* in Pauli obedientia nota Domino vocanti obtemperandum, neque ratio diuinæ voluntatis imperantis tibi exigenda, sed simpliciter obsecundandum, vt hic facit Apost. & fecit *Abrahamus* sola fide in Dei veracis promissum recumbens, natale solum, charosque amicos deseruit, profectus in terram ignotā. Magna vis fidei, quae non querit causam diuini mandati, sed obedit. At plerumque ea est electorum etiam infirmitas, vt nisi efficaci persuasione caelitus informentur, mandatum Iehovæ detrectent, vt percipere est in Moysē, qui initio renuit adire Pharaonem, donec eum Deus verbo, atque miraculis instruxerat, & confirmarat. Sic *Isaias* viso Iehova *Isa. 6.* legatione illa de indurando populo fungi recusauit, donec gratia, & potentia diuina fuerat instructus, & confirmatus: Ita *Jerem. 1.* sic *Jonas* à Domino *Niniven* missus tergiversatus in *Tharsum* cogitauit, coactus tamen eo, quo Dominus instituerat proficisci: Concludo voluntati Domini, vt cumque nobis videatur ardua obediendum. *2. Observatio.* Dominus prophetis suis in visionibus, nonnunquam in somnijs Moysi facie ad faciem, Paulo in *οπτασια* hac apparuit, nobis vero sub Euangelio in filio suo clarè est locutus, proinde nostra conditio felicior quam fuerit patrum, visio nostra est apertissima filij manifestatio,



statio, & disertissima voluntatis divinæ in Euangelio. patefactio, quam nobis præ multis concessit Dominus ex mera misericordiâ, quâ fouere, ac retinere conaremur, memores illius dicti, *Prov. 29.* Vbi visio cessat, ibi populus *sparang* nudatur. 3. *Observ.* Non in vno tantum, sed in omnibus parendum est divino mandato. Saul quidem in parte obtemperavit. vide *1. Sam. 13. & 15.* eiusque exitum miserabilem, cap. vlt. addo omnibus hominû præceptis Dei præceptum debere præponderare. Accepit Apost. a Pontifice, & Senioribus mandatum, qui Damascum proficiscatur, sanctosque vinctos *Ierolimam* adducat, id temporis obtemperavit, sed iam imperanti Domino vt proficiscatur ad gentes, prædicetque Euangelium, obtemperat. Quare concludo cum Aposto. *Act. 4.* Melius esse Deo, quam hominibus obedire.

*Vers. 20.* Mandati executio. 1. Prædicat *Damasci.* 2. *Ierolimam.* 3. per omnem regionem Iudæ. 4. gentibus annuntiat Euangelium. *Observ.* ex Pauli diligentia in obeundo munere, Pastores occupari debent in Christi regno propagando, neque rebus à vocatione alienis immiscerentur. Tria sunt quæ annunciauit. 1. est *Μενοιεν.* 2. *ἄπισθεν πρὸς τὸ θεόν.* 3. *ἔργα τῆς μενοίας ἀξία παραθεῖν.* Euangelij summam hisce complectitur, quæ posita est in vera, & serua resipiscentia fidei viuæ effecto. Prophetæ in hac doctrina multum laborarunt. Ioan. Baptista Christi *προδρομῶς*, Pœnitentiam agite, inquit, Nam appropinquavit regnum cœlorum, fructusque requirit pœnitentia, atque emendatione dignos; Cùm ait securim esse ad radicem positam, omnemque arborem non ferentem fructum, excisum iri. 1. est *Μενοιεν* quod continet peccati agnitionem cum dolore pio coniunctam, qui efficit pœnitentiam ad salutem, 2. *Cor. 7.* 2. est ad Deum conversio, quæ est Sancti Spiritus opus, *Ier. 31.* Simus nos cùm Dominus operatur, divinæ operationis iustrumenta. 3. Opera digna emendatione. Bona opera in renatis requiruntur, quia sine ipsis fides est mortua, vt arbor ex fructu cognoscitur, sic ex operibus fides. *Observ.* Cùm iubemur ad Deum convertere in scripturis, meminerimus primum hac exhortatione indicari non quid valeamus, sed quid debeamus facere: & iterum exhortationibus inclusam esse Dei gratiam, qua postulemus nobis dari, quod requirit. Dicamus cum *August.* epist. 24. Da Domine quod iubes, iube quod vis, tunc non frustra iubebis.

bebis. Iustissimæ offeruntur nobis causæ hac tempestate resipiscendi, cùm tot ob oculos obuissentur iræ divinæ *τεκμηρια*, at huius seculi tam deplorabilis status, vt neque verbo Dei eiusque interminationibus, neque iudicijs moueri possent. Proinde quæramus Deum, cùm inveniri queat, *Isa. 55.* ne occasione neglecta, cùm velimus minimè audiamur, sed repetentinis cum fatuis illis, *1. Proverb.* afficiamur supplicijs.

*Vers. 21.* Crudelis conatus *Asianorum* Iudæorum in Apost. Horum inquit causa Iudæi me in templo comprehensum tentarunt *διαχειρισάμεν* interficere. *Observ.* Iniuriosius tractantur serui Dei. veritatis ergo. Expende in prophetis, *Io. Baptista*, Apost. martyrib. *Gal. 4.* Initio me recepistis, vt Angelum Dei, imò vt Christum Iesum, oculosque vestros effossos dare voluistis, sed iam quia veritatem dico, inimicus vobis factus sum. 2. *Observ.* Seruorum Dei hostes existunt hi, qui maximè amici essent, cùm Domini legatis multis nominibus sint devincti. O miseram ingratitudinē hominum cæcorum, atque rebellium? Sunt Ethnico illo *Alexandro* deteriores, qui dicere solebat magis se esse devinctum *Aristoteli* præceptorum, quam patri; cùm pater tantum dederit ei esse, *Aristoteles* verò bene esse. Si ingratum dixeris, inquit ille, omnia dixeris. Ingrati animi vitium effugite, ne sitis tanquam *Pincerna* ille, cuius somnium *Iosephus* exposuit, immemor *Iosephi*, nec instar *Achitophelis* in *Davidem* cōspirantis cum *Absolomo* filio, neque instar *Iudæ* proditoris, sed re, atque verbo gratorum animorum effecta ijs, quibus secundum Deum estis obligati, declarate sine omni dissimulationis specie. *Vbi.* In templo. *Observ.* Nulla circumstantia etiam religiosa coercere potest, atque reprimere atroces, rabieque furentes, à proposito suo pernicioso. Persona Pauli non est illi asylo, cùm sit homo, neque professio, cùm sit Christianus. Neque templum Deo consecratum, & negotijs Iehovæ sacris, neque Apostolatus, non eruditio, non sedulitas in munere obeundo; deniq; non vita sanctè, pièque acta. Ista omnia minimè præpediunt Iudæos à conatu suo crudeli de trucidando Paulo. Nihil certè reperias in optimo homine quod valeat reprimere atroces persecutores, quin eum prehendant, poscantque ad supplicium; Nihil impijs placere possit, nisi vitam Apost. habeant. Ita *Pharao* est *Moyse* interminatus, *Exod. 10.* Sic atrox & superba *Iesabel* *Elia*, vterque tamen Propheta



saluus remansit, Pharaon cum suis in mari rubro perijt, *Iscabel* à canibus lacerata, atque discerpta, cuius sanguinem, iuxta Prophetæ vaticinium, lamberunt. Sed quoties sunt conati Apost. interficere, bis ante insidias posuerunt, & lapidibus tentarunt obiuere, evasit tamen divinâ gratiâ, sanctusq; est officio cum multa *ταπείνωσις*, donec Domino visum fuerat eum martyrio coronatum ex hac statione evocare. Sequitur. *Vers. 22.* Sed auxilium à Deo nactus perstiti adhuc usque diem, testificans ista tum parvis tum magnis, nec quicquam dicens extra ea, quæ Prophetæ, & Moses futura prædixerunt. *Obser.* Est *Iehova* qui suis auxiliatur in periculis, ergo à Domino rebus in arctis opem imploremus, atq; cum  *Davide* dicamus, da nobis Domine auxiliū ab hoste, alioqui vanitas est auxiliatio humana, supra  *Lysias* Paulum liberavit, patefactis insidijs missus est  *Casaream* declaratus insons coram Felice, & Festo, Iudæorum insidijs & gentium est ereptus,  *Act. 9.* apud  *Lystrenses* precibus fidelium liberatus, terræ motu ex carcere Philippis, à seditione  *Ephesina*,  *Act. 19.* semper auxiliator aderat Dominus Apostolo: simus forti animo in causa Christi, cum suis maximè adsit Dominus, cum humanū auxilium omnino deficit, recordemur cum  *Davide*, si pater, materque me deseruerint, Dominus tamen me colliget. In Moysse habes exemplū in vita reseruatō à filia Pharaonis, alijsq; prophetis. *Observa.* Quod sancti persistunt in persecutionibus, Dei donum est, etenim non alia quam divina manu suffulciuntur, proinde in periculis nunquam succumbamus, sed constanter pergamus in officio faciundo. 3. *Obser.* Fundamentum Apostolicæ doctrinæ ex prophetarum oraculis depromendū,  *Luc. 16.* habet Moysen & Prophetas,  *Eph. 2.*

*Vers. 23.* Prædixerunt Prophetæ Christum esse passurum, ac primum ex resurrectione mortuorum lucem annuntiatum huic populo, & gentibus. 1. innuit Christum non futurum talem regem, quale sibi Iudæi somniabant, sed ferendis nostris calamitatibus, & peccatorum pœnis esse destinatum. Tria sunt hic à prophetis prædicta. 1. est de passione Christi. 2. de resurrectione. 3. de luce afferenda gentibus. Hæc tantum attingemus, Christum anima passum esse pœnas tartareas, & corpore ignominiosam, atque maledictam crucis mortem, cum sensu in animo iræ divinæ ob omnium electorum peccata, hinc fidelibus vita gloriosa emanat. De resurrectione Christi & beneficijs inde fluentibus semel atq; iterum diximus:

in.

in qua omnium fidelium ad vitam æternam, resurrectio inclusa est. Et 3. prædicunt prophetæ esse lucem mundi, qui omnem in mundum venientem illuminet. Vocatur sol iustitiæ,  *Isa.* stella matutina,  *Luc. 1.*  *Pet. 1.*  *Luc. 2.* lux revelanda gentibus ijs, scilicet, sedentibus in umbra mortis. Duo sunt, quæ maximè nos oblectant: Lux nimirum, & vita, quæ duo est Christus. Vita  *Ioan. 14.* atque ista, & Iudæis, & gentibus ad vitam ordinatis communicantur, diruta enim maceriat, utraque facta unum in Christo coaluerunt per fidem, alienæque gentes à vita Dei eiusdem fiunt participes.

*Vers. 24.* Orationis Paulinæ eventa, in Festo, in  *Agrippa*, atque ijs, qui aderant. Cum hoc modo Paulus pro se respondisset, ait Festus magna voce, insanis Paule. Hoc est effectum in Festo, qui rationem addit impiæ vocis æditæ, scilicet, multæ literæ te ad insaniam adigunt, stultum iudicium Festi de pio, sinceroque Christi seruo. Reuocate quæso in memoriam quæ dicta actaque sunt ab Apostol. hætenus, & clarè videbitis sana, sanctaque mente Apostolum semper fuisse præditum. *Observatio.* Festus Paulinæ orationis cursum interrumpit, ubi observa non libenter audire, iniquos Iudices ea, quæ ipsis non arrident, aut non intelligunt, populus etiam semper velit audire iucunda & plausibilia, atque ludicra, plerumque præfert divinæ veritati,  *Isa. cap. 30.* Populus rebellis est filij mendaces, qui nolunt audire legem Iehovæ, qui dicunt videntibus, ne videatis, & prudentibus ne provideatis nobis recta loquimini nobis blanda, provideate illusiones, sed videndum nobis Pastoribus ne hominibus placeamus, si serui Christi esse velimus,  *Galat. 1.* ubi dicit Festus insanis Paule. Nota sapientiam Dei prophanis esse insaniam; crux Christi stultitia gentibus,  *1. Corinth. 1.* Iudæisq; offendiculum. Sed sermo de cruce Christi ijs quidē, qui pereunt, stultitia est, nobis verò, qui servamur, potentia Dei. Addit ibi Apost. videte vocationem nostram, non multi nobiles sunt vocati; & præclara est illa sententia lib. sapient. Nos insensati, inquit, vitam eorum æstimabamus insaniam.  *Iulianus* Apostata  *CHRISTVM Galileum*, per ludibrium vocabat, sed tandem cogitur dicere læthaliter vulneratus, vicisti tandem  *Galilæe*. Sic  *Caligula* contemnere solebat Dominum, sed cum apparebat aliquod signum divini iudicii, coherescebat. Sequitur ratio, multæ literæ te adigunt ad insaniam, ascribit prophanus

Kkk 2

homo



homo causam eruditioni, & literaturæ Pauli, vt supra cap. 2. populus sermonem ab Apost. habitum diuersis linguis attribuit nouo vino. *Obfer.* Ignarorum & illiteratorum iudicium de viris eruditis est sinistrum: illud tritum existit verum scientia inscitiam habet inimicam. Perperam putant indocti eruditionem efficere homines phreneticos, atq; lunaticos, sed non est ita, eruditio enim, atq; institutio sanctificata reddit hominem sapientem, ecclesiæ, rei q; publicæ vtilem. Sed ignari rerum vulgò loquuntur, adolescentes non esse literis imbuedos, ne desipiant. Quid est quæso tam bonum, aut sanctum, quod non possit rari in abusum? Paulus insigniter eruditus, Moses fidelis in tota domo Dei seruus instructus in omni scientia Ægyptiorum. Cura, proinde adhibenda in instituendis pueris, etsi literæ, & literati hoc seculo contemnantur, redibit tamen volente Deo & literis, & literatis suis honos.

*Vers. 25.* Responsio Pauli. Non insanio præstantissimè Feste, ratio, quia loquor verba veritatis ἀληθείας καὶ σωφροσύνης, id est, sobrietatis. Quasi σωζύσα τὴν φρονήσιν. Obleruanda venit Pauli modestia, ac reuerentia magistratui etiam δυσκολῶ delata in nostram imitationem, simul etiam nos oportere loqui veritatem tametsi odio peruersi homines in nos inflammentur.

*Vers. 26.* Probat à Regis testimonio, qui nouit narrationem de Christo sic gestam esse. *Observatio.* Impij vel inuiti veritatis testes efficiuntur. Inquit Apost. Scit etiam ista Rex apud quem liberè loquor: nam latere eum quicquam horum non arbitror, neque enim id in angulo gestum est. Cognouit Agrippa Rex legem & prophetas fuisse ex deo, sed donum applicandi non habuit. *Observatio.* Reges non tantum debent nosse legem & prophetas, sed in iisdem meditari. *Psal. 1. & 119. Deut. 17. 18.* 2. *Observatio.* Debemus nos Pastores in παρρησίᾳ, & magnanimitate loqui eloquia Dei: Moses non timuit Pharaonem, quod viderit eum qui invisibilis est, *Heb. 11. Elias non Achabum prophetæque alij non principes non populum metuebant, sed fideliter verbum diuinitus acceptum annuntiauerunt. Conemur nos fideles esse, atque magnanimes in muneris sacrosancti functione. Neque id in angulo gestum est.* Audiuit de patriarchis, liberatione ex Ægypto, promulgatione legis, adiunctisque miraculis, Iudæisque per monarcharum dominia dispersis: hoc proinde regem latere non potuit. *Observatio.* Bona fiunt, & peraguntur

apertè,

apertè, sed mala occultè, etenim qui male facit, odit lucem, & opera mala, vocantur opera tenebrarum.

*Vers. 27.* Credis Agrippa prophetis, scio te credere. *Obfer.* Etsi Paulus sit captiuus, dicatque causam è vinculis, non potest tamè muneris sui obliuisci, officij nostri semper memores esse debemus, neque, quandiu fungi vocatione licet, vllæ calamitates, aut miseriæ mundanæ nos avocauerint, aut retardarent. 2. *Observatio.* Prophetis fides est adhibenda, cum sint selecta Dei organa, veritatemque scriptis verè ac fideliter consignauerint.

*Vers. 28.* Agrippa responsio. Persuades mihi propemodum, vt fiam Christianus. *Observatio.* Christi electum vas est Apostolus cui tribuitur persuadere per prædicationem Euangelij, cum sit proprium dei opus, *Gen. 9.* Deus persuadere dicitur Iapheto, vt habitet in Semitentijs. 2. *Obfer.* Hic habes exemplar expressum eorum, in quibus mundi curæ suffocant semè verbi. Hypocritæ & mundani volunt commendare Euangelium atque prædicatorè, sed quid præterea Agrippa scripturas non negat, quarum autoritatè scire possit esse à Deo, sed honorum mundanorum respectu præpeditur, ne Christum amplectatur, & profiteatur. Legitur de Theodosio apud Iesephum, quod dixerit à Iudaismo adduci se posse ad Christianismum nisi metueret se à suis, honoribus non affectum iri. Expende idem in Papistis, & ætatis nostræ hominibus. 3. *Observatio.* Quid est esse Christianum, est in se per spiritum Christum habere, eumque fide amplecti, atque nosse in persona esse θεὸν ἑωρατόν, in officio triplici Regem, Prophetam, Sacerdotem, per applicationem ad iustitiam, & vitam æternam, gloriamque in cœlis percipiendam.

*Vers. 29.* Optarim à Deo inquit Apostol. &, vt propemodum, & admodum non tu modo, sed omnes etiam, qui me audiunt hodie facti essetis tales, quales, ego sum, exceptis his vinculis. *Observatio.* Eximia est Apost. affectio propter Christi regni amplificationem; optauit esse ἀναγεμα pro conatis suis, *Rem. 9.* Et Moses expungi libro vitæ priusquam Dei gloria in misericordia erga populum suum non eluceret. 2. *Observatio.* Sepius antea obseruauimus virtutia, persecutiones, & id genus alia, manere maximè fideles Christi seruos, quorum statu nos affici par est. Vide *Hebr. 13.* proinde Ecclesiam illam *Genevensem* præclaram quidem, ac synceram non solum ἐυλογία sed aliduis precibus adiuuaremus.

Kkk 3

*Vers. 30.*



*Vers. 30.* Cum autem hæc dixisset, surrexit Rex, ac Præses, & Bernice, & qui confederant cum eis.

*Vers. 31.* Cum secessissent loquebantur alij ad alios nihil morte aut vinculis dignum facit homo iste.

*Vers. 32.* Agrippa verò Festo dixit, dimitti poterat homo iste, nisi appellasset Cæsarem. vbi obserua Paulum solemniter absolui, nõ tamen dimitti. 2. *Obsery.* Etsi ad tempus serui Christi impetatur, ac grauentur calumnijs, nihilominus tamen tandem aliquando eorum innocentia declarabitur etiam a prophanis, si non semper hisce in terrarum solis, haud dubie in illa filij DEI *ὁπίφαιετα*. Proinde simus strenui per Dei potentiam assertores veritatis, causæque Christi nihil facientes impiorum, hominũ calumnias, cum certo sciamus innocentiam nostram aliquando apparituram in summum nostrum solatium, & calumniantium ignominiam.

## CAPVT XXVII.



**H**OC Cap. narratur quibus itineribus Paulus *Romam* deducendus vna cum socijs, seu vecto-ribus reliquis venerit in insulam *Melitam*, initio cap. 28. & quomodo ipse vna cum illis ex naufragio saluus euaserit. Navigatio hæc Pauli periculi plenã, potentiã tamen Divina ipsi incumbente protegatur, ac cõseruatur in viuis

ad opus Domini peragendum, scilicet ad testificandum nominatim *Roma*, de Domino, vti fuit oraculo divino præmonitus. cap. 23. 11. Indicat quæ præcipua loca attigerit in ista navigatione per mare *Mediterraneum* autumnali, quæ incidit in hyemis, principium idcirco periculis plena, de quibus per Paulum divinitus admonitus, *Nauarcha*, qui non obtemperat, quare reuera experitur quid sit Divinam Paulinam vocem aspernari facto naufragio, omniumque mercium iactura, ac tritici. Propositio cap. est, Paulus tandem Magistratus decreto *Romam* per diversa pericula mittitur, nõ sine innocentia suæ testimonijs. Membra sunt. 1. causæ peregrinationis. 2. *Comites*. 3. initia infelicis nauigationis, huc accedit Pauli præmonitio de futuro periculo. 4. malorum incrementa. 5. ipsum naufragium. Causa huius navigationis *Romam* versus primariã est Domini oraculum, cap. 23. quo iubetur testificari

*Roma*

*Roma* de Domino. *Obsery.* Omnium actionum, operum, & eventorum causa primariã, qua nulla est prior, est decretum Domini immutabile, quod nullis cõsilijs humanis, nulla arte, aut praxi labefactari, aut infringi queat: quoties sunt Iudæi conati Paulo vitã eripere; minimè tamen valere ante tempus. Dei decreto definitum expende in Mose conseruato, & *Pharaone* in mari pereunte, in *Eliã* & *Iesabele*. Proinde nobis est pendendum à divino decreto, certo sciètes nihil nobis vnquã eventurum, nisi quod Iehoua decreuerit. vide responsum *Davidis* ad *Simeum*, 2. *Sam.* 16. 2. causa est decretũ Regis *Agrippæ*, & Festi Præsidis Magistratus ordinarij. *Obs.* Vt decernit Dominus omnia, quæ eveniunt, eventaque, & rerum exitus; ita etiam mediã, quibus ad ea perveniatur. Omnia ergo fiunt Deo ordinante, atque decernente, quod quidem Dei decretũ non tollit hominum deliberationes, & mediã, sed ordinat, tamen si omni ratione Dei decernentis necessario eveniant ratione nostri, tamen contingenter exemplis abundat sacra scriptura. Admonemur ordinarij Magistratus sententiam non esse contemnendam aequitati consonam. Etenim Dominus per illum agit, etiamsi ille in animam quam habet Dominus propositum, sententiam non pronunciet, neque nos intelligamus. 2. *Comites*, Tradiderunt Paulum, ac quosdam alios captiuos Centurioni nomine *Iulio* cohortis *Augustæ*: *Eramus* inquit *Apost.* *vers.* 37. vniuersa capita in nauigio 276. *Comites* fuere 4. generum. 1. erant infames, quibus annumeratur Paulus. 2. viri honesti, politicis officijs ornati, vt *Iulius Centurio*, & similes, quibus commissa erat captiuorum, & nauis cura. 3. fideles, vt *Aristarchus* & *Lucas*, qui in tantis malis *Apostolo* adhæserunt. 4. mixti generis, vt milites, atque *Nautæ*. *Obsery.* Sors est sanctorum vt non solum nisi mundo exire velint, in impiorũ sint societate, sed etiam cum sceleratis reputentur. Paulus hic vincus inter prædones, Christus inter latrones, cum vno *Barabbæ*, qui dimittitur; etiam inter latrones Iesus crucifigitur. Iosephus in carcere cũ scelerosis. *Obsery.* Facinorosi eorundem scelerum socij iuxta legẽ sunt plectendi, innocentes non opprimendi. Rectũ iudiciũ ferendũ, quod est Dei, non hominis. 3. *Obsery.* Dei bonitas duram alioqui piorum sortem cõsolatione quadam temperat. *Lucas* & *Aristarchus* sunt fidi *Apostol.* *comites*, officiosi atque pij. *Aristarchus* prius est comitatus *Apostol.* ex *Macedonia*, in *Asiam*, ex *Asia* in



in Iudæam, etiam *Romam* vsque, de quo supra 19. & *Colof.* 4. Deus in Moysis conseruationem præordinauit *Pharaonis* filiam. *Elia Obadiam*, *Davidi* *Jonathanem*, Christo filio *Nicodemum* atque *Iosephum*. Non deerunt nobis in afflictionibus diuina constitutione confortatores. *Ieremia* Prophetæ fidei fauebat *Ebedmelechus*, *Ierem.* 38. 9.

*Vers.* 2. Diuina ordinatione inueniunt nauem *Adramitenam*, *Lyciam*. Est enim *Adramitum* insula *Lyci* maris, & est ciuitas *Aphrica*. Hæc nauis mansit in hac vrbe. Proposuerunt nauigare per littora *Asia*, deueniunt *Sidonem*, quæ est maritima ciuitas è regione *Libani* môtis, olim metropolis *Phenicia*, vbi Christus etiam docuisse perhibetur, *Mat.* 15. In hac statione commendatur *Iulij* in Paulum humanitas, quod Paulo concesserit *ωσει*, vt ad amicos profectus *ἐπιμελειαι τυχειν*, curaretur. Vix inter Christiani nominis professores tantam inuenias benevolentiam. Hæc est Domini cura in suos, vt etiam suis efficiat fauere alienos à gratiâ, sicut *Pharaonem* *Iosepho*, aliosque multis multoties Christi seruis.

*Vers.* 4. Illinc propecti sublegimus *Cyprum*, quodd venti essent aduersi. *Sidone* nauigassent versus Septentrionem per Occidentem, sed ventus coegit eos nauigare omnino versus Occidentem. *Cyprus* insula à Septentrione *Cilicium* mare habet, ab Occasu *Pamphyliam*, à Meridie *Phenicium*, ab ortu *Syriacum*: olim nouem Regna habuit, hodie *Venetis* paret, quemadmodum *Creta*, & *Corcyra* amplissima Insulæ.

*Obfer.* Quæ hic geruntur omnia, terra, mariq; non succedunt ex animi sententiâ, sed Dominus aduersis nos exercet propter bonas causas, vt nimirum eum agnoscamus, atq; in rebus arctis ad eum confugiamus, neq; efferamur continuo fælici rerum successu, qui est stultis plerumq; exitio, *Prov.* 1. Applicemus ad huius vitæ cursum in cœlestem patriam, multa sunt impedimenta, quæ nos remorentur atque impediunt, hostes existunt interni, atq; externi, contra quos totis viribus ad portum nobis est proficiscendum. *Myra Lycia* est ciuitas à *Myro* fluv. *Strabo* lib. 14. ex *Archemidro* sex *Lycia* maximas ciuitates refert, *Xanthum*, *Patharam*, *Pinaram*, *Olympum*, *Myram*, *Tlon*.

*Vers.* 6. Imponuntur in nauem *Alexandrinam* scilicet *Egyptiam*, quæ *Romam* petebat. Naufragium hic factum, *Appianus* in Pauli perigrinationibus obseruat. A *Myra* secundû *Asia* littus ad *Gnidum* paruam

paruam insulam *Cariam* spectantem; hic natus fuit *Eudoxus* mathematicus. *Creta* hodie *Candia*, olim centum vrbus insignita. *Creta* Iouis magni medio iacet insula *Ponto*. *Virg.* *Salmone* in *Creta* est promotorium *καλολιμνω* ciuitas *Creta* *Aphricam* spectans. *Lasea* ciuitas *Creta* littoralis. In hac sexta statione *Cretensi* illud insigne est, quod indies magis magisque tempestas crescit aded, vt periculolissima sit deinceps nauigatio. *Obfer.* Communibus iudicijs ne sancti quidem eximuntur, *Ezechiel* in captiuitatē, sic *Daniel* abductus. Sæpe, vt inquit Apost. iudicium incipit à domo Dei. 1. *Pet.* 4. Paulus atque Lucas hac periculosa nauigatione non eximuntur, quæ incidit in medium Septemb. & Octob. elapso Iudæorum festo expiationis.

*Vers.* 10. Pauli præmonitio de futuro periculo. Dissuadet, ne nauigent. 1. arg. *ὄβρις* ignominia erit coniuncta. 2. *πολλὴ ζημία*, ingens erit damnum. Nam merces, frumentum, & quicquid continetur nauis, amittetur. 3. Nauis ipsa pessundabitur. 4. erimus, quotquot sumus, in periculo. Hinc docemur summo in discrimine versantibus suis Dominum non deesse salubri consilio, quod non solum sibi, sed & alijs prodesse valeant; sed refractarij atque infelices plerumque non obtēperant, vt hic *Nauclerus*: qui cum non obediunt veris seruofum Christi admonitionibus, abeunt præcipientes in suam ipsorum perniciem. Expende in gentibus reluctantibus Prophetis; in Iudæis, *Ier.* 44. aientibus; nolumus facere hoc verbum, in *Achabo* sequi recusante consilium *Michata*, in *Zedechia* *Ieremiam* a versante, atque in plerisque alijs vocem diuinam à Prophetis aditam, aspernantibus. Demus nos locum Domini per seruos præmonitionibus. 2. *Obfer.* Qui videri volunt periti, plerumque errant, atque decipiuntur. De tempestatibus, atque procellis rectius *Patulus*, quam *Nautæ* iudicat. *Pictor* aliquando de coloribus male; *Iurisperitus* de legibus, quia spiritu Dei non aguntur. Rectius *idiota* *Diuino* spiritu præditus. 3. *Obfer.* *ratio*. Habes hic adumbratum piorum statum in hoc mundo, id est hic continuis agitantur afflictionum procellis. Feramus æquis animis hanc sortem, quâ Christo capiti nostro conformes reddimur. Adde hunc etiam esse ecclesiæ militantis statum, vt sinu suo bonos, & malos, simplices, atque hypocritas capiat: *Zizaniâ* tritico permiscebuntur, donec princeps gloriæ redierit ad faci-



endam separationem, *Mat.* 13. bonorum atque malorum ante *ἔπι-  
φανεῖαι* illā filij Dei personalis, vt sic dicā non est futura secretio.

*Vers.* 12. Navigatio Apostoli periculi plena in *Italiam* hoc cap. describitur, vt̄ audiuius, iam alia discriminis attextitur ratio, ni-  
mirū sumpta à portu ad hybernandum minus appposito, cœpe-  
runt consilium pleriq; etiam illinc soluendi, experturi si quo mo-  
do valeant, *Phenica* peruenire, illicq; hybernare, qui portus est *Cre-  
ta* spectans ad *Africum* & *Chorum*. 1. *Obserua.* Occasione vtendum in  
rebus agendis præsertim diuinis. Tempus oblatæ gratiæ non fa-  
stidiendum, sed obuijs vt dicitur vlnis Dei misericordia ample-  
ctenda, vide ne differamus, donec affligamur, impius vult dicere,  
cū affligitur surge Domine, & op̄er. Pharao cum Dei manus  
ipsi incumberet dixit se populum Iehovæ dimissurum, sed cessan-  
te, non præstitit, proinde obfirmatus rex ille impius tantæ rebel-  
lionis aduersus Dominum in mari rubro pœnas dedit: Nulla cir-  
cumstantia reprobū supplicio destinatum seruabit, *Ioab* de man-  
dato Regis etiam altaris cornua apprehendens, occisus est. 2. *Ob-  
servatio.* Contenti esse debemus commoditate diuinitus oblata, hi  
non sunt, sed cum omnium discrimine portū alium volunt qua-  
rere. Nemo viuit contentus sorte à Domino designata, populus  
nolebat acquiescere in pane cœlitus demisso, sed carnem appete-  
bat, quam accepit cum maledictione, *Psal.* 78. *Heluetiani* vt historiæ  
produnt non contenti solo suo, in *Galliam* volebant migrare, vbi  
sedem posuere summo cum eorum damno. Sapiamus.

*Vers.* 13. Vento Australi, ac Meridionali aspirante visi sibi pro-  
positi cōpotes Cretam præterlegebāt (*ἀστρον* interpretor propius.)

*Vers.* 14. Verum non multo post impegit in Cretam (à cuius lit-  
toribus propterea abrepta fuit nauis) *νεμῶ τυφάνι* ventus  
turbulentus, qui vocatur *εὐροκλύδων*, qui flat abortu brumali. Hic  
ventus à *Plinio lib.* 2. 28. vocatur *Nauigantium pestis*. *Ane north east  
wind furious and stormie.* *Obserua.* Initio prospera metuenda, etenim  
nescitur qualem exitum sint habitura, non est exultandum, cū  
nauigatur vento secūdo, sed tunc maximè cōtrahenda sunt turgi-  
da vela. *Applica*, peccati principiū apparet facile, atq; iucundum,  
sed qui in eo progrediuntur animæ iacturam facient. Hi prove-  
huntur satis secūdo vento, sed tendere sese ignorāt ad naufragiū.  
Cū itaq; omnia ex sententia animi tibi succedūt, tunc attende,  
etenim nō nosti quid serus vesper vehet. *David Ps.* 73. vidit afflue-  
tes

tes bonis mundanis in loco admodum lubrico constitutos, itaque  
cum Regio Propheta dicamus, Doce me cōsilia tua Domine, &  
tunc assume me in gloriam, *Obserua.* Mutationes rerum sunt repen-  
tinæ. *Nabuchadnezar* præter expectationem ad *Bestias* subito able-  
gatus; sic *Baltassar* trucidatus; sic *Antiochus* læthaliter percussus re-  
pentinò mortuus est, *Herodes* à vermibus arrosus, *Act.* 12. caue-  
te ne fiduciā collocetis in rebus terrenis cito perituris, ne animo effe-  
ratur, qui obrepit ad honores, cū illud verum vel experientia  
nostra sit cōprobatum, tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant.

*Vers.* 15. Cū abreptum esset Nauigium & non posset *ἀντρο-  
δαλμην*, i. e. obniti vento, dato nauigio flatibus ferebamur, incre-  
mentum periculi cōegit eos omnia nauis armaimenta eijcere. *Ob-  
servatio.* Vnusquisq; vitam omnibus rebus etiam charissimis hanc  
tēporalem præfert, cur non vita illa æterna etiam cum omnium  
bonorum iactura, si res postulat, potiri volunt.

*Vers.* 16. Cū infra paruam Insulam, quæ *Clauda* vocatur, cursu  
delati essemus, vix potuimus scaphæ compotes fieri.

*Vers.* 17. Qua subducta, adiumentis vtēbantur succincta nauī, ti-  
mentes, ne in *Syrtim* inciderent, summissis velis, ita ferebantur.  
*Clauda.* Insula est versus Orientem à *Creta*, *Syrtis*, *Strabone*, teste est  
maior, & minor, à *συρῶ*, traho, vel *συρρεῶ*, confluo. 2. *Obserua.* Ho-  
minis ingenium, ars, potentia si qua est nihil potest contra diuinā  
voluntatē, satis est Iehovæ si minimæ creaturæ vim cōcedat ad la-  
befactandos, imò suppressendos omniū hominū conatus, quare  
studendū nobis Deum semper habeamus propitium: sic futurum,  
vt omnes cœlestes, atque terrestres creaturæ nostris stent à parti-  
bus, si verò offensum & excandescentem habeamus Iehovam, cœ-  
lum, ignis, aër, aqua, ventus, terra, vermes, conscientia nostra, &  
quæ non aduersum nos armari possent. Cur ergo metuendi saui &  
atroces hostes ecclesiæ, atq; astuti, cū nullum consiliū valeat ad-  
uersus Dominū: quam facillimè immania illa monstra nihil præ-  
ter crudelitatem spirantia, & scelera anhelantia potest Dominus  
prosternere, ac extinguere. *Vers.* 18. Incrementum adhuc periculi,  
vehementi agitati procella *ἐκβολῶ ἐπειδὴν*. 19. proprijs manib.  
eijciunt armaimenta nauis. *Obser.* Exitus tandē ostendit nullos sibi  
peius consulere, quam eos, qui sese suæ prudentiæ regendos tra-  
dunt, vā prudentib. in oculis suis, & *Prov.* maior spes de stulto, quā  
de eo, qui sibi videtur sapere. Itaq; nos diuinitus admoniti sapia-  
mus ad sobrietatem.



*Vers. 19. 2. Observa.* Hoc ijs euenire solet, qui nolunt vel minimam iacturam facere, coguntur suis manibus omnia in profundum iacere, propterea quod in angustias radacti vitæ presentis rationem habent, vti nam, vt dixi supra, tanti fieret plerisq; æterna vita, cuius, etsi lucretur homo totum mundum, iacturam fecerit, quoniam redimet: vitæ æternæ simus studiosi.

*Vers. 20.* Cùm neq; sol neque sydera apparuissent ad complures dies, & tempestas non parua incumberet, jam ablata erat omnis spes salutis nostræ. Extremum hoc discrimen. *Observatio.* Qui verbum salutis audire nolunt, & eidem obedire, tenebris involuuntur, 2. *Thess. 1.* qui Deum non nouere, nec Euangelio obtemperauerunt, pendent pœnam æterni exitij. Itaque si in luce versari, eademq; frui velimus, diuino verbo nos regi patiamur, quod dixit *David* fuisse lucernam pedibus suis. 2. *Observa.* Paulus etiam Dei vas electum eodem implicatur periculo cum cæteris vectoribus, quare non est putandum pios, atque sanctos viros, temporaneis iudicijs exemptum iri. *Daniel* cum populo in captiuitatem abductus, sic *Ezechiel*, *Zwinglius* fidelis Pastor Ecclesiæ *Tigurina* in bello *Helvetico* crudeliter interfectus, in cuius corpus atroces illos hostes scruisse à *Steidano* scribitur, verum obseruandû & hoc, quod impijs supplicium infligitur, à Domino seuro Iudice idem pijs, & sanctis obtingit à patre beato suorum castigatore.

*Vers. 21.* Habetur oratio Pauli, qua eos consolatur. *Obser.* Paulus à multis longe est alius, quorum cõsiliu si non fueris amplexus, amplius consulere detrectant. 1. orationis pars est exordium reprehensiuum. Audiuissetis me, & nõ soluissetis, *Candia*, sic nullum fuissetis damnum passuri. *Observatio.* Immorigeri sunt arguendi, & qui sibi malum volunt accersere, quod facit Apostol. minimè metuens in tanto periculo. Pius, vt inquit psalmista, & iustus non timet, cum mala noua audit, *Psal. 112.*

*Vers. 22.* Hortatur vt bono sint animo. *Obser.* Tametsi Apost. sit in vinculis, ipsius tamen spiritus non vincitur, neque vinciri potest. Exhortationis ratio, nullius vitæ futura est iactura, sed tantû nauis. *Obser.* Reuelat Dominus seruis suis arcana, *Amoz. 3.* *Eliseo* detegitur, quod fuit conclusum in conclauis Regis *Aramitici*, 2. *Reg. 6.*

*Vers. 23.* Certificatio, astitit mihi hac nocte Angelus Domini, cuius sum ego, quæ etiam colo 24. Dicens, ne metue Paule, oportet

ret te Casari sisti, & ecce condonauit tibi Deus omnes, qui tecum nauigant. 1. *Observa.* Angeli sunt spiritus ministratorii, *Heb. 1.* in vita hac electis inseruiūt, vt *Elia*. Figunt tentoria circa sanctos, *Psal. 34.* in huius vitæ exitu, *Luc. 16.* & in 2. illo Christi aduentu ab omnibus mundi plagis cõgregabunt electos. Iam in cœlis ante thronum celebrant diuinam maiestatem, paratique stant ad exequendum diuina mandata, vt legere est de Angelo illo τ̄ πορρω̄ Egyptianorũ occisore exercitusq; *Sinnacheribi*. 2. *Obser.* Quod aperte se profiteatur esse Dei seruum professio, diuini nominis strictè arcteq; tenenda, neq; vnquam propter Christianam fidem erubescendum, simus memores dicti Christi illius grauissimi: Qui me coram hominibus negauerit, ego illum coram patre meo cœlesti. 3. *Observa.* Oportet te sisti coram Casare. Verbum Iehovæ haud dubiè omni ex parte implebitur. Vt supra illustrauimus.

*Vers. 24.* Condonauit tibi omnes, qui tecum nauigant. *Observa.* Propter presentiam Pauli, vt per occasionem seruantur etiam impij: parcat scelerosis ad tempus propter electos suos: expende *Gen. 18.* & *Sodomam* non fuisse consumptam, atque in cineres redactam donec pius Lotus civitate exierat. Vide etiam *Ier. 5.* vbi spondet Dominus se *Ierosolymia* parsurum si vnus vir pius ibi reperiri possit. Sic etiam periculis plerique involuuntur, & plectuntur propter vnus hominis delictum, vide primû in *Iona. 2.* in *Achanu* exemplo. *Ios. 7.*

*Vers. 25.* Conclusio sermonis Paulini, qua vult eos esse bono animo, cùm credat Deo ita fore, quemadmodum locutus est, simul indicat in Insulam oportere eos incidere, quam non nominat. *Observa.* Fides in Deum, eiusq; verbum recumbit; neque promissionum diuinarum causam quarit. Vide exemplû in *Abrahamo*.

*Vers. 27.* Διαπερομένων ἡμῶν ἐν τῷ ἁδρια. Διαπερομένων dicuntur in mari, qui nullo certo cursu feruntur, sed nunc huc, nunc illuc rapiuntur ἁδρια. intelligit mare extra *Ceraunos Scopulas* circa *Ciliciam* & *Melitam*. Interior eius sinus *Venetias* vsque vocatur mare *Adriaticum*, quo dividitur *Dalmatia*, ab *Italia*. *Strabo*, *Ptolemeus*, Orientale *Sicilia* lirtus mari *Adriatico* allui scribit. *Obser.* Ad promissam & certam salutem per medias tempestates, atque per summa pericula pervenitur, vitaq; nostra multis miseriarum, ac erumnarum procellis est obnoxia. Expende in omnibus ab initio fidelibus, *Act. 14.* per multas afflictiones ingredi nos oportet regnum cœlorũ: & seruos



Dei canticum Moſis & Agni cantaturis in cœleſtibus, prius oportet tranſire per mare vitreum, *Apo. 16. 2. Obſervatio.* Nullum conſiliũ, nulla peritia valet aduerſus Dei potẽtiã. Vide *Pſal. 107.* Noſuerunt mirabilia Dei, qui nauibus mare ſulcant, cùm ingruit tempeſtas, huc, illucq; feruntur, neq; eos iuuat peritiã. Proinde à Deo ſemper pendendum, qui immutat tempeſtates, vt ipſi videtur, & imperia, regnaq; , imò cuncta, quæ temporibus gubernari dicuntur. Est nox media cū incerti feruntur, ſuſpicãtur appropinquare ſibi aliquam regionẽ. *Obſerv.* Senſum quendam Deus liberationis futuræ ingerit ſuorum animis, ne desperent, ſed pendere diſcant certa ſpe ab omnipotẽtis manu, ita etiam guſtum quendam æternæ vitæ, atq; gloriæ in verbo, in viſione ſuis communicat. *Iſa. 6.*

*Verſ. 28.* Explorant bolide, id eſt perpendiculo, vel plũbo nautico maris altitudinem, & inuenerunt paſſus viginti, & paulul m inde progreſſi demiffa bolide, inuenerũt paſſus quindecim, quod fuit certiffimum argumentum, vel ad eſſe inſulas, vel cõtinẽtem, aut loca vadofa, quorum metu non audent procedere, ſed in anchoris conſiſtunt. *Obſerv.* Corda, atque conſcientiam exploremus, vt agnoſcamus, quo ſint in ſtatu, quantoque diſtemus intervallo à portu noſtro, in quo tuti navigabimus.

*Verſ. 29.* metuunt, ne in loca aſpera incidant. Timoris cauſa eſt conſcientia non ſatis pura, quæ ſi plene expurgaretur metui, nullus relinqueretur locus. Petrus in mari timuit ne obrueretur exiguã fide præditus, quare animæ anchoram intra velum iaciamus in ſalutem noſtram; *Heb. 6.* Optant diem vt luce frui poſſent. Si diem redemptionis, & *ἐπιφανεας* filij Dei adeo optarent homines, bene certè cum ijs ageretur. Omnes creaturæ expectant exerto capite, *Rom. 8.* ſed ita hac ætate viuunt, vt à plerifque, neque expectetur, neque optetur. Sed dicamus nos cum Euangelifta, etiam nunc Ieſu veni *ἀπὸ. 22.* ſi diei lux in tenebris verſantibus eſt iucunda, & ſolatij plena, quantam quæſo iucunditatẽ, & conſolationem afferret mentibus ſol iuſtitia, lux illa mundi **I E S U S C H R I S T V S**, & cùm in luce illa cœleſti videbimus lucem, quanto gaudio perfundemur.

*Verſ. 30.* Nautis conantibus fugere è nauì demiffa ſcapha in mare ſub obtentu velut è prora anchoras extenſuri. *Obſervatio.* Nullum eſt tam turpe factum ad quod diffidentia, & mala conſcientia

ſcientia hominem non impellat. Vide in populo Iſraelitico. Cùm Moyſes in montem aſcendit qui aureum vitulum conflauit, & adorauit. In *Achitophete, Saule, Nerone, Iuda, Diocletiano,* horrore conſcientia ſibi mortem conſciſcentibus. *2. Obſervatio.* Hæc eſt miſera carnis proprietas, vt non nitatur promiſſo diuino, cùm ſucceſſus promiſſo aut non ſtatim reſpondet, aut procraftinatur, ita fit, vt impendente periculo, vt fidem plerique abnegent, & naturæ infirmitate lic raptentur, vt penitus Dei verbo diffidant. Populus in *Ægypto* initio credidit Dei promiſſo, ſed cùm videret ſtatim non impleri, obmurmurauit, *Exod. 5.* Dominus inquit te aſpiciat, atque iudicet, quod feceris odorem noſtrum coram Pharaone foetere, & ſeruis eius, dederifque nos in eius manus, vt interficiat. Cùm exiret *Ægypto* credidit, ſed cùm atrocem *Ægyptum* videret inſequentem, & perſequentem, Moyſen & *Aaronem* cædis accuſat, *Exod. 14.* Quoties in deſerto, &c. *Nautis conantibus.* *Obſervatio.* Impij ſibi conſulunt etiam vel aliorum cum maximo damno, vel exitio, qui nauim gubernarent, ſtudent effugere alijs omnibus in diſcrimine verſantibus; ſi Paſtor gregem deſerat, Paſtoris nomen, & honorẽ non meretur & grande facinus patrat, eſt quidẽ talis mercenarius, at Paſtor bonus vitam ponit pro ovibus.

*Verſ. 31.* Dixit Paulus Centurioni, niſi iſti in nauì manſerint vos ſeruari non poteſtis. Etſi promiſſionum Dei exitus à cauſis medijs ſimpliciter non pendet, tamen Dei beneficentia indignos ſe reddunt, qui oblata media vel temere, vel diffidẽtiã non amplectuntur. Dominus non eſt tentandus, atque media diuinitus ad finem deſtinata non ſunt negligẽda. Poſteſt ſi velit dominus ſine medijs operari, ſed ipſi nõ videtur: medijs proinde à Deo ordinatis ita vtamur, vt omniũ eventorũ gloriam ſupremo domino aſcribamus.

*Verſ. 32.* Parent, abſciderunt ſcaphæ funes, & ſuerunt eam excidere. *Obſervatio.* Pia & vtilia præcipientibus eſt obtemperandum, vt Paſtoribus Chriſtiq; ſeruis in Dei gloriam & Eccleſiæ ædificationem mandantibus.

*Verſ. 33.* Hortatur Apoſt. vt cibum caperent oriente die, & iam agitur dies 14. ex quo ieiuni permanetis nullo cibo ſumpto. *Obſer.* Trepidante mundo ſoli fideles non modo quieti manet, ſed alios ſuo etiam exemplo confirmant. Moſes non timuit Pharaonẽ, quia vidit eum qui eſt inuiſibilis, nec *Elias Achabum,* nec *Iſabelu* obirataz minas,

Ioan. 10.



minas, *Elisæus* non exercitum *Aramitarum*, etenim fideles Dei serui, semper habent Deum ut *David* ob oculos, *Psal.* 16. itaque non extimescunt.

*Vers.* 34. Rursus hortatur, ut cibum capessant, & rationem at-  
texit hoc enim ad salutem vestram spectat, nullius enim vestrum  
capillus ex capite cadet; Hebraicum proverbium, quo significa-  
tur prorsus saluos, & integros ipsos fore. *Observ.* Cum grex nostræ  
curæ commissus periclitatur, tunc exhortationes & consolationes  
sunt adhibendæ, ne animus fatiscat, sed potius pane cœlesti reso-  
cillatus corroboretur. 2. *Observ.* Corpora sunt alenda ad huius  
vitæ conseruationem, quæ necesse est interire, si non alantur. At  
in hisdem alendis ne simus nimij, cum escæ sint ventri destinatae,  
& venter escis: Deus autem & hunc, & eas abolebit, *1. Cor.* 6. 13.  
Laboremus pro illo cœlesti cibo qui non perit, sed permanet in  
vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis; hunc enim pa-  
ter signauit, id est *Deum*, *Ioan.* 6. 27. ad hunc cibum capiendum no-  
strarum est partium continuò vos hortari, quo in vobis foueri, ac  
promoueri possit inchoata illa vita æterna in cœlis perficienda.  
Necessaria est hæc exhortatio, cum fere omnes hæc ætate nauis  
laborent, instat populi in deserto *Manna* cibum cœlestem fastidi-  
entis. *Hiscæ* det Dominus meliorem mentem.

*Vers.* 35. Actis gratijs capessit cibum in conspectu omnium, fi-  
delis discipulus magistrum imitatur, qui accepto pane gratias e-  
git; quod docemur, ne vnquam vsurpemus cibum, aut alia *DEI*  
dona, nisi præmissâ gratiarum actione. Etenim cibus, si non ver-  
bo, ac precibus sanctificetur, non magis proderit, quam frustum  
terræ. Existunt admodum ingrati sibi metipsis præiudicium affe-  
rentes, qui benedictionis diuinæ petendæ, & laudum Domino  
dandarum obliuiscuntur, sit hæc disciplina communis, sed ma-  
ximè mensarum, vbi nunquam manum cibo admoueamus, do-  
nec gratias egerimus, & benedictionem Dei imploremus, & no-  
bis, & creaturis, quibus vesci debemus. Extendatur quod dici-  
mus ad spiritalis cibi sumptionem, præsertim diebus Domini-  
cis, alijsque ordinarijs, quibus convenitur ad verbum audien-  
dum, precibus enixè contendite, ut Dei verbum attentè primum  
audiatis, deinde per gratiam spiritus sancti recipiatis, & animis  
altis reponatis; denique, ut in praxin ducatis in *DEI* gloriam,  
vestrumque

vestramque salutem: huius admonitionis contemptus causa exi-  
stit, cur multi sine fructu domum redeant. 2. Cœpit edere, ut na-  
turali alimento nutritur corpus, ita cibo cœlesti vitæ pane spiri-  
tualis homo alendus occultus scilicet ille cordis, *1. Pet.* 3. Itaque  
medium diuinitus ordinatum non est fastidiendum, si designatò  
tempore cibo privemini, quam auidè oblatum arripitis; cur non  
tali, si non maiori desiderio cœlestis pabuli tenemini. Quæso, ut  
oblata occasione omni sacras conciones frequentetis, ut non so-  
lum in vobis inchoata æterna vita foueatur, sed nouâ subinde  
gratiâ coroboretur.

*36. Vers.* Bono iam facti sunt animo. *Observ.* Vexationes, & ani-  
morum anxietates non sunt sempiternæ. Facit *Iehoua* vespere ut  
diferetur fletus, sed mane adest cantus. Applica ad spiritualem  
angustiam animæ & conscientiæ, quæ tandem post multas agita-  
tiones, & dubitationes meriti sanguinis Christi apprehensione, &  
in eo diuinæ misericordiæ perceptione tranquillabitur.

*Vers.* 37. Erant in naui 276. hic numerus facit ad certitudinem  
promissionis diuinæ declarandam, de omnibus conseruandis, &  
intelligamus vnum Deum multos ac paucos æquè tueri posse in-  
columes, tam facile *Moysem* in Nilum eiectum, quam populum  
in deserto, & in solis terrarum æquè ac in mari rubri. In hanc di-  
uinam potentiam oculos *Rex Iuda Asa* coniecit, quando hisce  
verbis est precatus: Non est tibi difficile *Iehoua* auxilium ferre  
multis, aut ijs, qui nulla potentia sunt præditi: nota vbi vocat  $\psi\delta\chi\alpha\varsigma$ ,  
id est, homines in naui aduersarios non rectè ratiocinari; qui  
ex *Act.* 2. vbi habetur, non derelinques  $\psi\upsilon\chi\lambda\omega\mu\epsilon\theta\epsilon\iota\varsigma$  animam  
Christi fuisse in inferno. Cum  $\psi\upsilon\chi\lambda\omega$  commode capiatur pro toto  
homine, ut & *Rom.* 13.  $\pi\alpha\sigma\alpha\ \psi\upsilon\chi\eta\ \&\ \alpha\delta\eta\varsigma$ , & *Scheol* pro sepul-  
chro, *Apoc.* 20.  $\theta\alpha\nu\alpha\tau\omega\ \&\ \alpha\delta\eta\varsigma$  sunt coniecta in lacum.

*Vers.* 38. Κορεθευτες ἵσσοφης. Satiati cibo conijciunt frumentum  
in mare. Si obtemperassent consilio diuino per Paulum ipsis da-  
to, neque  $\upsilon\beta\epsilon\pi\iota\nu$ , neque  $\zeta\eta\mu\iota\alpha\nu$  fuissent passi. *Observa.* Fastidientes  
diuinam vocem, & damnum, & dedecus pati oportet. Expende  
in originali mundo, in *Sodomitis*, in *Aegyptijs*, atq; in omnium or-  
dinū hominibus. Beati qui audiunt Dei verbum, atq; custodiunt  
illud, *Luc.* 11. 2. *Observa.* Opes non sunt nimis sollicitè congeren-  
dæ, quia citissime disperguntur, tempus etiã dabitur, quo diui-



narum possessor, eisdem velit priuari. Multo minus in ijs collocanda fiducia quippe rebus incertis, ac perituris, 1. *Timoth.* 6. neque in vere bonorum albo cēsendis, cum verè bona in reprobos non conferantur, sicut incertæ opes: quibus impendente periculo, vel ingruente morte maximè velint sese exonerari.

*Vers.* 39. Cum autem dies ortus esset, terram non agnoscebant, sinum vero quendam animaduerterunt habentem litus, in quem consilium ceperant, si possent expellere nauim 40. igitur anchoris sublatis permiserunt eam mari. *Obfer.* Tum maximè expectandæ sunt tempestates cum portus proximat. Applicate ad cœlestis vitæ cursum: Populus quo magis appropinquauit terræ *Cananaa*, eo in maioribus versabatur discriminibus. Ita quo magis proximamus portui cœlesti, eo certè plurib. exponimur, imò involuimur periculis, quare præmoniti sapiamus, atque infractis animis per omnia pericula in cœlestem patriam pergamus. 2. *Obfer.* Post noctem sequitur dies, post tenebras, lux, eramus quondam tenebræ, nunc vero lux in Domino, ambulemus vt filij lucis, qui male faciunt, oderunt lucem. Nox iam est elapsa, & dies est, ergo vt in die decenter progrediamur, *Rom.* 13. certò nobiscum statuentes habituros nos tandem diem, post quem non sequetur nox.

*Vers.* 40. Cum versamur in summo discrimine, nitamur Dei promisso, eiusque manui nos committamus, vt in portum salui perducamur, ad id etiam secundum Deum operam nostram accomodemus media legitima minimè negligentes.

*Vers.* 41. Sed cum incidissent in locum bimarem. Sic vocatur *Isthmus*, quod vtrinque mari alluitur illiserunt nauem, ac prora quidem fixa manebat immobilis, puppis verò soluebatur præ vndarum violentia. *Obserua.* Nulla ars, nulla vis, nullum consilium potest omnipotentis manui resistere. *Supra.*

*Vers.* 42. Consilium militum, vt vinctos trucidarent, ne quis, cum enatasset, effugeret. *Obfer.* Incredulis nihil est perfidiosius, nec magis ingratum, Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur vt caput ille, vide simile, *Act.* 12. in militibus *Herodis*. Conseruatur Apostol. in viuis, quia oportuit eum testificari Romæ de Domino. Huius vitæ filium non abrumpetur, donec munere nobis diuinitus imposito perfuncti fuerimus.

*Vers.* 43. Centurio volens seruare Paulum. *Obserua.* Deus etiam eos

*Ephes.* 5.

eos reperit inter hostes, quorum opera conseruet suos, *Obdianam* in *Achabi* aula *Elie* fautorem; in *Saulis* *Ionathanem* filium *Davidis* amicum; in *Zedechia*, *Ebedmelechum*; *Jeremia* patrocinantem.

*Vers.* 44. Reliqui vero partim in tabulis, partim quibusdam nauis fragmentis, & ita factum est, vt omnes salui euaderent in terram. *Observatio.* Bonitas Dei vincit hominum malitiam, & in extremis liberat atque tuetur suos. Expende in populi liberatione summo in discrimine versantis; *Davidis* etiam frequenti protectione. Hic idem Dominus suos spiritualibus tentationibus obnoxios expediet: nosque multis circumventos difficultatibus ac remoris in via deducente in cœlum tandem in cœlesti portu per Christum cui cum patre & spiritu sancto sit in æternum gloria, tutos collocabit.

## CAPVT XXVIII.



**D**ARTES cap. sunt tres. 1. ostenditur quid memorabile gesserit Apost. in Insula *Melita*. 2. quibus itineribus inde Romam venerit. 3. quid Romæ egerit. Acta Pauli in Insula *Melita* sunt duo. 1. est excussio viperæ in ignem, quæ manum eius inuaserat, ita, vt ab illa minus læderetur. 2. est sanatio ægrotorum. Casus ille de vipera illustratur contrarijs iudicijs incolarum, qui primum censuerunt Paulum esse homicidam. *vers.* 4. deinde esse *DEVM*. *vers.* 6. Verna nauigatione, & qua tandem *Italiam* appulerunt, Romamque pedestri via sint ingressi. Hybernant in *Melita*. In describenda hac hyematione seruatur hic ordo. 1. vbi hyemarint. 2. quomodo ibidem sint tractati. 3. de vipera quæ Pauli manui adhæsit sine incommodo in ignem coniecta, vnde Paulo accessit magna dignitas, reliquas audiemus circūstantias sequenti concione Deo volente. *Melita*. Sunt duæ Insulæ istius nominis. Hæc est in *Siculo* mari inter *Africam*, & *Siciliam*, hodie *Maltam* vocat, quam *Rhodienses* milites iam possident, & tuentur contra *Turcicam* tyrannidē. Alia est in *Hadriatico* sinu inter *Italiam* & *Epidaurum Epiri*, vt tabula perigrinationum Pauli rectè exprimit. De hac *Malta* *Plinius lib.* 3. *cap.* 9. Hinc catuli *Melitei* exportantur, ex *Strab. cap.* 6. Hic templum *Iunonis* olim, quod spoliauit, *Verres*, vt est apud *Cicero. ver.* 6.



Porto ab incolis cognoscunt, quod dicitur *Melita*. Nam sol & sidera per dies 14. non apparuerunt, alioquin ad *Cynosuram* dirigentes nauim facile animaduertissent se in *Siculo* esse mari, & sic *Sicilia* in conspectu esse potuisset, & inde *Aphrica*, nec procul *Italia*. *Obser.* Verax Deus, quod promisit, præstabit, nulla media vel maxime reluctantia valent arcere, Iehovam à suo fine consequendo. Garriant subsannatores, vt *Ezech.* 33. vbi nunc est illud verbum, tandem verbi ipsius & complementum videbunt. Et dicat *Epicurus*, vbi nunc promissio aduentus Domini, *2. Pet.* 3. certè veniet, & non tardabit. *2. Obser.* In summis periculis non est desperandum, cum maximè in desperatis cõsueuerit Dominus suam potentiam exerere. Vide in Pharaonis, & *Aegyptiorum* persecutione aduersus *Israelitas* intentata, qui summas in angustias erant adducti, adeò vt nullus locus videretur relictus evasioni. Cum atroces *Aegyptij* essent ipsis à tergo, vtrinque montes, & ante mare, Dominus tamen extensa manu eos deduxit incolumes, *Aegyptiosq;* in mari perdidit. Expende etiam in illa obsidione *Ierosolymitana* contra *Ezechiam*, cui cum omnis spes liberationis fere esset adempta per Angelum vna nocte 185. milia occisa sunt de exercitu Regis *Assyriorum*, & de *Iehosaphati* liberatione & conseruatione populi Dei ad necem designati *Amanis* opera *Assueri* tempore. Exemplis abundamus domesticis. *3. Obs.* Salui manent amissa nauis. Ecclesia hodie, & scholæ seruantur licet nauis, qua feruntur, & continentur, pessundet, id est, imperia, atque regna evertantur, & respub. mutantur, Christi tamen Ecclesia, quæ Pauli Doctrinam audit, sequiturque, enatat salua in portum. Ecclesia est Domus inædificata petra, fient licet venti, ac tempestates, tamen non movebitur. *4. Obser.* Si locus orbis vnus eiiciat ecclesiam, aut aliquod eius membrum, designatus est alius ad eam recipiendam. Lotus *Sodoma* remotus, ante iudicium diuinitus inflictum receptus est in alium locum: *Moses* *Aegypto* exul in terram *Midianam*; *Elias* ab *Achabo* & *Iesabele* fugiens extitit viduæ *Sareptanæ* hospes; *David* à *Saulis*, & *Absolemi* facie, diuinâ providentiâ reperit locum tutum, Ecclesia iam terra *Cananaa* remota, apud nos *Scotos* locum *Domicilio* cœpit, quæ si merito nostro sit transportanda, non deerit ipsi locus in terrarum orbe, etiam inter medios hostes.

*Yers.* 2. Barbari verò præstabant nobis non vulgarem humanitatem,

tatem, accensa enim pyra exceperunt nos omnes propter imbrem urgentem, & frigus. Barbari habiti sunt, qui nec latinè, nec græcè loquebatur, initio græcis dictæ sunt omnes exteræ nationes, quia aspera magis, ac horridiore lingua videbantur vt: Inde mutato Imperio, & ad Romanos translato Latini vocarunt Barbaros, qui Latini, aut Græci sermonis essent ignari, & ob id à cultu humanitatis, & sapientiæ alieni *Melitani* tales dicuntur, quia habitata est illa *Insula* mixtim ab *Aphris*, & *Italis*. Cicero testatur punica bella maritima citca hanc *Insulam*, bona parte gesta fuisse, proinde probabile lingua vsos fuisse punica, *Schytha Ouidium* reputabant Barbarum vt illo vers. Barbarus hic ego sum, quia nō intelligor illis. Vide *1. Cor.* 14. *1. Obser.* Simus nos *Scoti* grati in Iehovam, qui nos Barbarie exemerit, & luce Euangelica collustrauit, & politeia donarit, quibus faxit Deus, vt amur ad ipsius nominis gloriam, nostramque salutem. Neque *Barbarus*, nec *Scytha* secluditur à regno Christi, *Gal.* 3. testimonium dant humanitatis, quæ virtus nos nobis vnire debet. Hi amiserunt omnia bona naufragio, madidi sunt ex marinis vndis, pluuia, quæ instat, percelluntur, & frigore hyberno, quibus nihil possit esse oprabilius igne, quo refocillentur. *Observatio.* Humanitatis est succurrere ea præsertim parte, qua laborat miser; in frigore vestem; in esurie panem; in siti aquam; in morbo remedium; in aduersis consolationem adhibere; erranti viam monstrare; non pro pane lapidem; pro medicina venenum porrigere, quod facere solent homines fraudulentæ, & improbi. Applicemus ad res diuinas. Mens obtenebrata illuminanda; cor distortum rectificandum afflictiones sanctificanda; zelus frigidus calfaciendus verbo, & igni spiritus; incalescant ergo omnes vires, ac facultates in pietate, zeloque flagremus diuinæ gloriæ, qui certè in nobis est remissior. Optemus ergo enixe quidem à Domino, vt in animis, affectibusque nostris, zelum cum scientia accendat, vt cum *Cypriano* modum esse putemus, in pietate nullū tenere modum. *Obser.* Et si sunt Barbari, tamen naufragos hospitio excipiunt. Quid ergo ab his qui Barbari nec dici, nec haberi volunt, requiritur, vide *Math.* Qui dederit potum frigidæ, *Hebr.* 13. de *Abrahamo*, & *Lato*, qui Angelos humana specie hospitio exceperunt, hospites quidem opinione sua præstantiores. Hoc facit aduersum vos speciem pietatis habentes, qui pauperum bona detinetis, & ad vestros vsus sacrilegè applicatis, quod debetis,



debetis, pendere detrectatis in summum egenorum præiudicium.

*Vers. 3.* Cum igitur convoluisset Paulus virgultorum fascies & impotuiisset in pyram vipera è calore prorepens invasit eius manū. Paulus communibus miserijs laborabat. Ergo vir bonus non debet esse otiosus in communi calamitate. Refert Arist. in politicis *Herculem* ob id ab *Argonautis* relictum, quod in naui communes labores nauticos nollet subire. Vipera invadit eius manum. *Εχιδνα* dicitur quasi *εχθρα οδινω εν εαυτη*. Etenim cum sui pernicie parere dicitur. Hodie tamen scribitur à quibusdam eam parere viperas superstitute matre in singulos dies vnam parit ad 20. sic ab agrè pariendo nomen habet, vide *Plinium lib. 10. 62.* hoc certum est: immedicabile esse ipsius venenum, & implacabile in homines odium, ideò hic conatus fuit Satanicus perdendi Paulum, nisi Dominus secreta virtute ad alium finè direxisset in regni Christi amplificationem per prædicationem Euangelij. Morsus vipera de odio Satanæ nos admonet, peccatiq; toxico, quo inficimur, ac passim mordemur. *Observatio.* Pios quidem pericula ex periculis manent, sed glorioso semper exitu. Expende in periculis Davidicis, atque aliorum piorum. Nobis quidem semper attendendum, atque in divinam providentiam oculi coniiciendi. David semper Iehovam ob oculos proposuit, proinde dixit se nec motum nec quassum iri, *Psal. 16.*

*Vers. 4.* Barbari videntes pendentem Bestiam ex ipsius manu dicunt. Omnino homicida est homo iste, quem servatum è mari *η δειχη ζην οδκ διασει* ultio non finit vivere. Temerarium Melitenium iudicium de Paulo. Quod ex hoc eventu perperam de ipso iudicent. Sic colligunt mordetur à vipera; Ergo est homicida, quasi omnes morsu à Vipera homicidæ sint, cum bonos conringat morderi, nec id semper sit pœna peccati, sed potius sit inflitum ad declarandam divinam maiestatem. Etsi res adversæ sunt peccatorum causa immissæ, tamen Deus in affligendis hominibus non semper peccata respicit, temere iudicant, qui vel non expectant exitum, vel ex rebus prosperis, aut adversis vnumquemque æstimant. Tale prope erat iudicium de cæco nato, *Ioan. 9.* de interitu *Galileorum*, & ruina turris *Siloamitice*, *Luc. 13.* *Observa.* Homicidium meretur mortem, & divinam ultionem. Expende *Num. 35.* *Διχα*. More ethnico pro severa Dea scelerum vltice illa à Poëtis

*Iouis* & *Themida* filia fuit habita. Mathematici eam in *Zodiaco* locarunt, cuius officium esse dixerunt hominis ad Dei tribunal protrahere, clam peccantes prodere, fugientes persequi, ac tandem supplicijs afficere, vnde videmus hac occasione, vt inquit ille prodi atrocias scelera. Vivamus piè ac sanctè, justè que retinentes fidem, & bonam conscientiam.

*Vers. 5.* Excussa Bestia, nihil mali est passus, verbum Iehouæ impletum, bibetis potiones intoxicatas sine damno, & *Psal. 91.* super aspidem ambulabis, conculcabisque draconem. *Dan. 6.* *Daniel* non discerptus à leonibus, & tres illi pueri in ardentem ignem coniecti minimè combusti, & *Num. 23.* non est incantatio aduersus Iacobum. Etsi moliatur Satan Dei electos perdere, id non confectum dabit, eos quidem vexare potest divina permissione, sed Iesus ille filius Dei, semen mulieris, cõterens caput serpentis, dabit suis potestatem conculcandi Satanam, omnemque aduersariam potestatem.

*Vers. 6.* Mutant sententiam & rectè, sed quod Paulum Deum esse autumant, id quidem perperam, vt *Lystrenses*, *Act. 14.* Paulum *Mercurium* appellantes, & *Barnabam Iouem*, sed statim post conabantur *Apost. lapidibus* obruere: O quam mobile vulgus *Ostiana* Christo hodie, sed cras crucifige. Beluæ multorum capitum non est nitendum. Opinio falsa cuiusdam numinis aut divinitatis quam inesse putabant creaturis, fictitijs Dijs ac Deabus initium dedit. Gratia Deo, qui nos cognitione veri Dei vnici & personis trini ex verbo suo scripto imbuir.

*Vers. 7.* Hospitio habentur à *Publio* Insulæ primario quæ *Melita* pertinebat ad *Sicile* præfecturam, vt liquet *Act. 6.* Cicero in *Verrem*. *Observa.* Divites huius publici exemplum sequantur in benevolentia in destitutos extendenda, & discant opibus legitime vti, alioqui futurum vt bona illa quibus vtuntur, fruuntur, reddant ipsos coram Deo magis *αναπολογητες*, & vt hoc accomodemus ad institutum, simus in illam celeberrimam & sincerissimam Ecclesiam *Geneuensem*, à truculentissimo, & atrocissimo illo, subaudia Duce divexatam beneuoli, qui eandem religionem, & disciplinã omni ex parte profiteamur: cuiusq; fructus ad nos *SCOTOS* in summum nostrum solatium laboribus indefessis *Pastorum* & professorum illius dilectæ civitatis redundavit, quos



debetis, pendere de re tractatis in summum egenorum præiudicium.

*Vers. 3.* Cum igitur convoluisset Paulus virgultorum fascies & impotuiisset in pyram vipera è calore prorepens invasit eius manū. Paulus communibus miserijs laborabat. Ergo vir bonus non debet esse otiosus in communi calamitate. Refert Arist. in politicis *Herculem* ob id ab *Argonautis* relictum, quod in naui communes labores nauticos nollet subire. Vipera invadit eius manum. *Εχιδρα* dicitur quasi *εχρα οδινω εν ταυτη*. Etenim cum sui pernicie parere dicitur. Hodie tamen scribitur à quibusdam eam parere viperas superstitè matre in singulos dies vnam patit ad 20. sic ab ægrè pariendo nomen habet, vide *Plinium lib. 10. 62.* hoc certum est: immedicabile esse ipsius venenum, & implacabile in homines odium, ideò hic conatus fuit Satanicus perdendi Paulum, nisi Dominus secreta virtute ad alium finè direxisset in regni Christi amplificationem per prædicationem Evangelij. Morsus viperæ de odio Satanæ nos admonet, peccatiq; toxico, quo inficimur, ac passim mordemur. *Observatio.* Pios quidem pericula ex periculis manent, sed glorioso semper exitu. Expende in periculis Davidicis, atque aliorum piorum. Nobis quidem semper attendendum, atque in divinam providentiam oculi coniiciendi. David semper Iehovam ob oculos proposuit, proinde dixit se nec motum nec quassum iri, *Psal. 16.*

*Vers. 4.* Barbari videntes pendentem Bestiam ex ipsius manu dicunt. Omnino homicida est homo iste, quem servatum è mari *η δειχη εν οδω διασεν* ultio non sinit vivere. Temerarium Melitenium iudicium de Paulo. Quod ex hoc eventu perperam de ipso iudicent. Sic colligunt mordetur à vipera; Ergo est homicida, quasi omnes morsus à Vipera homicidæ sint, cum bonos contingat morderi, nec id semper sit pœna peccati, sed potius sit inflictum ad declarandam divinam maiestatem. Etsi res adversæ sunt peccatorum causa immixtæ, tamen Deus in affligendis hominibus non semper peccata respicit, temere iudicant, qui vel non expectant exitum, vel ex rebus prosperis, aut adversis vnumquemque æstimant. Tale prope erat iudicium de cæco nato, *Ioan. 9.* de interitu *Galileorum*, & ruina turris *Siloamitica*, *Luc. 13.* *Observa.* Homicidium meretur mortem, & divinam ultionem. Expende *Num. 35.* *δικη*. More ethnico pro severa Dea scelerum vltice illa à Poëtis

*Ionis*

*Ionis* & *Themida* filia fuit habita. Mathematici eam in *Zodiaco* locarunt, cuius officium esse dixerunt hominis ad Dei tribunal protrahere; clam peccantes prodere, fugientes persequi, ac tandem supplicijs afficere, vnde videmus hac occasione, vt inquit ille prodi atrociascelera. Vivamus piè ac sanctè, iustè que retinentes fidem, & bonam conscientiam.

*Vers. 5.* Excussa Bestia, nihil mali est passus, verbum Iehouæ impletum, bibetis potiones intoxicatas sine damno, & *Psal. 91.* super aspidem ambulabis, conculcabisque draconem. *Dan. 6.* *Daniel* non discerptus à leonibus, & tres illi pueri in ardentem ignem coniecti minimè combusti, & *Num. 23.* non est incantatio aduersus Iacobum. Etsi moliatur Satan Dei electos perdere, id non confectum dabit, eos quidem vexare potest divina permissione, sed Iesus ille filius Dei, semen mulieris, cõterens caput serpentis, dabit suis potestatem conculcandi Satanam, omnemque aduersariam potestatem.

*Vers. 6.* Mutant sententiam & rectè, sed quod Paulum Deum esse autumant, id quidem perperam, vt *Lystrenses*, *Act. 14.* Paulum *Mercurium* appellantes, & *Barnabam Ionem*, sed statim post conabantur Apost. lapidibus obruere: O quam mobile vulgus *Osanna* Christo hodie, sed cras crucifige. Beluæ multorum capitum non est nitendum. Opinio falsa cuiusdam numinis aut divinitatis quam inesse putabant creaturis, fictitijs dijs ac deabus initium dedit. Gratia Deo, qui nos cognitione veri Dei vnici & personis trini ex verbo suo scripto imbuir.

*Vers. 7.* Hospitio habentur à Publico Insulæ primario quæ *Melita* pertinebat ad *Sicile* præfecturam, vt liquet *Act. 6.* Cicero in *Verrem*. *Observa.* Divites huius publicij exemplum sequantur in benevolentia in destitutos extendenda, & discant opibus legitime vti, alioqui futurum vt bona illa quibus vtuntur, fruuntur; reddant ipsos coram Deo magis *αναπολογητες*, & vt hoc accomodemus ad institutum, simus in illam celeberrimam & sincerissimam Ecclesiam Geneuensem, à truculentissimo, & atrocissimo illo, subaudiz Duce divexatam beneuoli, qui eandem religionem, & disciplinã omni ex parte profiteamur: cuiusq; fructus ad nos *SCOTOS* in summum nostrum solatium laboribus indefessis Pastorum & professorum illius dilectæ civitatis redundauit,

quos



quos certè, etsi nunquam viderimus verè diligimus in Domino,  
 2. *Observatio.* Vt Deus decreuit hos in viuis conseruandos, ita hu-  
 ius Publij, atque aliorum animos flectit ad implendum suum de-  
 cretum. Quare qui duriori sunt animo in afflictos, miti Dei spiritu  
 minus reguntur, qui verò libenter erogant in vsus piorum, divina  
 illa & cœlesti gratia certè sunt perfusi.

*Vers. 8.* Factum est autem, vt Publij pater febribus, ac dysenteria  
 detentus decumberet quem præmissis precibus, factaque imposi-  
 tione manuum sanauit. Πυρετὸ ἀπὸ τοῦ πυρῶ, ab igni δυσεντερία  
 sanguinis fluxus cum excoriatione, & exulceratione intestino-  
 rum. *Obserua.* Seruum Dei quamuis miserum, & egentem exce-  
 pitte nullum vnquam pœnituit. Expende quid boni attulerit *Elias*  
 viduæ Sareptanæ cuius filium resuscitauit, & quid commodi ap-  
 portarit *Elifæus Sunamitidi*, cuius filium etiam vt omnipotentis in-  
 strumentum vitæ restituisse fertur. 2. *Obserua.* Omnes subijcitur  
 morbis ex humoribus redundantibus & vitiatis, stomachoq; ma-  
 le affecto nascentibus à peccato quidem initium habentibus, ta-  
 meti propter peccatum non semper infligantur. Tamen cum  
 ægrotamus, meminisse debemus peccatum morbo nostro initium  
 dedisse, quando excruciamur animis, aut valetudine mala, tunc  
 nobis in mentem veniat, quo in statu semel fuerimus in Adamo  
 nimirum optimo, miserijs, calamitatibus, morbisque omnibus  
 exempti: Quare pœnitentiam agamus, & in fide contendamus,  
 vt malis omnibus, quibus iam subijcitur soluti, puræ illi condi-  
 tioni restituamur, & natura nostra perfectè sanctificetur. Hi qui-  
 dem morbi electis peccati sunt indicia, & castigationes, sed sunt  
 pœnæ æternos illos, atq; horribiles cruciatus præcedentes impijs,  
 & in peccatis pereuntibus. Paulus ingressus est. *Obser.* Invisere de-  
 bemus ægrotos, verboque consolationis erigere, atque armare  
 contra insultus satanicos, simulque spem certam facere morbidis  
 æternæ vitæ, ac salutis in Christo. *Modus.* Precatur, manusque im-  
 ponit. Hanc formam obseruauit Christus. Vide *Ioan. 11.* de resusci-  
 tatione Lazari. Impositio manuum in primitiua Ecclesia spiritus  
 sancti donum, & sanationis coniunctum habebat, sed iam cessan-  
 te dono, vnctio etiam illa extrema, tunc vsurpata, cessaret. *Obserua.*  
 Paulus dicitur sanasse Publij patrem, cum tamen fuerit tantum  
 organum operationis diuinæ, cōmunicat cum seruis & opere, &  
 honore,

honore, quos vtriusque participes esse vult: Vocantur σωεργοι:  
 preces Pauli satis indicant non esse eum sanatum virtute Pauli,  
 sed Christi, cuius minister existit Paulus: propterea cauendum ne  
 instrumentis diuini operis vlla gloriæ pars ascribatur, sed in soli-  
 dum Deo: applicemus, ad res diuinas omnes mortales sunt ob-  
 noxij animi morbo læthali, si non curentur: Medicus noster adhi-  
 bendus est Iesus Christus, qui omnes langores nostros sanat, *Isa.*  
 53. medium quo vtitur, est Euangelij prædicatio, etenim morbo  
 quo laboramus ad interitum, medetur per spiritum verbo suo co-  
 operantem. Patiamur itaque nos curari partim informatione,  
 partim reprehensione, vtramque verbi diuini partem sine excan-  
 descentia admittamus.

*Vers. 9.* Sanantur & alij ergo Christi salus est communis, non  
 vni tantum genti affixa. *Iud.* vide captiuo Paulo, minimè tamen  
 in eo Dei virtutem fuisse captiuam. Ipse Satan in suis instrumen-  
 tis operantem Domini manum non potest reprimere, ac impe-  
 dire.

*Vers. 10.* Habetur gratorum animorum officium, nominatim in  
 duobus. 1. in honore exhibito. 2. in necessariorum subministra-  
 tione. Officium hinc vestrum discite erga vigiles ecclesiæ dei Pa-  
 stores, & Deum in suorum gratiam etiam benefacere. Vt, vt ita sit,  
 ingrati tamen existunt plerique in Dei dilectos seruos, qui pro  
 gratitudinis officijs, calumnias & conuitia rependunt. Sed ex  
 Christi verbis consolationem petamus, *Math. 10.* & *Luc. 10.* qui vos  
 despicit, & ille me, qui verò me, & eum qui me misit, contem-  
 nit.

*Vers. 11.* Tribus itaq; post mensibus deuecti sumus in nauem *Ale-*  
*xandrina*, quæ in Insula hyemauerat, cui erat insigne *Castor*, & *Pol-*  
*lux*, sic solebant ornare nauium proras, vnde naues quoque deno-  
 minabantur, vt *Centaurus*, *Phœnix*. Fingunt *Iouem* cum *Leda* cōgrēs-  
 sum sub cygni specie *Pollucem* procreasse, & *Helenam*. *Tyndarum* ve-  
 rò *Castorem* eadem nocte. *Obserua.* Idola sanctos nullo modo con-  
 sentientes non polluant: omnis tamen occasio, & mali species est  
 deuitanda.

*Vers. 12.* Devehuntur *Syracusæ*, vbi triduum manent. *Syracusa*,  
*Scicilia* vrbs præcipua, quæ à *Cic.* actione 6. in *Verrem* dicitur  
*Saragosa*.



*Vers. 13.* Circumlegentes deveniunt Rhegium est civitas Italia oppolita Messana Sicilia. Mare interiectum non patet amplius 60. fere & 8. miliaribus. Hic Italiam cum Sicilia coisse proditum est: quare Rhegium à ρηγύω deductum videtur, id est, rumpo. Austro flante veniunt Puteolos à puteis sulphure abundantibus, vel à pudore.

*Vers. 14.* Fratres reperiunt. *Observatio.* Dominus prophanorum etiam corda, ut libet in suorum gratiam flectit.

*Vers. 15.* Fratres audientes de rebus nostris inquit in occursum ad torum Appij. Via Appia strata opera militari, longa, atq; lata mare versus excurrente ab Appio cæco vocata, in quas tres erant tabernæ versus campaniam, Româ, quæ distabat fere vnius diei itinere. Hi fratres sunt Evangelij professores Christo Dei filio fide, charitatis verò vinculo inter se devincti. *Observ.* Veri fratres fraternitatē colunt, atq; opere testantur quippe fide, ac charitate præditi ubi est sincerus amor pietatis, ibi est & verus amor servorum Christi, qui etiam fertur in calamitosos eius servos, at huius tempestatis homines cum vel squalidum vel vinctum, vel miserum, vel derelictum fidum Dei hominem vident, vix salvis oculis eum intuentur, sed sese subducentes abduunt in occultum. *Observa.* Italia tunc temporis fideles fratres sinu suo est cõplexa, jam Papistas veritatis hostes continet, sapiamus hoc exemplo, & fructus Evangelio dignos proferamus piæ, sanctæque vitæ.

*Vers. 16.* Romam veniunt, à Centurione traduntur vincti præfecto, sed Paulo permissum est seorsum habitare, cum milite, qui ipsum custodiat, & non manet in custodia publica, sed in hospicio, quod sibi conduxerat. *Observ.* Verbum Iehovæ semper implebitur. Apostolus iuxta oraculum divinum incolumis per multa pericula Romam perducitur, nihil potest Dei promissum reddere irritum. Promisit filium suum in carne apparituum id præstitit, promittit Dominus se rediturum, *Ioan. 14.* id quidem præstabit. 2. *Observa.* In Centurione animadvertit fidelitatē, exequitur enim verè, quod ipsi fuerat imperatum, *Sentes* non dimittit sed præsidi tradit, Paulum verò habitare permittit cum milite custode, quod cognoverit Paulum nihil patrasse, ubi rursus nota, id quod decernunt homines à fide alieni aduersum Dei servos, cedit quidē in eorum cõservationē, ut est hæc custodia, quæ tutum reddit Paulum ab omni

vi

vi externa: occurrit illud *Iosephi* dictum, *Gen. vi.* aduersus me inquit, malum cogitastis, sed Deus disposuit in bonum, imò ipsa peccata cedunt in electorum bonum: quorum sensu, & dolore qui est secundum Deum resipiscunt, & divinâ gratiâ in Christo fruuntur.

*Vers. 17.* Conuocatis Iudæorū primis conatur se ipsis approbare. Vbi meminit se esse Apostolum. *Obser.* Promiscua multitudo non est convocanda, sed cogendi sunt viri delecti prudentia, & experientia rerum valentes, idcirco bene constituuntur divinitus Reges sapientes, in Provincijs Governatores, in vrbibus Consilarij selecti viri qui republicæ gubernacula teneant, quia populus ut inquit ille, Belua est multorum capitum. Aman ter eos alloquitur dum vocat eos viros fratres, quod facit ad piam benevolentiam conciliandam: deinde purgat se, nihil ait feci aduersus populum, patriosque ritus: accusatus tamen fuit, quòd legem violaverit, in templum locutus fuerit, seditionem excitaverit in Cæsarem, quare eum conati sunt Iudæi multis modis scilicet astu, vi, lege è viuis tollere, quem Dominus saluum conseruauit, donec vocationē plenè obierat, cõsolatio ad nos redundat Ecclesiæ Dei Pastores si scelerosi nos multis modis fuerint persecuti ut è medio tollamur, id nunquam confectum dabunt nisi Domino fuerit visum, nosq; operis Domini omnes nobis cõmissas partes absoluerimus. *Obser.* Alia legitima debet esse inquisitio, antequam quis condemnetur, aut absoluarur. Lege cautum est, ne quis damnetur in dicta causa. *Dent. 17. 19.*

*Vers. 19.* Attingitur causa appellationis Paulinæ scilicet Iudæorū contradictio, ne dimitteret. *Obser.* Utendum quidem medijs à deo oblatis sed ita ut gloriam Dei, & non nosmetipsos quæramus, legis beneficio fas est uti, at non prouocandum ad tribunalia infidorum magistratum, nisi necessitatē cogamur, & attendendum nobis, ne accusatores accusare videamur, sed potius nosmetipsos legitime ac modeste tueri.

*Vers. 20.* Indicat, cur eos adhibeauerit, nimirum, ut videret eos & alloqueretur, subiungit causam cur vinctus sit, scilicet, est Spes Israelis pro qua hac catena circumdatus sum, & *Galat. 6.* inquit, stigmata gerò in corpore pro CHRISTO. Spes Israelis. 1. Est Iehova ipse, *Ioel. 3.* Dominus est spes populi sui. & *Jeremia cap. 17.* Spes mea in afflictione (Domine.) *Psal. 142.* Tu es spes mea, & portio mea, in terra viuentium. 91. Spes mea

N n n 2

(Domine)



(Domine) & munitio mea tu es. 2. Messias promissus est spes Israelis, & vocatur gentium expectatio, *Act. 26.* lux etiam revelanda gentibus, gloriaque populi Israelitici, *Luc. 2.* Paulus ergo, quia contendebat Christum DEI filium venisse, spem populi DEI in quo salutem & vitam æternam certissime expectarent, atque sperarent, idcirco fuit vinctus. *Observatio.* Omnis in religione controversia est pro Christo. Si bene Christi persona intelligeretur, si officium triplex, si beneficia hinc emanantia, contentiones omnes, & dissidia in Ecclesia facile componerentur, & cessarent. Ostendi antea veritatis hostes in humanam Christi naturam peccare, cum eam pluribus in locis simul esse fateri cogantur, in divinam; cum essentielles eiusdem proprietates scindant dicentes humanam habere omni præsentiam à divina, si hanc concedant, necesse est, aut essentielles divinæ naturæ proprietates, ut ita dicam, discerpi, aut scindi, aut alias omnes deitatis proprietates humanæ Christi naturæ tribui. Peccant etiam in officium filij DEI regium, cum non sint contenti unico rege capiteque Ecclesiæ, Vicarium substituentes. In sacerdotale: cum à Sacerdotibus suis Christi unicum perfectum & æternum sacrificium in missa sua Satânica volunt repeti, & reiterari contra expressam Dei veritatem, *Epist. ad Heb.* Denique in propheticum eius munus: cum Ecclesiæ obtrudant humana commeta, traditiones, & vera, ut vocant non scripta, quæquidem *ἀληθινὰ* Dei verbo, atque omnibus suis numeris absoluto exquant: omnibus etiam Passione Christi, morte, & obedientia acquisitis beneficijs, non solum meritis humanis, & satisfactionibus suis præiudicium afferunt, sed omnino vim & efficaciam detrahere conantur. Quapropter; inter reformatas Ecclesias iuxta divinam veritatem sacris scripturis comprehensam, & Synagogam illam Papisticam non consistit controversia, & dissensio in rebus ut quidam loquuntur exigui momenti, sed in essentialibus. ut sic loquar synceræ religionis capitibus ac fundamentis. Proinde; nulla potest fieri reconciliatio, nulla unio, nulla firma concordia, donec Papani illi, erroribus omnibus abdicatis Christo gloriam suam in solidum restituant, atque nobiscum veritatem illam verbo Dei scripto contentam, & verè intellectam amplectantur, & nobiscum profiteantur, vitam etiam sanctam per viam fidei effecta expriment. 2. *Observatio.* Christus est spes nostra, proinde

proinde pro eo crux subeunda, multo melius decet Christianum vinciri, ut vincat & triumphet in cælis, immò catena circumdari pro Christo, quam monili aut torque aurea, *Act. 21.* Sum inquit Apost. non solum paratus vinciri pro Christo, sed mori: & *Philip. 1.* in vita, ac morte Christus est mihi lucrû: & *Rom. 14.* siue vivimus, siue morimur, Domini sumus. Iudæi si Cabalam suam fuissent scrutati, discere potuissent Messiam spem Israelis venisse, etenim scribitur venturum *Hillelis* Discipulorum tempore, & constat *Hillelis* Discipulum *Simeonem* fuisse, qui *Luc. 2.* brachijs Christum complexus est. Adde complementum prophetiæ, *Dan. 9.*

*Vers. 21.* Iudæorum præcipuorum responsio, cuius pars prima attingit personam Pauli. 2. causam, aiunt, nos neque literas de te accepimus ex Iudæa, neque adueniens ullus fratrum annuntiauit, aut locutus est aliquid de te mali, quibus verbis Paulum innocentem declarant. *Observ.* Dominus malorum linguas, & manus ita moderatur, continetque ut nihil possint exequi nisi eo decernente, ac permittente in sanctos suos seruos. Vult quædam dici quæ bona sunt, & in suorum commodum publicari. Quædam permittit fieri, ut illud *Simeis* dictum in *Davidem*, *2. Sam. 16.* quod agnoscit *David* à Domino emissum.

*Vers. 22.* Optant audire, Pauli sententiam de Messia, cui passim contradicitur, sanctum quidem, ac pium desiderium: quid enim consolatione plenius & magis salutare, quam audire de salutis principe, gloriæ, vitæque Domino? *Observ.* Ex animo vellem vos huiusmodi desiderio teneri, immò zelo inflammari ad audiendum de Christo in Euangelio oblato, vobis in vitam æternam: sed dolendum, cum aut ægrè, aut cum fastidio, atque tædio verbum salutis audiatur: velim hoc à vobis emendari nobis in disciplinam traditis, horasque septimanæ concionibus destinatas præcisè obseruari. Capeffendi cibi ad corpus alendum tempus strictè obseruatur, cur non æquè solliciti, si non magis de animabus alendis per cibum illum cœlestem estis? dico vobis apertè, & dolenter nisi verbi divini *ἄροω* maioris feceritis, futurum iusto Dei iudicio, ut spirituali fame laborantes huc, illucque vagemini ad sumendum panem cœlestem, & eum tamen non reperiatis, neque vobis eo frui liceat, vide *Amoz. 8.* 2. *Observatio.* Veritas de Christo *ἀπιστίας* nomine perperam vocatur, syncerique; Christi professores heretici.



Francis Papistis Heugonite, quos atroces illi veritatis hostes capitibus plectunt, omne genus scævitæ in ipsos exercent, professorem natione Scotum loris & verberibus ceciderunt, multos strangularunt trucidarunt, jugularunt in crudeli illa strage Parisiensi, insignis ille, & celeberrimi nominis Admiralius atrociter trucidatus, in cuius corpus postea scævitum, Petrus Ramus Doctiss. Philosophus de culmine præcipitatus occubuit. Iam horrenda sanctorum exedes extitit, vt sequanam sanguine fluxisse feratur. Sed tanti sceleris authores tempore divinitus statuto pœnas dederunt, actores etiam daturi. 3. *Observa.* Christo contradicitur. Id ipsum habetur, 2. *Luc.* 34. Ecce positus est iste, scilicet, Christus in casum, & resurrectionem multorum in Israele, & in signum cui contradicatur, id est, pro scopo est destinatus, & constitutus à Deo, & in casum reproborum sua pereuntium culpa, atque in resurrectionem electorum quibus datur, vt credant, vocatur lapis offensionis ad quem scelerosi impingunt, propterea eius crucem existimant esse stultitiam, & gentes offendiculû, & Turca contemptum per ludibrium vocat suspensum Deum, quasi nequeat ex morte vita, ex crucis ignominia salus, atque gloria Ecclesiæ promanare. Vt, vt ita existiment reprobi, nos tamen cum Apost. in cruce Domini gloriemur, & præ illa excellenti de Christo cognitione, omnia ducamns σκύβαλα, *Philip.* 3.

*Vers.* 23 Statuitur dies, conveniunt, sermonem habet de Dei regno, & IESU CHRISTO ex lege Mosis & Prophetis à mane vsque ad vesperam. Prædicavit ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ prohibitum vt scribit *Tertul.* statuto publico ne templa essent publica: jam divinâ gratiâ fas est nobis publicè in temporibus Euangelium annuntiare. Sed *observa.* tametsi commodè, atque decenter fiat, vt verbum gratiæ prædicetur in locis statutis, tamen divini nominis cultus non est circumstantijs alligandus, & prædicare licet ἀχαριστως & εὐχαριστως κατ' οἶκον, & ἐν γὰρ, *Act.* 20. & vt habetur, *Ioan.* cap. 4. licet Deum spiritu, & veritate vbique terrarum colere. At repetendum hoc vbi Ecclesia est constituta sub Christiano magistratu templa in eum vsu destinata pijs atque divinis illis exercitijs maximè esse idonea, vt divini nominis gloria in catibus sanctorum celeberrimis admodum reluceat. Argumentum sermonis Paulini est Regnum Dei, quod dupliciter est considerandum. 1. generali

rali modo, cuius ambitu omnia continentur, imò ipse Satan ira gubernatur divinâ providentiâ, vt nihil invito Deo præstare possit, vide *Iob.* 1. & *Math.* & *Psal.* 79. Regnat Deus, lætetur terra. 2. speciali, atque hoc regnum specialiter perpensum restringitur ad Ecclesiam, & est partim gratiæ hisce in terrarum solis, partim gloriæ hic inchoatæ, futuro mundo consummandæ, & in omnem æternitatem prorogandæ. Idem re regnum gratiæ & gloriæ, sed ratione, & modo diuersum. Regnum gratiæ per verbi sceptrum, Sacramenta & disciplinam administratur. Perfectæ gloriæ hisce non eget, quippe perfectionem, beatitudinem, & omnium bonorum plenitudinem est consecutû. Natura huius regni est spiritualis, in rebus externis minimè consistit, sed in ipsa anima, & conscientia sedem habet; est vniuersale ratione locorû, temporum, & personarû; est regnum lucis oppositum tenebrarum Regno, cuius princeps est diabolus, quod quidem regnum tenebrarum, vt à principe regni lucis sensim per prædicationem Evangelij conficitur, sic tandem illustri suo aduentu abolebitur, cuius ruina & destructio, nunquam reparabitur, *Apo.* 18. subditi regni gratiæ sunt electi ad gratiam, & fidem efficaciter vocati. Lex regni essentialis est verbum Dei scriptum: externæ leges quæ κατὰ τὸ πρῶτον sunt, vel ad rationem docendi, vel condendarum legum εἰς τὸ εὐσχημον, vel modum ferendarum censurarum spectant. Autoritas huius regni est, qua electi ad fidem convertuntur, aut obstinati merito suæ rebellionis magis obdurantur. Distinguitur hoc Regnum Christi spirituale re ipsa atque essentia à politico, vt à nobis est ostensum in illo sermone, in illa verba habito tempore synodi. Primum quærite regnum Dei, &c. *Mat.* 6. *Observatio.* Dominus lucis & vitæ debet in nobis regnare, cum simus eius subditi, vt cum Apost. possimus dicere viuo non amplius ego, sed vivit in me Dominus. Regnat rex noster in inimicorum medio, donec inimicos posuerit scabellum pedum non sine oppositione Satanæ, atque peccati, sed post omnium sanctorum collectionem regnaturus absque omni oppositione. Iam ad dextram Dei patris omnipotentis sedens ecclesiam colligit, regit, cruce exercet, defendit, confundit hostes per indurationem propter rebellionem, inflictam & per finalem desperationem, quam scævi atque truculenti Ecclesiæ Dei inimici sibi accersunt.



2. *Obfer.* Conueniunt Regnum Christi, ac politicum in authore Deo, in ordine, in fine supremo scilicet, Dei gloria, & subordinato scilicet, populi salute. De Christo Iesu, ex lege & prophetis. Mutuus est legis ac Euangelij consensus. Hinc argumentum pro scripturæ sacræ authoritate. Expende *Gen. 3.* de semine mulieris 49. de *Silo* venturo, *Numer. 24.* de stella Iacobi, &c. claræ extant prophetiæ passim de Christo, & noui, veterisque testamenti summa est harmonia.

*Vers. 24.* Effecta sermonis Paulini habentur diuersa. 1. Ex ijs enim quidam credunt, quidam non. *Obserua.* Verbum est credentibus odor vitæ in vitam; incredulis verò odor mortis in mortem; non quidem naturâ sua, est enim efficax organum in salutem omni credenti, sed per accidens ratione infidelitatis, ac contrarietatis impiorum, *Isa. 55. 9. 10.*

*Vers. 25.* ἀσύνφωνοι, vox est à musicis mutuata. Discordantes extitere, & linguis diuersis sunt vsi. *Obfer.* Illud Christi dictum, verum comprobatur, non veni missurus pacem, sed gladiû, vt pater à filio dissideat. At Christus Rex pacis? Neq; verbum reconciliationis propriè causa existit dissentionis, sed quia obfirmati animis verbo gratiæ ita reluctâtur, vt non solum illud reiiciant, & auersentur, sed odio in fideles oblatam gratiam recipientes inflammentur, atque exæstuent. At ignari rerum & impij plagarum diuinarum, & effusorum iudiciorum Euangelio causam ascribunt, & illud *Ierem. 44.* nostro tempore verificatur, lege locum cognitum. Cum autem nos adolemus rebus cælestibus, & libamus eis libamina, *vers. 19. & Eccles. 7. 10.* Ne dixeris cur dies priores fuerint meliores istis, nam non sapienter rem istâ exquiris: quare per diuinam sapientiâ concludendum, malorum omnium causam peccatum, non autem Euangelium esse. Discesserunt cum Paulus hoc verbum dixisset. *Obseruatio.* Verbum gratiæ non per se, sed per accidens monet Iudæos discedere ab Apost. scilicet ratione animorum perversitatis, & rebellionis. *Achabus* nolens audire *Michaiam*, quem dixit nunquam prophetasse sibi bonum, ad *Aramiam*, relicto *Michaiâ* in carcere, discessit: sic *Sedechiah* *Ieremiam*, sic *Pharao* *Moysem* deseruit, quòd veritatem dixerint. Applica, si concionatus fueris de misericordia diuina etiam perditissimis communicanda in Christo, libenter audieris, sed si de pœnis infligendis ob patrata scelera, minimè

minimè sustinent, si merito reprehēderis, id quidem non patiuntur, si veritatem dixeris, fies inimicus, & si loco minus possint cedere publico, animo tamen à te existent alieno, & cōciones haud frequentabunt, si fieri possit sine honoris, dignitatis, existimationis, commodique sui iactura. 3. *Obseruatio.* Officium est boni Pastoris reprehendere, atq; iudicia annuntiare pœnitentiam minus agentibus cuiuscunque sint ordinis, aut conditionis, cum nequaquam sit personarum acceptio in Christi regno. *Ieremias* de mandato diuino contra Principes, Sacerdotes, & populum concionatur, & vaticinatur καλως. Spiritus Sanctus locutus est patribus per *Isaiam. 4.* *Obserua.* Amor Dei in populum elucet, cum excitarit, atq; miserit Prophetas ad prædicandam veritatem, quorum præsentiam ferre valeant, & vocem sine consternatione audire: Maiestatis Diuinæ præsentia nos infirmos, & peccatis coinquinatos prorsus extingueret, & diuina vox tantum terrorem incuteret, vt animis deiecti prosterneremur. Populi hæc sunt ad *Moysem* verba, ne loquatur nobis Iehova ne moriamur, Addo, vt supra, veram & authenticam esse scripturam, quippe ab ipso primum Deo, deinde ab hominibus non priuato motu incitatis, sed Dei spiritu actis profecta, proinde cum legitime vocatus Pastor loquitur Dei verbum existimandum est eum loqui per spiritum sanctum. Subiungo in vsam nostrum cum Patribus sit locutus modo obscuriore, nobis sub Euangelio in Filio suo clarius, & luculentius: vide *Heb. 1.*

*Vers. 26.* Vade ad populum istum & dic, auditu audietis, sed non intelligetis: videntes videbitis, & non cerneris, ex *Isa. 6.* *Obserua.* Prophetarum testimonia sunt laudanda ad Ecclesiæ informationem, reformationemque inseruitque Dei verbum omnibus temporibus. Idem legere est *Mat. 13. Mar. 4. Luc. 8. Ioan. 12. Rom. 10.* *Vade.* *Obserua.* Mitti debent à Domino, ac legitime vocari, qui concionatoris partes fideliter obire velint, non currendum antequam mittamur, & donis idoneis instruamur. Cum *Isaias* vidit Deum throno insidentem Angelis stipatum, atque se expendisset hominem labijs pollutum, visus est detractare missionem, sed ex quo gratiæ spiritus sensit, dixit statim hic sum, mitte me. Tria sunt hic expendenda. 1. est Iudæorum peccatum. 2. est incredulitatis causa, scilicet cordis crassities seu induratio. 3. Pœna peccatum his verbis,



auditu audietis, sed non intelligetis, videntes, &c. *Obfer.* Verbum Iehovæ debet audiri, deinde intelligi, & tandem in praxin duci, Beati pronuntiantur à Christo, qui audiunt verbum Dei, atque custodiunt illud. Graue sane iudicium, quando auditur, sed sine fructu, cui sane iudicio multi hac ætate subiacent miserabili, & miseranda incredulitate sua. *Videntes videbitis sed non cernetis*, id est, Domini iudicia non apud vos trutinabit. *Observatio.* Horrendum iudicium, cum populus ob oculos proposita Dei iudicia non expendit, nec iisdem mouetur, si non ad momentum, vt Pharao præfente plaga aliquem sensum habes, sed cessante ad ingenium rediens. *Applica.* Hisce temporibus in quæ incidimus, ea est hominum stupiditas, vt neque verbo, neque comminationibus, neq; iudicijs cœlitus missis moueantur. Dicat verè mihi aliquis, si emendatio vitæ sit in vlllo hominum genere, si vera extet resipiscentia, an Idololatra deserit Idololatriam; an adulter adulteriũ, an blasphemus blasphemiam, an prophanus prophanitatem, imò plerique peccatis delectantur suis, quod est supremus impietatis gradus. Præterita iudicia nulli recolunt, præsentia negligunt, futura non apprehendunt, sapiatis quandiu locus gratiæ relinquatur, ne ab igni divinorum iudiciorum consumamini.

*Vers. 27.* Incredulitatis causa est cordis durities quæ partim est naturalis, partim agendo, & resistendo divinis admonitionibus augetur, partim tolerando verbum Domini præterire sine emendatione exemplum in Pharaone, cuius cor natura pingue, ac crassum agendo, & patiando pinguius, & crassius evasit, donec tandem iustam indurationis, ac rebellionis mercedem retulit nimirum in mari rubro cum suis submersionem. Hæc tria sunt obseruatu digna, Deum, Satanam, ipsum denique hominem cor indurare. Deus indurat subtrahendo gratiam, sed non essentiam aut potentiam, cum etiam agat potentissimè infligendo indurationem vt iustam rebellionis pœnam. Satan indurat cor per efficacem actionem infundendo malitiosos motus aduersus Deum eiusque verbum. Et ipse peruersus homo indurare dicitur cor suum partim reluctando verbo divino per Satanæ instigationem, partim vt dixi sustinendo admonitiones pias pertransire sine serua resipiscentia. Expende locum 2. *Theff. 2. 11.* vbi perhibetur Deum mittere efficaciam deceptionis vt credant mendacio,

&amp;

& damnentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed acquieverunt in iniustitia & auribus *Βαρεῶς*, audiuerunt. *Obferua.* Iudicia Divina non audiuntur libenter. 2. *Timoth. 4.* sunt quidam habentes aures pruriètes, qui veritati volentes minimè auscultant. Petite à Domino per Christum, vt & aures, cordaque sanctificentur ad audiendum, & recipiendum verbum divinum. 3. *Est pœnia.* Quæ est ipsorum perniciës. *Obferua.* Qui per divinam potentiam non convertuntur, nunquam sanabuntur, precibus à Domino cõtendamus, vt nos conuertat, atque sanet. *Ierem. 31.* Occæcati suorum culpa inevitabilem expectent damnationem. *Observatio.* Ab officio peragendo minimè deterreamur, tametsi viderimus populum indies deteriore, fructusq; professione dignos non proferre, cum iusto Domini iudicio id ipsis obtingat, propterea quod oblatam veritatem sint auersati. Atque omnium calamitatum, pœnarumque quas patiuntur impij causa est divini verbi contemptus. Expenda in Originalis mundi destructione *Sodomitarum*, Pharaonis, atque *Ægyptiorum*. Itaque vocem divinam attentè, ac reverenter audiamus, animis reponamus, & in vita sanctè, pièque acta exprimamus.

*Vers. 28.* Complementum illius dicti, quod habetur, *Isa. 5.* Auferam sepem, & destruetur, exedeturque vinea, cum fructum non producit, quem expectavit Dominus. *Obferua.* Ambulemus digni cœlesti vocatione, atque coram Domino singuli piè, ac sanctè versemur. *Γνωσον αυ.* Pastor debet fideliter eloqui Dei iudicia, & nullatenus connuere, tametsi scelerum suorum manifesta redargutione auditorem exasperet: quæ est natura peruersi populi, vt capiat prophetas, qui puluillos consuant, quo peccatis suis, & voluptatibus indormiant, *Ezech. 13. σαρπητιον.* Hæc salus gentibus missa arguit incredulitatem reproborum non posse irritam facere Dei fidem, vnde summa nobis assurgit consolatio aduersus omnes corruptæ naturæ dubitationes, & Satanicos insultus cum in CHRISTO IESU fide certam salutem apprehendamus. Vocatur salus Dei, quia Deus eiusdem est author: Dei filius eandem passionem suam acquisiuit: cuius certitudinem Spiritus Sanctus electis applicat: & per verbi prædicationem ad gentes mittitur, vbi habes prophetiæ *Noachi* complementum Deus persuadet *Iapheth* habitare in tentorijs *Semi*, *Gen. 9.* vide *Ezech. 47.* de aquis emanantibus



tibus è templi limine figurantib. Spiritus Sancti, gratiam affatum gentibus esse communicandam in Christo. Simus nos *Scoti* in vltimam orbis partem, terræque fines reiecti, memores tanti beneficij, lucis nimirum Euangelicæ apud nos clarè coruscantis cum gratiarum actione videmus tempore nostro illam Davidis prophetiam impletam Regi nimirum *Sionis* filio meo inuncto dabo in possessionem fines terræ, danda nobis opera, vt simus grati, deinde ne contemptu nostro, vitaque impiè acta prouocemus Dominum ad remouendum tantam lucem.

*Vers. 29.* Cum hæc dixisset, exierunt Iudæi multã habentes inter se disceptationem. 1. *Obserua.* Nullum habemus hic permanentem locum, aspiremus ad patriam cœlestem. 2. *Obserua.* Scinduntur in diuersas opiniones verbũ Iehova eundem in omnib. effectum nõ producit, natura sua est vitæ odor, vt supra diximus ad vitam, per accidens ratione rebellantis cordis, & obfirmati est odor mortis in mortem, 2. *Cor. 2.* & Euangelium non est causa dissidiorum, sed Euangelij contemptus.

*Vers. 30.* Mansit Paulus totum biennium in proprio conducto *μικτωρι* & excipiebat omnes, qui ad ipsum ingrediebantur. Supra in vinculis sub Felice, ergo vincula manent fideles Christi seruos, & crux crucem sequitur. Pij censentur indigni qui communi luce fruuntur, vitaque, & libertate, sed scelerosi multi, ac flagitiosi viuebant genialiter, & tranquillè sub *Nerone* atroce persecutore, interim Paulo grauib. vinculis coercito. Expende hæc communem sortem piorum in fidissimis Dei prophetis *Michaia*, *Ieremia* atque alijs, &c. qui etsi vinciantur tamen in ijs Dei spiritus, neque verbum diuinum vinciri potest. Cui prædicato non deerunt electi auditores.

*Vers. 31.* Prædicans regnum Dei, ac docens, quæ sunt de Domino Iesu Christo cum omni libertate, neminè prohibente. De Dei Regno supra diximus, & de ijs quæ sunt de D. Iesu Christo fusè. Hoc tantum sub finem *obserua* materiam, in qua occuparetur fidelis Pastor esse Dei regnum cuius caput, ac Princeps est Dei filius Iesus Christus. 1. titulo naturali quia Dei patris filius. 2. titulo acquisitionis, quia sanguine suo effuso cunctis fidelibus regnum cœleste peperit. *Μετα πάσης παρρησίας.* *Obserua.* Verbum Domini liberè e. annuntiandum, & omnibus intrepidè applicandum. Expende

Expende prophetarum, Apostolorum, & omnium temporum fidelium Pastorum *παρρησιαν*, & nominatim seruorum Christi, qui primi apud *Scotos* Ecclesiam per synceram Euangelij prædicationem instaurarint: quam nos conemur imitari, qui ab illorũ zelo plurimum defecimus, libertatem regni Christi quadantenus imminutam ac labefactatam redintegratis viribus tueamur, etiam cum vitæ iactura, si Domino videbitur, quam vt ab ipso Deo in suo verbo expressam accepimus, traditamq; ac conseruatam ab illis primis instauratoribus, sartam tectam ad posteros transmittamus, quod det nobis Dominus per Christũ cuius legatione fungimur. 3. *ἀκολούτως*, successus est fælix. Verbum Domini, vt ita dicam currit velociter, etiam coram hostibus, & quis potest cursum Euangelij impedire, solis motum præpediat, si visum Domino, qui verbi diuini progressum velit reprimere. Inanem collocant operam machinatores isti in Christi regnum, qui putent posse sese vel vi, vel astu Satanico tantam lucem extinguere, & regno filij DEI euerso, tenebrarum regnum stabilire. In hac historia, habes Christiane lector. 1. synceræ, veræque religionis fundamentum descriptum Iesum Christum *θεανθρώπου ἡ σωτηρίας ἀρχηγόν, ἃ ἡ ζωῆς κύριον* fide apprehendendum in salutem, vitamq; æternam. 2. statum Ecclesiæ primitiæ figurantem vniuersalis Ecclesiæ fortem in terris militantis. 3. conditionem fidorum Pastorum Ecclesiæ Dei, qui est afflictionibus subijci. 4. diuinam providentiam Ecclesiæ, Pastoribus invigilantem: hæc vt par est, diligenter, & amanter expende, in vsum tuum, ac emolumentum per Dominum nostrum Iesum Christum, cui, cum Patre, Spirituque Sancto sit omnis gloria.

*Summa Deo, soli que vni, laus atque potestas,  
Sic decus, Imperium personis ordine trinis.*

F I N I S.



## Errata sic Corrige.

*Prior numerus paginam, secundus versum denotat.*

P Ag. 7. lin. 2. lege, fonteq; 4. 17. Magistratu præunto. 15. 36. perduntur. 16. 2. desperatus. 19. 24. Totyla. 21. 34. dirigendæ. 22. 1. sit. 23. 20. missionis. 24. 26. Epiphane. 25. 20. informantos. 28. 9. remouet. 29. 8. Edam. 32. 11. substantiæ. 40. 33. conformados. 43. 1. suis. 46. 21. impure. 47. 5. deceptus. 63. 30. Dominium. 68. 12. ipsa. 70. 27. candidior. 83. 5. sponndit. ibidem 22. Questionis. 86. 24. vult. ibid. 25. ad apertionem. 87. 25. virtutem. 93. 14. interitui. 94. 23. habuere. 95. 36. propositum. 96. 17. indicium, exereret. 97. 5. præditam. 98. 11. hic. 110. 27. obtegat. 112. 8. valet. 116. 22. sensim. 120. 4. sociamve. 125. 18. extensa. 129. 3. desudaremus. 131. 31. ibi. 133. 21. populus. 237. 1. vult. ibi. 28. deferendus. 142. 9. vult. ibid. 37. sacramento. 143. 22. filios. 149. 4. decretum. 157. 6. osti-  
tuisset. ibid. stabilivisset. 158. 23. Ego. 160. 5. Rubo. 162. 17. Dominum. 163. 18. fidelem. 164. 15. coercione. 173. 33. velum. 176. 10. nihil ipsi. 183. 12. mille. 189. 6. dele humanitatis. 192. 30. cunctas. 196. 17. enim. 221. 27. ille. 228. 28. optandus. ibid. 31. vino ibid. 32. solidum. 233. 4. auram. ibid. 31. eruditurum. 242. 30. solum. 249. 1. significavit. ibid. 22. Patri. 255. 35. religio. 256. 31. autumant. 260. 6. Patre. 264. 20. prædicatio. 270. 3. Herodes. 271. 30. expectationem. 275. 34. dignitatis. 279. 25. huic. 285. 34. ad ibid. opprimendum. 286. 17. longanimis ibid. 24. vicesimum. 287. 18. supputatione. 293. 23. Iterum. 308. 1. novum ibidem 31. impel-  
lente. 220. 26. Maledictum. 327. 11. Barnabas. 335. 4. conteret. 340. 26. Propheticum. 343. 31. republica. ibid. 35. virgulam. 350. 21. assimila-  
buntur. 351. 32. huius. 378. 31. Balthasare. 382. 27. Obadiam. 397. 31. Propheta. 399. 36. permanentem. 404. 16. ornatis. 417. 26. Antipatre. 422. 28. Fidi. 433. 11. rebus. 445. 31. cognatis. 448. 12. amicos. 452. 3. re-  
dacti. 466. 11. qua.

## INDEX

## INDEX RERVM MEMORABILIVM quæ hoc opere continentur.

A.			
<b>A</b> brahamus cur Pater multarum gentium	77	Anabaptista sacros conuentus auer- santur	107
Abrahami vocatio ex Mesopotamia	138	Anabaptistarum error de Magistrat.	206
Abraham Deo vocanti obediens fuit	139	Ananias hypocrisis, sacrilegus, diffidens & ambitiosus fuit	99
Abraha filij suut duum generum	290	Ananias ad Saulum mittitur	219
Achab Baalem adorauit	170	Ananias Saulo visum restituit	221
Adulatores Principū aulis exulare de- bent	276	Ananias Paulum percutere iubet	412
Adulatorum ingenium	413	Ancilla spirituum Pythonis habens, à Paulo liberatur	333
Ægrotos inuisere, & consolationibus eri- gere debemus	464	Angelus Apostolorum liberator	111
Æneas paralyticus per Petrum resti- tuitur	229	Angelorum respectu Ecclesiæ munus	111
Æthiopes vnde sic dicti	205	Angeli incumbunt electorum saluti	271
Afflictiones non semper propter pecca- tum immittuntur	62	Angelum an vnvsquisque sibi desi- gnatum habet	273
Afflictiones vnus finis est alterius ini- tium	116	Anima hominis electi è corpore egressa sursum tendit ad Creatorem suum	37
Afflictiones nō sunt signa mala causa	124	Anima electorum non vagantur, nec dormiunt, nec rediguntur in nibi- lum, nec ad purgatorium abeunt	44
Afflictionum omnium quantitatem & qualitatem metitur Dominus	155	Antiochus Epiphanes in intestinis mor- bo incurabili percutitur	16
Afflictiones p̄ys apprimē sunt vtilēs	311	Antiochenes egenus Christi membrīs subueniunt	267
Afflictiones electorum iustitia diuina non repugnant	354	Antiochena Ecclesia ieiunauit	279
Agabus vniuersalem famē prædicat	265	Apostoli errori obnoxij fuere, & erra- runt	5
Agabus Pauli vincula prædicat	399	Apostolorum numerus cur duodena- rius esse debuerit	20
Agabi Prophecia in Paulo impletur	403	Apostoli replentur gratia spiritus, non autem essentia	26
Ambitio periculosa pestis	99	Apost. ex tēpore loquūtur diuer. linguis	26
Amazias Idumæorum idolum adora- uit	170	Apostoli	
Ambrosius Theodosium Imperatorē iure communione priuauit	197		



INDEX.

Apostoli potentia Christi redduntur magnanimes 28
Apostolos cur obscuro loco oriundos elegerit Christus 86
Apostoli superioris manus organa 106
Apollos Ecclesiam Corinthiacam a Paulo plantatam riganit 373
Aquila hospitio Paulum excipit 362
Arrius diuinitatem Filij Dei inficians expositione viscerum, interemptus est 16
Ascensionis Christi tempus, locus vnde & ad quem, & modus 7
Ascensionis Christi testes 8
Ascensionis Christi beneficia 8
Assentatores Principes mortales diuinis titulis exornare solent 277
Auaritia malorum radix 15
Auaritia Magistratibus maximè fugienda 424
Athanasius a co corruptis Concilijs noluit censerit 428
Authoritas sine Dei timore est exitialis 88
Aurelianus a suis occisus fuit 140

B.

Baalis iustar non est Deus noster 161
Baptismus Christi & Iohannis non differunt substantia, sed administrationis forma 5
Baptismi priuatio non est exitialis, sed contemptio 38
Baptismi apud Papistas peruersio 46
Baptizandi sunt liberi fidelium 54
Sine Baptismo morientes non detruuntur in infernum 54

Baptizandi qui sunt 55
Baptismus non a vetula vel muliere, sed a Ministro legitime vocato, celebrari debet 211
Baptismus non facit sanctos, sed sanctificationem ob signat 253
Baptism. vel est fluminis, vel flaminis 257
Barbari tempore Apostolorum qui fuerint 461
Bar-Iesus Pseudopropheta in Papho 281
Barnabas Antiochiam mittitur 261
Barnaba laus cur sacris literis consignata 262
Barnabas sue existimationis non est studiosus. 263
Beræani Thessolonicensibus nobiliores existere 352
Beræani scrutantur scripturas 353

C.

Calumniatores spe sua frustrantur 423
Carnis nostra substantia perpurgabatur in altero Filij Dei aduentu 41
Cananea terra cælum figurabat 148
Cananeorum terra per sortes distribuitur 286
Caro Christi corruptionem non potuit sentire 41
Carnis corruptio electis quasi regenerationis initium est 294
Centurio commendatum Petro a pietate in Deum & iustitia in homines 242
Christianorum colloquia qualia debeant esse 4
Christianam esse quid sit 264
Christianorum arma in rebus arctis sunt preces 337

Chri-

INDEX

Christus Archipropheta est per Moysen promissus 72
Christi caro & sanguis in Sacramento Cœna non sunt localiter 2
Christus an in Adamo peccarit 32
Christus cur non statim a resurrectione in cælum ascenderit 3
Christus corpus habet verè humanum 32
Christus cur Psal. xvi. sanctus dicatur 41
Christi cum Mose comparatio 72
Christus Dominus vivorum & mortuorū 3
Christus duplici modo Rex est 351
Christus etiam glorificatus patitur, idque duobus modis 437
Christi humana natura non permiscetur cum diuina, neque conuertitur in eam 44
Christi humana natura localiter cælo comprehensa est 71
Christus in qua natura passus sit 347
Christus in ὕποστασι est verè Deus & homo 32
Christus iuxta diuinã naturã potentia, implet omnia, Ecclesiam verò gratiã 2
Christus lapis offensionis 470
Christus lux & vita nostra 443
Christus mortuus mortem vicit 35
Christus quomodo Dei filius 294
Christus rediturus, quomodo & in quem finem 9
Christi resurrectionis probatio 35
Christi reuincatio & resurrectio 3
Christus secundū quid, & quid passus sit 442
Christus suscitatus ex fratribus 72
Christus vnctum notat in triplex offic. 45
Cibo manus non adimoueat, nisi gratiarum actio precefferit 456

Circumcisionis definitio & vsus 142
Circumcisio duplex 178
Ciborum discrimen sublatum 239
Circumcisio in primitiua Ecclesia ad tempus tolerabilis fuit 329
Claudius 4. Imperator libidinosus fuit & a matre stultus habitus 271
Claudus ab vtero virtute Christi sanatur 304
Commentariensis conuersio 339
Commentariensis baptizatur cum tota familia 341
Communio bonorum qualis fuerit in primitiua Ecclesia 58
Concilia & Ecclesia errare possunt 88
Concilia Papistarum cur illegitima 114
Concilium Ierosolimitanum 318
Concilium malum mala profert decreta 88
Concilium Nicenum & Carthaginense tertium errarunt 5
Concilium Nicenum non habet articulum, Descendit ad inferos 39
Concordia maximè laudanda in Eccle. 97
Concordia regnat, vbi Dei spiritus locum habet. 23
Confirmatio non est sacramentum 47
Confirmationis vsus apud Patres 47
Conscientia bona summa est conf. l. i. 136
Conscientia bona vis magna est 271
Conscientia quid sit in homine 412
Conscientia magna vis est 87
Conscientia testem improbi aduersus sese habent 87
Consilium humanum aduersus Deum dissipabitur 123
Consuetudo mala euadit in habitum 400
Contemptorum vocis Christi pœna triplex. 73

Ppp

Con-



I N D E X.

Controuersia omnis in religione est pro Christo 468  
 Controuersiarum decidendarum quis legitimus modus 316  
 Conuersio non est penes nos 52  
 Conuersio est Dei opus 438  
 Cordis auari tria obiecta 394  
 Cordis compunctio vnde promaneat 51  
 Conuersioni quoddam tempus relinquere Domini est consuetudo 102  
 Cornelij religio non pendeat à supremi Magistratus autoritate 234  
 Cornelius non solum sui, sed & familia rationem habuit 235  
 Cornelij preces & beneuolentia in pauperes an aliquid promeruerint apud Deum 235  
 Corinthus quondam vrbs valde libidinosa, iam sub potestatem Turcicam redacta est 362  
 Corpus Christi edere est credere in Christum crucifixum 6  
 Crispus Synagoga Praeses credit & baptizatur 364  
 Crux ad patriam caelestem plana via est 311

D.

David ab omnibus vocatus in Saulis locum susceptus est 20  
 David typus Christi 17  
 Decius in exilio mortuus 140  
 Decretum Dei omnium actionum, operum & euentuum primaria causa est 447  
 Decreta mala adutum executioni mandantur 88  
 Demetrius seditionem concitat 379

Descendere dicitur Deus cum suam potentiam exerit 162  
 Deus quomodo omnia in omnibus 42  
 Deus quidem patiens, sed & iustus est 286  
 Dies Dominica in Iudaici Sabbathi locum successit. 11  
 Dies Iehoua magnus 30  
 Diei Dominica stricta est habenda ratio 353  
 Diei Dominica institutio 385  
 Diabolus reproborum corda implet 100  
 Dissidentia exempla 99  
 Diocletianus desperabundus sibi manum attulit 141  
 Discipuli Christi descriptio 230  
 Discipuli Antiochia Christiani dicti 264  
 Discrimen Iudaorum & Gentium per Christi gratiam sublatum est 246  
 Diuinationum diabolicarum varia genera 334  
 Diuisio propter veritatis assertionem est legitima 203  
 Doctores qui 278  
 Dominus suis adest in extremis 415  
 Dominus impia mandantibus obtemperare impium est 342  
 Domitianus à suis trucidatur 140  
 Donorum incrementum accipiunt qui concessis prioribus fideliter vtuntur 133  
 Dorotheus quando martyrium passus, & quid scripserit. 196

F.

Ecclesia afflictiones mysticè dicuntur Christi 17  
 Ecclesia

I N D E X.

Ecclesia Christi turbatores certum manet suppliciam 123  
 Ecclesia Ephesina & Galatiana errarunt 88  
 Ecclesia fundamentum est Christus 84  
 Ecclesia exedificationis tota laus Deo tribuenda 393  
 Ecclesia habet sua tempora exercitijs diuini conlita 61  
 Ecclesia hic non est perfecta, sed perficienda 59  
 Ecclesia Martyrij maxime amplificatur 150  
 Ecclesia per multitudinem non est merienda 374  
 Ecclesia primitiua insignia 12  
 Ecclesia primitiua exercitia & nota 55  
 Ecclesia pro Petro incarcerato precatur 270  
 Ecclesia vera essentiales nota 46  
 Electio Mathiae ad Apostolatam 21  
 Electionis Pastorum modus 21  
 Electio Dei duplex 285  
 Electionis & reprobationis non est alia causa querenda quam beneplacitum Dei 330  
 Electorum status post hanc vitam 42  
 Eloquentia supernaturalis Spiritum Sanctum auctorem habet 27  
 Ephesus ciuitas idololatria & magicis artibus celebris fuit 373  
 Epicureorum fatalis necessitas 69  
 Epicureorum opiniones 356  
 Episcoporum ac Pastorum munus 391  
 Episcopus & Presbyter idem sunt ratione, & re 392  
 Erroris causa est diuini verbi ignorantia 6

Esseni omnia communia asserbant 433  
 Euangelij gloria non pendet ab auctoritate hominum 12  
 Euangelium non tollit affectus sed temperat 395  
 Euangelij praecipua capita 389  
 Euangelium suis numeris absolutum est 2  
 Euangelij predicati magna efficacia 81  
 Euangelium varijs nominibus insignitur 390  
 Euangelium vnde sic dictum 193  
 Euangelista quid sit 398  
 Eunuchus fidem professus, baptizatur 211  
 Eutyehus mortuus à Paulo restituitur 386  
 Exorcistae in primitiua Ecclesia quales fuerint 377

F.

Fames à Deo immititur 145  
 Fastidientes diuinam vocem & damnum & dedecus patiuntur 457  
 Festus Paulum insanire ait 443  
 Fides Christiana non tollit delicta officia praestanda superioribus 237  
 Fides hominem verè Deo commendat 132  
 Fides instrumentum est apprehendens salutem in Christo 67  
 Fidei obiectum est Iesus Christus crucifixus 340  
 Fides quid sit 340  
 Fidelium dispersio Ecclesiarum vnio est 190  
 Foederis forma & substantia 76  
 Foederis haeredes qui sint 76  
 Fratres Domini qui fuerint 12



I N D E X.

Frates quomodo dicatur omnes fideles	14	uitabile exitium.	101
Fredericus Barbarossa Tyri mortuus	396	Hypocritas reperire est in sanctissimis	130
Fugere Christi seruis nonnunquam fas est	157.188	Hypocrita semper futuri sunt in Ecclesia	393
Fugienda societas eorum qui disparis sunt religionis	245	Hypocrita sibi malum creant	413
Fundamentum Apostolica doctrina ex Prophetarum oraculis est deprendendum	442		
G.			
G Amalielis consilium pro Apostolis	122	Iacobus obruncatur	269
G Genium vocatio	297	Iacobus Alphaï filius Petri sententiam confirmat, & suam subijcit	321
Genua corporis in oratione sunt flectē.	185	Iacobus Ecclesia Ierosolymit. Pastor	400
Genus foemineum aptum ad dolos	299	Iason fautor Apostolorum	351
Gratia Dei duplex est	261	Idololatrias supplicium manet grauis.	169
Gratia diuina inopinantes occupat	300	Idola res vana sunt & libri vanitatis	306
Gratia diuina externis non est alligata	141	Idololatria quid sit	356
Gratia sit nostra per fidem	31	Idololatrias rabies & clamor sunt pro ratione	382
Gratia offertur omnibus	31	Idololatria & variarum superstitionum apud gentes initium	65
Gregis partes sunt Pastores suos tueri	382	Iesu nomen, vt pijs suaue, ita impijs maxime exosum est	125
Guisius iugulatus à seruis Regijs	141	Ieroboamus vitulos erexit Dathane & Bethete	170
H.			
H Ebrai sic dicti ab Hebero.	126	Ieroboami manus arefacta restituitur	268
H Herodes à vermibus arrosus	16	Iesus probatur esse Messias	289
Herodes Agrippa male accepit quosdam ex Ecclesia	268	Ignorantia causa est cur homines in Christum insurgant	291
Herodes aduersus Tyrum ac Sidonem bellum meditatur	274	Ignorantia coram Deo neminē excusat	68
Herodes ab Angelo percutitur	277	Ignorantia duplex	68
Honos deferendus quibus oportet	404	Imagines doctrina sunt vanitatis	171
Hostes Ecclesia sunt vel irrepentes in Ecclesiam, vel ex ipsa Ecclesia	393	Imaginum cultus diuisit inter Orientales & Occidentales Ecclesias	172
Hostes veritatis obfirmati per scripturas, redarguendi sunt	372	Impij à peccato in peccatum pergunt	270
Hypocritas manet repentinum & in-		Impij aequitate causa destituti ad vim confugiunt	80
		Impij proposito suo frustrantur	102
		Impij	

I N D E X.

Impij praterito Deo solos homines respiciunt	88	Iudei 40. conspirant aduersus Paulum	415
Impiorum conatus in nihilum recidunt	114	Iudicij extremi descriptio	10
Impiorum proposita in ipsorum caput redeunt	218	Iudei primogeniti in familia Dei	53
Impij quod volunt exequi nequeunt, nec quando	224	Iudei quomodo filij Prophetarum	75
Impij plus mouentur hominum statutis quam lege diuina	344	Iudiciorum Dei vsus	101
Impij quandoque veritatis testes	444	Iudicia Dei temporalia bonis & malis sunt communia	146
Incredulis nil magis ingratum	458	Iulianus Apostata scholis abolitis Ecclesiam perdere conatus est	25
Induratio vel est naturalis, vel habitualis	375	Iulianus in hepate vulneratus occubuit	141
Infantes non sunt secludendi à fœdere	75	Iustificari quid sit	295
Inferni varia à Papis statutur species	37	Iustinus Mart. ex Samaria prodijt	191
Christi ad infernum localis & realis descensus refellitur	37	L.	
Intentio bona non facit actionē bonam	169	L Egitibus politicis Christianis vti licet in defensionem suam	343
Inuocatio est Sp. sancti actio	31	Legis & Euangelij mutuus cōsensus est	472
Iob. Hūsus atrocissimē combustus	111	Legis peritia sine Christo veritatis odium est	190
Ioseph Ismaelitis venditur	144	Legis velamine hostes veritatis suum facinus solent obtegere	426
Ioseph typus Christi	145	Lex non fuit data ad nos iustificandū	296
Ira malus consiliarius	122	Lex Pädagogus ad Christum	71
Israelis custos non dormitat	112	Lex triplex Iudais data fuit	179
Israelita vnde sic dicti	285	Libertas adbibenda est in verbi predicatione.	375
Iudas electus ad ministerium, sed non ad vitam	15	Libertas loquendi cum zelo gloria Dei maxime confundit hostes Christi	86
Iuda horribilis interitus	16	Libertini contra Stephanum insurgunt	133
Iuda delictum & delicti effecta	14	Limbus Patrum refutatur	38
Iudei iudicibus non contenti Regem querunt	287	Lingua dissecta ignea super Apostolos quid significarint	24
Iudei sese vita aterna indignos prae-buerunt	297	Linguarum diuisio, qua quondam arrogantia pana fuit. festo Pentecostes in benedictionem conuertitur	26
Iudei mēdacio militāt aduersus Paulū	367	Linguarū donum extrordinariū Eccle. primitiua concessam, iam desijt	253
Iudicij communibus, ne sancti quidem eximuntur	459		



I N D E X

Loca in sese nulla sunt sancta	402	Ministris an aurum & argentum possidere liceat	64
Lucas medicus	1	Miracula initio plantanda Ecclesia	
Lupi vocantur hostes Ecclesia	393	Deus adiunxit	57
Lux mentis e caelo expectanda est	436	Miracula per regulam verbi Dei exploranda sunt	65
Lydia beneuolentia erga Paulum & Silam	333	Miracula cur Euangelio iungantur	105
Lydia conuersio	332	Miracula cur nunc cessent	133
M.		Miraculorum finis Dei glorificatio est	66
Magistratus ex officio incumbit tueri infantes	154	Miracula quae etiamnum in Ecclesia locum habent	192
Magistratus sunt ex diuina institutione	287	Molok idolum fuit Ammonitarum	170
Manasses innocentum sanguine fecit fluere Ierolimam	296	Morborum omnium causa peccatum	464
Mandatis Domini obediendum etiam cum vita discrimine	11	Mors est quasi requies quadam	37
Manuum impositio vnde	130.131.199	Mors prima reprobis formidabilis	147
Manna caelitus demissum	164	Mors sanctorum est quadam dormitio	188
Manuum impositionis in Nouo Testamento vsus fuit duplex	280	Mors violenta non est ira diuina argumentum	269
Masinissa corporis sui tutelam canibus commisit	91	Mortuorum corpora decenter tractari debent	232
Mariae assumptionis signum	12	Mortuos deslere licet, sed in fide & spe	189
Matrimonium non est Sacramentum	48	Moses typus Christi	156
Maximinus cum filio in frustra conscius fuit	140	Mundus, praefert latronem & sceleratum pio & religioso	67
Mediator noster cur Deus & homo	33	Multitudo non est nota vera fidei & religionis	13
Mendicus ne sit in Israele	97	Mutationes rerum repentina	451
Media diuinitus ad finem destinata non sunt negligenda	455	Mundi turbati & commoti causa	29
Melitenses temere de Paulo iudicant	462	N.	
Melitenses Paulum Deum autumant	463	Nabuchadnezzar ad bestias ablegatus	108
Mina cum Euangelio iungenda sunt	296	Nazarita quid docuerint	419
Ministerium totum requirit hominem	128	Nazarenorum nomen odiosum	420
Ad Ministerium quales eligendi sunt	20	Nero ipse sibi mortem consciait	140
Ministorum verbi munus	6	Naturarum Christi distinctio	293
Ministorum electio pendet a Domino	21	Nicolaus Diaconus dicitur initium dedisse sectae Nicolaitarum	130

Nomina

I N D E X

Nomina quibusdam ordinatione diuina indita fuerunt	328	Papa non tantam in Ecclesiam, sed & in hominum conscientias summum ius arripuit	324
Nobilitas vera per Christi sanguinis gratiam est desumenda	352	Papa potestatem in Ecclesiam sine titulo legitimo vsurpat	260
Nomini Iesu nudo nulla vis insita est ad profligandum diabolum	335	Papa Petro, secundum Thomam, longè inferior	63
Nuptia cum alienigenis non contrahenda	328	Paphnutius Concilio Niceno restitit	318
Nuptia impia multum damni apportant	287	Papistarum error de vi sanationis officibus & vestimentis Petri insita	108
O.		Papista dicunt nuda nominis Iesu pronuntiatione profligari daemones	31
Obedientia Magistratibus debita certis cancellis constringenda est	90	Papista locis sanctitatem alligant	148
Officia & dignitates non sunt res sempiterna	425	Papista in officium Christi triplex magnopere delinquant	211
Opera supra, contra vel praeter naturam soli Deo adscribenda	68	Papista laicis scripturae lectione interdicitur	347
Opera non praecedunt iustificandos, sed sequuntur iustificatos	409	Papista multis inter sese capitibus dissidentes de trucidandis Protestantibus nimis bene conueniunt	101
Operibus vt causis in negotio iustificationis nullus locus relinquitur	120	Pastoris est verbum Dei aequè secare	25
Opes non sunt nimis sollicitè congerenda	457	Pastoris boni praecipua occupationes	128
Ordinati ad vitam credunt	298	Pastoribus fas est vxores habere	398
Ordinaria media non sunt negligenda	417	Paulus ad pedes Gamalielis instructus	405
Ordinandi potestas proprie est Pastorum	312	Paulus a Christo consolatur	415
Ordinatio Dei non excusat sceleris patratorem	291	Paulus a Festo innocens declaratur	430
Ordo non est sacramentum	47	Paulus & Barnabas Ecclesiae parent	317
Origines Tyri sepultus	396	Paulus & Barnabas sententiae Petri subscribunt	321
Osculo Paulus dimittitur	395	Paulus & Barnabas Antiochia Euangelium predicant	327
Otiosi in Repub. non sunt tolerandi	349	Pauli & Barnaba dissidium	327
P.		Paulo Angelus apparet humana specie	331
Papa absolutam potestatem quilibet agendi in Ecclesia sibi arrogat	127	Paulus & Silas ad Magistratus rapti seditionis & aliena religionis accusant.	336
		Paulus & Silas miracula e carcere liberant.	338
		Paulus carcere exire detrectat	343
		Paulus & Silas exeunt carcere cum honore	344

Paulus



**I N D E X.**

Paulus ex scripturis disputat	346	Peregrinationis nostra terminus est	
Paulus & Silas noctu Beræa emittuntur	352	vita aterna	43
Paulus Athenas ducitur	354	Persecutiones decem grauissima	111
Paulus Corinthi manibus operatur	363	Persecutiones statuta periodo subi-	
Paulus noctu in visione à Deo cõsolatur	365	untur	187
Paulus Corinthi moratur annum & sex		Penuria nonnunquam laborant fidelif-	
menses	365	simi Dei serui	394
Paulus votum habens caput torondit	368	Personam non respicit Deus	247
Pauli doctrina miraculis confirmatur	376	Periculis nemò temerè sese exponat	12
Paulus spiritu impulsus Ierosolymam		Pentecostes Festum cur institutum &	
proficiscitur	390	quomodo	23
Paulus tres annos versatus est Ephesi	393	Petrus presatur in electionem Mathia	12
Paulus etiam cum capitis periculo mu-		Petrus non fuit caput Cathol. Ecclesia	13
nus sibi impositum prosequitur	397	Petrus ebrietatis crimen remouet	28
Paulus Tharso oriundus	405	Petrus Moysen & Eliam cognouit quos nun-	
Paulus se Ecclesia persecutorem fuisse		quam ante viderat	42
publice fatetur	405	Petrus & Ioannes ουίεγγοι	60
Paulus flagellis ceditur	411	Petrus paupertatem suam profitetur	63
Paulus coram Felice accusatur	419	Petra significabat Christum	165
Paulus ad Casarem prouocat	428	Petrus in extasi raptus	238
Paulus Romam mittitur	446	Petrus à Iudeis accusatur quod introie-	
Paulus naufragium prædicat	449	xit ad gentes	255
Paulus cum cæteris periculo implicatur	452	Petrus incarceratur	269
Pauperibus subueniendum est	394-97	Petrus ab Angelo liberatur	271
Peccati author non est Deus, sed Sa-		Petri umbra ægrotos sanauit	108
than & reprobus homo	14	Petrus vidit cælum apertum	238
Peccatorum confessio primus est vera		Pharaonis cor indurauit Deus non nuda	
pœnitentiæ gradus	405	permessione, sed etiam actione sua	
Peccata ex gratia propter Christi		iusta & efficaci	170
mæritum remittuntur	252	Philippus Diaconus Ecclesia Samarita-	
Peccatum ex proposito & destinata ma-		na plantator fuit	191
litia aduersus Christum eiusque gra-		Philippus 4. filias habuit dono prophe-	
tiam admissum est irremissibile	68	tandi instructas	398
Peccatum publicum, publice arguendum	34	Pœnitentiæ variæ species	202
Peccatum quomodo Deus velit	18	Potestas cogendi cœtum Ecclesiasticum	
Peccatum occasio est cur abundet gra-		penes quos sit	4
tia, non autem causa	203	Potestas clauium qualis Petro data fuerit	13
		Popu-	

**I N D E X.**

Populo viri fundamentum periculosum		cideudo non peccare in decretum Cõ-	
est	270	cilijs Ierosolymitanis	329
Preces ad Deum Patrem sunt dirigen-		Quæstio cur Deus permittat Diabolo pote-	
da Iesu Christi nomine	21	statem perstringendi hominum oculos	334
Preces piorum exaudita	113	Quæritur, cum fides ad salutem suffi-	
Preces sunt necessariae ijs qui in officio		ciat, quorsum baptismo opus est	34
constituuntur	130	Quomodo Deus Ecclesiam suo sanguine	
Precibus secretus locus idoneus est	12	acquiescit	392
Precibus Iudai habuere stata tempora	61		
Preces certo loco non sunt astringendæ	398		
Premisiones Dei populi impietas non		<b>R.</b>	
facit irritas	11	Edictis Christi impijs cariose non	
Prophetarum schola Ierosolymis fue-		est inquirendum	9
ruit	265	Reditur Christi signa præcedentia	9
Propheta & Apostoli Spiritus Sancti		Regnum Christi spirituale est	6
fuerunt amanuenses	15	Regnum Christi non est restrictum terra	
Propheticum Christi officium	45	Cananae, verum ad terræ terminos	
Propheta legitimi à Deo excitantur	72	protractum	6
Propheta qui	278	Regnum Christi omnis ordinis homines	
Prouidentia Dei omnia includit	14	complectitur	349
Prouidentia diuina omnia patent	22	Regnum Christi cum mundanis impe-	
Pseudoprophetarum indefessum studium		rijs non pugnat	427
est veritati sese opponere	281	Regnum Christi munus	45
Publij Pater febribus ac dysenteria de-		Regnum Dei vel generaliter, vel specia-	
tentus à Paulo restituitur	464	liter considerandum	3
Purgatorij commentum refellitur	38	Religio Christiana vt antiquissima, ita	
		& certissima est	74
		Regula obedientie inferiorum erga su-	
		periores	118
		Religio omnibus fidelibus semper vna	
		eademque fuit	321
		Religio vera sanguinis Sanctorum mini-	
		mè sutiens est	350
		Reliquiarum sanctorum cultus refutatur	377
		Remissio peccatorum à solo Deo est	295
		Resipiscencia quid sit.	52.
		299	



INDEX

Resipiscenzia, papistici sacramenti, defini- tio	120	Scelerosis parcat Deus ad tempus pro- pter electos suos	453
Reprobi sunt incurabiles	274	Scientia inscitiam habet inimicam	444
Reprobi per diuinam manum repenti- no feriuntur	282	Scisma omne fugiendum	263
Resurgendum à peccatis ad iustitiam	80	Schola instituenda & fouenda	433
Resurrectio Christi quid nos doceat	251	Scriptura scriptura est componenda	6
Resurrectionis Christi commoda	3	Scriptura sacra Spiritum sanctum habet authorem	15
Resurrectio Christi probatur	293	Scriptura sacra instar hydij lapidis est	353
Resurrectionis mortuorum probatio	434	Sauli crudelitas in persequenda Ecclesia	190
Rubus ardens quid significarit	159	Saulus spirat contra Discipulos	214
S.			
Abbatium perpetuum	43	Sauli singularis sauitia.	215
Sabbathi exercitia qualia esse debe- ant	284	Sauli conuersionis modus	216
Sacramenta ordinandi potestatem so- lus Deus habet	142	Saulus ieiunio in officium preparatur	219
Sacramenti naturam exertit transub- stantiatio	142	Saulus ab Anania baptizatur	222
Sacramentis non est alligata gratia	253	Saul Pythouissim consuluit	288
Sacra scriptu. omnibus sunt explicanda	347	Seruis Christi falso traductu sese pur- gare licet	28
Sacerdotale Christi officium	45	Serui Dei sunt os Domini ad populum	69
Sacrilegium idololatrie grauius vitium	99	Sernorum Christi fors communis	80
Sadduceorum errores	433	Seruorum Christi triumphus est sub cruce	91
Salutandi ratio Christianis vsitata	398	Seruare Deo est regnare	95
Sacrificium Christi non est repetendū	347	Sepultura peccati nos admonet	105
Salutem nostram non pendere ab obser- uatione legis Mosaicae	220	Seruos Christi affligi non est nouum	124
Salus per Christ. parta est certissima	44	Sernis Christi fides non deerunt alimēta	238
Sapientia Dei prophanis est insania	443	Sessio Christi ad dexteram Patris quid significet	49
Sapphira aperte mendax	103	Signo tribuitur quod est rei significata	26
Sathan aduersarium significat	100	Simon Magus se Deum Patrem & Fili- um, Helenam vero meretricem suam	194
Sathan Ecclesia perturbatores è sinu ipsi- us Ecclesia excicare solet	325	Spiritum sanctum neminauit	194
		Simon Magus fidem tantum tempora- neam habuit	195
		Siritius Papa S. Matrimonium vocauit pollutionem	240
		Signa quae fideles de electione & salute sua	

INDEX

sua certos reddunt	298	Titus Vespasianus ex lotio vectigal qua- suisse dicitur	380
Sortium vsus quando legitimus	22	Traianus hydrope exstinctus fuit	140
Sothenes verberibus excipitur	368	Trinitas Sancta nostris affluentionibus compatitur	437
Spiritus sanctus cur igni comparetur	25	Turca Christum suspensum Deum vo- cat	470
Spiritus sanctus est omniscius	241	Tyrannorum impijs decretis non est obediendum	152
Spiritus sanctus est distincta in Trini- tate persona	279	V.	
Spiritus dona non simul conferuntur	96	Valerianus cute exutus fuit	140
Spiritus S. praecipua dona	29	Verbum Christi aequipollat ipsius facto	4
Spiritus S. quomodo Apostolis communi- catus festo Pentecostes	23	Verbo Deus praemonet antequam plectat aut castigat	17
Spiritus S. totum regenerationis opus adscribendum	26	Verbum Dei nequit vinciri	115
Stephanus coronam significat	129	Verbum Dei non tantum audiendum, sed & in praxim ducendum	166
Stephani vultus eximia specie à Deo condecoratur	136	Verbi diuini contemptus primus ad aper- tam idololatriam gradus est	168
Stephanus lapidatur	183	Verbi diuini contemptus omnium plaga- rum causa est	296
Stephani sepultura	188	Verbum Dei literis consignatum est suis partibus absolutum	391
Synod. quando legitime decernere queat	326	Verbum & Sacramenta sunt coniun- genda	249
T.			
Tavernaculi Mosaici descriptio	173	Verbi essentiale effectum est vita	256
Tabita in vitam reuocatur	232	Verbi predicati contrarij effectus	180
Tempus oblatae gratiae non est fastidien- dum	450	Verbum predicatum prodesse non potest, nisi Spiritus consolationis coopere- tur	228
Terra comotio signum diuina praesentia	96	Verbi predicatio à precibus est incho- anda	128
Terra motu Laodicea, Colossa, & Hiera- polis à Deo euersa fuerunt	96	Veritas non querit angulos	106
In Templis res politica tractari non de- bet	59	Verbi regula nemo eximendus	392
Thessalonica propter verbi contemptum Imperio Turcico subest	346	Q q z	
Timor filialis electorum Dei	228	Veritas	
Timothei descriptio	328		
Timotheus à Paulo circumciditur	329		



I N D E X.

<i>Veritas literis consignata Spiritui S. accepta ferenda est</i>	326	<i>Vnctio extrema ad tempus tantum in Ecclesia locum habuit</i>	47
<i>Vicarium non patitur Christus</i>	49	<i>Vocatio ad Ministerium Deum debet habere authorem</i>	408
<i>Vinculis constringi seruorum Christi fors est</i>	399	<i>Vocatio efficax pendet à Diuina ordinatione</i>	408
<i>Viperæ Pauli manum inuasit</i>	462	<i>Voluntas Dei duplex</i>	408
<i>Visionum varia genera</i>	241	<i>Vox Christi in Ecclesia audienda</i>	409
<i>Virtutes quibus verè Christiani exornari debent</i>	391		
<i>Vita aut creata, aut increata est</i>	41		
<i>Vita aeterna cur refrigerium dicatur</i>	70		
<i>Vitam bonam sequi solet tranquilla mors</i>	103		
<i>Vita aeterna est donum Dei</i>	393		

Z.

**Z**orobabel Templum Ierosolymitanum reexstruxit 63

F I N I S.

